

CONFESSIO
HIERONYMIANA, EX OMNIBVS GER-
MANIS B. HIERONYMI OPER-
RIBVS OPTIMA FIDE COLLECTA,
ET, PER LOCORVM THEOLOGICORVM CA-
PITA, PERSPICVA METHODO, IN
QVATVOR TOMOS
DISTRIBVTAE.

*Opera studioque CORNELII SCHVLTINGI STEINVVICHII, Sacrae
Theologiae Licentiati, Sanctorum Apostolorum apud
Colonienses Canonici.*

TOMVS TERTIVS.



COLONIAE AGRIPPINAE,
In officina Birckmannica, sumptibus Arnoldi Mylij,
ANNO cl. b. LXXXV.
Cum gratia & privilegio Sac. Caesareae Maiestatis.

REVERENDISSIMO IL- LUSTRISSIMOQUE IN CHRISTO

PATRI, AC DOMINO D. IOANNI ARCHIEPISCO-
PO TREVERENSI, SACRI ROMANI IMPERII PER GALLIAM,
& Arelatense regnum Archicancellario, Principi Electori, Domino suo Clementissimo
cum humillimâ salute promissimum obsequium.



REVERENDISSIME, & Serenissime Princeps ac Clementissime Do-
mine D. Hieronymi tam spectata fuit, & est, eritque semper laus
ac dignitas in Ecclesia Dei, ut hunc authorem, tantum, quantum
eius virtus eruditioque postulant, commendare ne discretissimus
quidem satis possit. Is enim sublimem ac prope diuinam atque
inimitabilem doctrinam, ut nihil interim dicam de admi-
randa vitæ sanctimonia, cum pari eloquentia, sacra studia cum pro-
phanis, variasque linguas & artes ita coniunxit, ut vix veterum
quisquam foelicius admirabiliusque, id fecerit, nemoque cum eo in
plenissimo absolutissimoque Encyclopediæ cursu iure sit com-
parandus. Erudita certe & eloquentiæ studijs mirum in modum exulta Græcia totius
orbis, magistra, scriptorum alioqui latinorum contemprix, tanti olim nostrum fecit
Hieronymum, ut eius, tametsi hominis Dalmatæ, commentarios non legerit modo, &
suo calculo approbarit, verum etiam in suam linguam transferendos curarit B. Prosper
Aquitanicus in libro contra ingratos, præclarissimè verissimeque de S. Hieronymo cen-
suit, cum cum morum exemplar mundi que magistrum diserte appellauit: Nam ad quâ
cunque mundi regionem te conuertas, deprehendes B. Hieronymum communem o-
mnium magistrum ac Doctorem celebratum fuisse, atque ex omnibus mundi partibus
tanquam ad oraculum omnes vndique ad B. Hieronymum confluisse, indeque respõ-
sa periiisse. Augustinus in Africa iuuenis adhuc Episcopus audiens celebrem Hierony-
mi tum senis per totum terrarum orbem famam sparsam, & se Hieronymi comparati-
onem quasi nouum quendam in Ecclesiasticis studijs Tyronem esse agnoscens, contrahen-
dæ amicitie gratia ad eum literas dare aggreditur. Ac licet sanctissimus Doctor, & lau-
datissimus Præsul Hipponensis Aurelius Augustinus, nonnunquam ab Hieronymo coar-
no suo dissenserit: id tamen contigit priusquam huius ingenium & studium probe co-
gnitum & exploratum haberet. Constat enim ambos postea singulari sanctæ amicitie
vinculo mansisse coniunctos, neque fraterno solum, sed etiam diuino amore flagran-
tes eos, charitatis religionisque propugnandæ perfectum exemplar posteris omnibus re-
liquisse. Post controuersiam de simulata reprehensione Perri tantum postea Augus-
tus Hieronymo detulit, ut scripta sua discutenda illi miserit, libros dicauerit, & quæ-
stiones aliquot, & præsertim, quæ sunt de origine animæ, ab eo petierit; & quia propter
locorum distantiam, & animarum curam proficisci ad discendum in Bethlechem non
poterat, misit ad eum, qui sua vice quæreret & discerent ab Hieronymo multa, Pauli
Orosium, Alipium & Profuturum quendam presbyterum, qui tamen Profuturus mor-
te interceptus eo peruenire non potuit, misit per Cyprianum Diaconum & alios; Episto-
las multas, vehementerque se eo ad discendum proficisci non posse dolebat, plurimum
enim, ut par erat, tribuebat Hieronymo, & in eo non minus omnis generis cumulate po-
sitam doctrinam, quam vitæ sanctimoniâ admirabatur. Id quod ex sex Epistolis B. Au-
gustini ad Hieronymum, quæ in secundo Tomo Operum Augustini extant, planissimè
animaduertitur. Nam Epistola 8. ad B. Hieronymum tanti hunc virum fecit, ut com-
muni nomine omnium Africanarum Ecclesiarum ab eo demisse petierit, ut græcos pa-
tres, qui græcè scripturas quàm optime tractauerant, è græco in latinum transferret, in
eadem Epistola confiteretur insatiabile desiderium suum cum B. Hieronymo de sacris scri-
pturis conferendi atque communicandi, atque tam magnificè de eodem ibidem sensit
ut non veritus fuerit eundem censorem, iudicem & Aristarchum scriptorum suorum
constituere. In Epistola 9. sequenti supplex ab eo postulauit, ut errata Origenis, quibus à
fide veritatis ille vir tantus recessisse videatur, illi aperire dignaretur. Decima Epistola
autidè ipsius scripta videre desiderat, suamque Epistolam eidem familiariter transmit-
tit, atque vsque adeo inardescbat in mutuum colloquium sanctissimi viri, ut quodam-
modo vim pateretur, quod tam longè corporis eius sensus abessent ab hoc incompara-
bili viro, per quos ad animum eiusdem animus Augustini posset adire. In eadem Epi-
stola translationem B. Hieronymi noui Testamenti ex græco in Latinum probat, vehe-
menterque commendat. In Epistola duodecima postulat atque efflagitat sua scripta fra-
ternè per B. Hieronymum lima adhibita corrigi, optatque omnibus vortis se viciniori lo-
co habitare (Hippona enim in Africa à terra sancta vbi agebat in Bethlechem vir sanctus,
(†) 2 longif-

longissimo spacio aberat: vt frequenti dulciq̄ eius colloquio commodius faciliusq̄ perfrui posset. In decimaquarta Epistola prior Augustinus B. Hieronymum ad colendā amicitiam prouocauit atque inuitauit. In decimaquinta Epistola medicinalem correctionem eiusdem minimè reformidat, eius censurā sua scripta humilimè subiicit, veniam culpā deprecatur ipsiq̄ quoniam nonnihil intercesserat adificatorij iurgij, in controuersia de reprehensione Petri, amicè reconciliatur atque cum eo in gratiam redit. Neque solum Augustinus, sed totus terrarū orbis senem venerabatur, Seuerus Sulpitius id eo illum inuisit, & sex mensibus cum eo mansit, mansissetq̄ cum eo perpetuo, si potuisset. doctissimum in omni fuisse scientia & acerrimum hæreticorum prædicat hostem, & quod omne tempus in studijs consumeret interea asserens. Hedibia & Algasia ex vltimis Galliarum finibus Apodemium pro multarum quæstionū dissolutione ad Hieronymum miserunt, quin etiam ex Germania Summa & Fretella miserunt, vt varietatē psalterij ab eo audirent. Gaudet Hieronymus barbaram Getarum linguam Hebraicam quærere veritatem, & dormitantibus imo contendentibus Græcis ipsam Germaniā sancti spiritus eloquia scrutari, & dudum callosam tenendo capulum manū, & digitos tractandis sagittis aptiores, ad stylum calamūq̄, mollescere, & bellicosā pectora Germanorum verti in mansuetudinem Christianam. Mittebant ex vrbe Pammachius, Oceanus, & alij, vt vel hæreticis responderet, vel dubia aliqua à se mota dissolueret. Damaso ipsi summo Pontifici quam carus fuerit non facile dictū est. Cognouerat eum iuuenem iam tunc in eremo viuentem ex literis & tractatibus, quos ad eum sæpè miserat: cognouerat egressum ex eremo, Antiochiæ primum, mox Bethlehem manentem, vt qui munerā ei frequenter transmittere, & qui ab eo Epistolas & quæstionum solutiones recipere solebat: cognouerat ex celeberrima fama, quam vitæ eius probitas & mira abstinentia concitabat: concurrir ad eum vndiq̄, omnisq̄ sexus & ætas in eo promerendo viro inter se acriter decertat, solus Hieronymus repertus est, in quem omnium oculi cōuer- si, omnium defiguntur obtutus, & in quo vno laudando totius populi Cleriq̄, Romani vota consentiunt, omnium iudicio dignus apice & fastigio Pontificatus, vt ipse contra Rufinum ait, iudicabatur. Damasus D. Hieronymum, vt sibi in Ecclesiasticis causis inseruiret, & partem oneris Pontificij sustineret diu apud se retinuit, res fidei & omnes quæstiones religionis, ei vti vndeque doctissimo, & maximè orthodoxo demandat: hoc est, vt totius orbis cōsultationibus, præsertim Synhodalibus, quæ Romam veluti ad matrem Ecclesiarum omnium, & Apostolicam sedem quotidie deferebātur, respondeat, & quid credere vel non credere reuertentes ab hæresi debeant, normam, formulamq̄, præfigat. testis ipse est, in Epistola ad Ageruchiam, vbi monogamiam laudat hisce verbis. Ante annos plurimos, cum in chartis Ecclesiasticis iuuarem Damasum Romanæ vrbis Episcopum, & Orientis atque Occidētis Synodicis cōsultationibus responderem, siue Ecclesiasticas Epistolas nomine Damasi dictarem & Ecclesiasticis vndiq̄ ad Apostolicam sedem concurrentibus necessitatibus inseruirem, vidi duo inter se paria vilissimorum è plebe hominum comparata. Breuiter mittebant ad Hieronymum ex reliquis mūdi oris alij, & tantus vndiq̄ ad eum literarum ac quæstionum concursus erat, vt scribens Paulino hoc ipsum ipse illis verbis conqueratur: Et vt sanctæ menti tuæ simpliciter fatear, vno ad occidentem nauigandi tempore, tantæ à me simul Epistolæ flagiātur, vt si cuncta ad singulos velim scribere, occurrere nequeam. Præclare igitur B. Prosper mundi magistrum eum appellauit. Quem profecto si cum reliquis Ecclesiæ luminibus compares, videbis multis parasangis antecellere, aliosq̄ longo intervallo post se relin- quere. Nam cæteri ob vnam aliquam præclaram dotem tantummodo commendātur quod vel strenui fuerint hæreticorum mallei & in explicandis profundis scripturæ locis subtiles & acuti, vel quod moralem vel allegoricum vel anagogicum sensum, duntaxat sint persequuti, in B. Hieronymo vno simul coniunctum fuit atque eximium, quicquid in alijs Patribus per partes admiramur. Et cum in vna aliqua scientia præstare difficile sit & rarum, cumq̄ singulis artibus addiscendis singuli homines vix sufficiant; B. Hieronymus adeo excellit in omnibus, vt longè præcurrat in singulis, si illum cum alijs cōferas, si ipsum secum componas, in nullo præmineat. Tanta est omnium rerū σοφικη. Nā si foelicitatem naturæ ad calculum subducas, nihil illius ingenio vel ardentius ad discendum, vel ad diiudicandum acris, vel ad inueniendum fecundius, neque quicquam dexterior aut festiuus, si res delectationem postulet. Si verò eloquentiæ laudem intuearis, sane hac in parte omnes Christianos Scriptores tantum superauit, vt ne hi quidem cum B. Hieronymo conferendi vilo modo sint, qui omnem vitam in benè ornateq̄ dicendi studio consumpserunt. Ac tam longè abest vt vel Cyprianum Rhetorem Carthaginensem, vel Lactantium Christianum Ciceronem, vel quemcumq̄ alium nostræ Christianæ Religionis scriptorem eloquentissimum cum D. Hieronymo audeas componere, vt quorundam iudicio ipsum Ciceronem dicendi magistrum atque artificem præstantissimum, nonnullis dicendi virtutibus vincat. Sin verò ad doctrinam te conuertas neminem habet vel eruditissima Græcia sic in omni genere doctrinæ consummatū, vt

cum

cum nostro Hieronymo sit committendus. Nemo vnquam simili foelicitate omnes totius eruditionis partes sic coniunxit atque perfecit. Nullus inuentus est, qui in tot tamque diuersis linguis excellit vnus. Nemini tanta historiarum, tanta geographiæ, tanta antiquitatis notitia vnquam contigit. Nemo vnquam diuinarum ac humanarum omnium literarum parem & absolutam scientiam fuit adeptus. Si verò diuinam eius memoriam expendas, quis author recens vel vetus, quem non habuerit in promptu. Omnes enim quos in Catalogo de Viris Illustribus recenset, cuoluerat. Nihil ante ipsius ætatem vel apud Græcos vel apud Latinos literis proditū erat, quod non Hieronymus, ipso etiam B. Augustino attestante, legerat, imbiberat, concoxerat. Nullus scripturæ angulus quid tam reconditum atque abstrusum, quid tam multiplex & variū continet, quod non ipse velut in numerato habuerit. Si industriā examines, nemo eo laboriosior, nemo plus eo voluit, aut scripsit voluminum. Nam plurima pro dolor præstantissima B. Hieronymi opera intercederunt, quod non modo ex recentioribus, sed etiam omnium maximè ex Cassiodoro in libro Institutionis Diuinarum lectionum animaduertere licet. Nemo vniversam scripturam sacram magis dextrè ex Hebræo sermone in latinam linguam transtulit, quam editionem vulgatam vniversa Ecclesia approbauit & recepit. Nemo scripturam totam tam fideliter imbibit, concoxit, penitus versauit, mediatus est; iam verò si spectes morum sanctimoniam, nemo Christum spirat viuidius, nemo docuit ardentius, nemo vita expressit perfectius. Quis non magnopere admiretur in horridis ac vastissimis Chalcidis, Syria, Nitriæque solitudinibus ob iuueniles errores poenitentiam? Quem non mouerent in tenero corpusculo ieiunia, vigilia, chaumenia, orationes, lachrymæ, gemitus, suspiria, crebræ pectoris tunctiones, studiorum sanctissimi labores, denique imaginatio terribilis tubæ, qua nos Apostolus ad reddendum vitæ rationem euocandos asserit, semper auribus eius, siue ederet, siue biberet, vt ipsem testatur, insonantibus. Surgite mortui: venite ad iudicium. Dictū mirum; Hæc sanctissima eius vita & summa doctrina tantum famæ & nominis D. Hieronymo conciliarunt, vt ad specū Bethlehemiticum ex vltimis terræ regionibus, haud secus, atque ad publicum totius orbis terrarum oraculum concurreretur. Habuit illa aras celebrandū omnib. saculis miraculum, vt augustam illam mandram recens nati saluatoris hospitoliū ingressi, aliud iam ibidem quærerent, & quos ad sui contemplationem domus illa panis (sic enim Bethlehem interpretatur) non traxit, vnus hominis fama perduxerit, o foelix Bethlehemitica cellula quæ nobis huiusmodi scripta & responso, pene dixeram oracula edidit. Vnus hic præ cunctis Latinis sufficit vel ad vitæ pietatem, vel ad rei Theologicæ cognitionem. Rectissime verissimèque dixit, quisquis dixit: Aureum flumen habet, locupletissimam Bibliothecam habet, quisquis vnum habet Hieronymum. O sanctum & verè Apostolicum pectus, quod pro Christo Christi que Ecclesia tam sollicitè diligenterque vigilat, tanta contentione molitur, totq̄ se subijcit periculis, dum vir idem in eremo delitescit, simulque toto fere mundo discurret, neq̄ sine Apostolica sollicitudine & industria tot Christi Ecclesias inuisit, salutat, repurgat, confirmat, atque sanat: Non eremum sed paradysum vocari æquum est, vnde ad irrogandū Ecclesiæ hortum, tanta vi prorumpit diuinæ humanæque scientiæ flumina, & salutares omnibus aquæ propinantur. Neque minus admiranda & sequenda venit disciplinæ sanctæ seueritas, cum quotidiana carnis castigatione coniuncta, quæ mirificum Hieronymi spiritum aluit, confirmauit, illustrauit, prouexit. Quid autem iucundius obsecro, quid in Ecclesia desiderabilius videri potest, quam Hieronymi spiritum in plurimis hoc sæculo reuiuiscere, illiusque non modo exquisitam eruditionem, sed quod est amplius, vitam, integerrimos, incorruptissimosque mores, veluti postliminio in orbem reduci posse. Quam longè autem, pro dolor, ab illius impressis vestigijs discessum est, si zelum ardentem, feruoremque inflammatum Catholice religionis propugnandæ intuearis. Plerique hodierno die existimant se omaibus ex orientibus in religione controuersijs perpulchrè mederi posse, si libertatem religionis & conscientiarum omnibus hominibus promiscuè permittant. Sed B. Hieronymus vt passim in nostra hac Hieronymiana Confessione astruitur, talem carnalem licentiam prætextum omnis malitiæ, talem libertatem miserissimam Sathanæ seruitutem esse iudicauit vnica m solam Catholicam religionem regnare, & ius locumq̄ obtinere, eamque serio ac strenuo defendendam ac publicè profitendam, & eamque extra & præter eam quamcumque religionis vmbra siue imaginem penitus extirpandā, excludendam esse voluit, hæreticorum mores ita graphicè depinxit, vt omnes meritò ab ijs abhorreere debeant, eorum fraudes, versutias, mendacia ita ad viuum expressit, vt omnes boni sancto quodam odio prosequi eos deceat, eos ipsosmet esse Antichristi præcursores euidentissimè confirmauit, & tantum abest vt eos tolerandos & ferendos, libertatemque exercitiorum illis indulgendam esse decernat, vt etiam iustis supplicijs afficiendos, & seuerè animaduertendū in hæreticos esse statuatur. Quis nescit Iudaicam Rempublicam temporariarum plagarum metu in cultu vnus Dei, rituque colendi diuinitus instituto per complures annorum centurias fuisse conseruatam: neque defunt noui Te-

(?) 3 flamen.

Lib. cōtra Iulianū c. 7.

Vide proficere in cap. 4. lib. 1. art. 4. & 5. lib. 1. cap. 12. artic. 4. 8. 12. 9. 10. 11. 12. 15. 16. lib. 1. cap. 13. art. 3. 4. 5. & 10. 2. siue libro 2. cap. 8. art. 3. latissimè.

stamenti exempla plurima à Lenſeo copioſè doctèque inducunt. Nihil magis noxium ac peſtilens excogitari poteſt quam libera cuique ſecundum conſcientiæ ſuæ dictamen uiuendi in qualibet religione facultas, nihil ſcripturis ſacris magis repugnans, nihil veteri Eccleſiaſtica ſeu eriſſima diſciplinæ magis contrariū, neque vnquam in Iudaica Re. publica talis libertas fuit conceſſa, quæ extremam ſeruitutem & plus quam Babylo-nicam conſuſionem adferat: quanto minus in Republica Chriſtiana, quam ordinatiſſimam eſſe necceſſe eſt, talis falſa libertas inſtitui debet. Hoc argumenti genus hodie familiare ac viſitatum vt ingrediar & pro dignitate ac maiestate ſua vt perurgem atque expediam epiſtolaris breuitas minimè patitur, quo in genere diligentiffimè noſtra ætate verſatus eſt præter D. Ioannem Lenſæum Belioſolanum doctiſſimus Iureconſultus Conradus Brunus lib. 3. cap. 10. de Hæreſibus & Ioannes Mercerus Bituricus I. V. D. Biturigum Aca-de-miæ Antecceſſor lib. 2. Obſeruationum cap. 26. extat quoque doctiſſimum hiftoricū ſcri- ptum Statuum & ordinum Burgundiæ ad ipſum Regē in quo ex omni antiquitatis me-moria quantam peſtem Rebus publicis bene conſtitutis adferat Religionis libertas per- ſpicuè magna exemplorum & hiftoriarum copia comprobatur. Si Reſpub. ſine iuſtitia conſtare non poteſt, iuſtitia autem primaria pars eſt religio, qua Deo debitus honor de- fertur, quomodo ſine vna religione eiusque concordia ciuitas incolumis diu conſiſte- re poterit? Atque vt iuſtitia æquitas poſtulat vt Deo verus honor vera religione deſer- tur: ita eadem etiam exigat, vt iniuria & contumelia, quæ fictis & falſis religionibus Deo irrogantur, ſupplicijs, legumque metu propulſentur. In hac etiam vnica Catholica Re- ligione vinculum concordia: paciſque publicæ præcipuè continetur, eoque vinculo ru- pro atque diſſoluto necceſſe eſt communè tranquillitatem grauiffimè perturbari. Dio- cletiani quamlibet ethnici ſententia fuit, nullam Rempub. nullumque regnum diu in flore poſſe conſiſtere niſi diſſimilitudines religionum è medio tollantur. Neque modo Religionis libertas & varietas ipſam Rempub. inter ciues diſſociat, ſed & familiam inter do meſticos in quietiſſimam reddit. Et quamquam varia multipliceſque cauſæ ſint ex quibus docet tam generari quam in ſpecie Reſpub. euerſi lib. 5. Politicorum Ariſto- teles: nulla tamen ex omnibus ad perturbandam Rempub. plus valet, quam nouæ com- mentitiæque religionis introductio. Nunquam enim fidus eſt inter ciues domeſticos. que aſſectus, niſi religionis ſit concordia; vt à Venerabili Beda alijsque Patribus præcla- re dictum eſt. Quinetiam omnis obedientia, quæ magiſtratibus iure diuino debetur nouæ religionis inuectione quam maximè diſſoluitur, cum Hilario teſte quidquid præter vnam veram fidem eſt niſi perſidia ſit. Omnes itaque Principes Chriſtianos omni ope niti decet, vt excluſa commiſcendi nouas ſectas libidine; vnica eaque Catholica Roma- na religio in Reſpub. principatum obtineat. In quam rem tam ſedulo Chriſtiani Princi- pes Ioſias, Ezechias, Iofaphat, Dauid, Salomon, Ezechias in veteri, in noua lege Conſtan- tinus, Theodoſius, Arcadius, Honorius &c. incubuerunt. Patres quoque Eccleſiaſtico- rum præſulum ſunt, vt Principes ſui officij commoneſciant, vt intelligant id diuinitus ab eis requiri, hancque ſe perſonam ſuſtinere, ideoque ijs à Deo impoſitam eſſe, vt ſtu- deant armata manu vnica veram religionem in Reſpub. retinere ac conſeruare, om- nemque peregrinam adulterinam neque germanam publicè prohibere ac interdiceret. Quare impium, deteſtandum ac ſceleratiſſimum fuit conſilium iſtius, qui nuper præter omnium bonorum expectationem ſe huius libertatis Antifiſtem præbere voluit. Cu- ius hominis memoria execrabilis erit ſemper in Eccleſia Dei, Qui abominandum Iulia- ni ſceleratiſſimi hypocritæ exemplum in multis ad imitandum ſibi propoſuiſſe videba- tur. Iulianus initio ex pijs & religioſis parentibus ortus, & ab initio ætatis, vt ritus Ec- cleſia: poſtulat, initiatus ſanctas literas didicit, & in eiſdem ab Episcopis, & alijs viris Ec- cleſiaſticis educatus fuit, Conſtantinopoli in Baſilica (ibi enim tū ludus literarius erat) honeſtis diſciplinis ſe excolendum tradidit, Grammaticæ præcepta à Nicole Lacone didicit, Rhetoricam ab Ecceſio Sophiſta, qui Chriſtianus erat, percepit. Apud Maxi- mum Philoſophum Philoſophiæ præcepta deguſtauit, abraſa cute vitam monaſticam ſimulauit, atque adeo in Eccleſia Nicomediensium Lector designatus eſt, tandem Impera- tor iam factus cum per fictam ſimulationem, quæ duplex eſt iniquitas, ad honorem ob- reſpiſſet, ſimulationem profeſſionis Chriſtiana: penitus depoſuit, etenim ſingulas ciui- tates peragrans, delubra aperire, offerre ſimulachris, Pontificem nominare ſe coepit, gen- tiles feſta gentilitia celebrare iuſſit, initio imperij ad omnium tam Catholicorum quàm paganorum voluntatem callide ſe format effingitque, libertatemque, vt alluciat, indul- gere poſtea Chriſtianiſ Catholiciſ ſcholas negat, atque etiã orationes contra ipſos Chri- ſtianos depoſuit, à vera fide deſicit, Eccleſia: hoſtiliter perſequitur, magicis artibus, & præſtigijs Dæmonum ſe tradidit, veræ religionis ſtudia euerſit. Iudaïſmum & pagani- ſmum erigit, inſtaurat, atque propugnat, Chriſtiana: fidei vrbes odio proſequitur, Sa- cerdotes Dei pellit in exilium, contumelijs varijs afficit, ſacras Deo virgines, eiſcit cœ- nobijs, ſuis vorandas obijcit, Clericos in militum numerum ignominioſè aſcribit, Clericis omnem immunitatem, honorem, & frumenti congiaria ipſiſ à Conſtantino donata

Ioannes Le- ſeus Bellio- lanus in lib. contra liber- tatem conſ- cientia. rum cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

D. Ioannes Bellioſolanus in libr. vno de vnica Ca- tholica reli- gione reti- nenda.

Aijmarius Ruallius in explicatio. ne legū XII. Tabul.

Vidèdus Pe- trus Cine- rus Epico- pus Leonardi- ſcin libro de officio Chriſtiani Principis in negotijs Re- ligioſis in exilio ab i- pſo edito.

Sozomenus lib. 5. cap. 2.

Socrates lib. 3. cap. 1.

Socrates lib. 3. hiftor. ec- cleſiaſt. ca. 23. Sozomenus lib. 5. cap. 23.

Sozomenus lib. 5. cap. 4.

donata ad omnes legesque in fauorem eorum conditas abrogauit, & eos denuò curijs ad- dixit. Porrò à virginibus & viduis, quæ in clerum erant ob egestatem aſcriptæ, ea exigi mandauit, quæ ante ab ærario publico acceperant. Iulianus conſulit Dæmones, ario- ſos, propter ambitionem ſit apoſtata, primum quidem impietatem ſuppreſſit ſimulata religionis ſpecie, poſtea ſe patefecit, in Conſtantium optimè de ſe meritum ingratiſſi- mus exitit, omnes priores mutat magiſtratus. Leges promulgat contra Catholicos. Ar- rianus contra Catholicos inſtigauit, vt ipſi ob mutuam inter ſe ſuſceptam contentio- nem bello inſtino oppugnarent Eccleſiam, & à ſuis ipſorum legibus inſtitutiſque deſci- ſcerent, omnium animos callidè ſibi conciliat, celar regitque animo diu impietate, im- menſam pecuniam extorquet à Catholicis, ſanctorum reliquias violat, prohibet Chri- ſtianiſ ne Philoſophiam Chriſtiana:que Theologiam imbibant, ſacra vaſa ſiſco ad- dicit, Chriſtianiſ Catholicis conuenus interdicit. Quæ facinora impij Iuliani latè à So- crate, Sozomeno, Theodoro deſcribuntur. anne ea noſtro nouo Iuliano ſingula ac- commodari poſſint, apteque conueniant, prudens lector facta collatione non difficul- ter perſpiciet atque dijudicabit. Quanto rectius, multoque melius & laudabilius tu Se- reniſſimè Princeps elector ac conſecrate Archiepiſcope iudicas nullam capitaliorem peſtem quam Religionis libertatem in Rempub. poſſe induci, qui tanto zelo Religio- nis Apoſtolicæ atque Catholica: ardes, tanto amore propugnandæ Orthodoxæ Eccleſie inflammatus es, vt Treuirenſibus tuis iam in prouerbium abierit adagium ſui ſanctiſſi- mi Archiepiſcopi, religionem veram tanquam caſtam virginem ludum & iocum pari nullo modo poſſe. Qua ſententia atque adagio nil aliud. R. Celf. V. ſignificare vult, quã ſerio, ac ſtrenuè ea exequenda eſſe, quæ Dei honorem, veram Dei religionem & Eccle- ſiam attingunt, neque rem eſſe ludicram & iocularem Catholicam fidem, ſed talem, cu- ius in primis & ante omnia diligentiffima habenda ſit ratio, vt pote ex qua animæ no- ſtræ & totius Reipubl. ſalus dependeat, cum plerique ex eorum etiam numero ad quos præcipuè ſpectabat hæc cura, rerum externarum & politicarum primam, integræ incor- ruptæque fidei poſtremam rationem & curam gerendã eſſe cenſeant, adeo ſcilicet nau- ſeant ad ſanam ſynceramque doctrinam, adeo ſordet illis verus Dei cultus, vt volupta- tibus totos ſe tradant curiſque ſecularibus, poſthabito Dei, Eccleſia: & fidei ſtudio, im- plicentur atque immergantur. Tua vero Celfitudo (ò decus verum Archiepiſcoporum & lumen ſingulare) tanto accenſa fuit zelo domus Dei, vt in publicis Comitijs præſen- tibus & inſpectantibus Principibus Electoribus diuerſam religionem profeſſis, à Legato ſummi Pontificis Ampliſſimo nobiliſſimoque Germanicæ nationis protectore Cardinale Auguſtano purpurato patre, & duobus Reuerendiſſimis Nuncijs Apoſtolicis poſt pallij acceptam collationem ſiue confirmationem, publicè conſecrationem obtinere, mitra lituoque donari præſente Senatu Auguſtano, ſacro liquore membra tingi, dextera annulo ornari & caput inſula decorari non erubuerit. Quid deſignat aliud inſignia tua, in quibus triplex crux vni cruci iungitur, quam concordem crucis Chriſti (in qua recapitulatur & ſummam continentur omnia religionis capita & dogmata) Catho- licæque religionis deſenſionem. Non commemoro antiquum & altum genus Schon- burgæ ſtirpis. Sunt enim hæc laudes familia: non propriæ nec genuinæ, ſed quaſi aduen- titiæ & remotæ. nobilis genere ſed nobilior eſt ſanctitate. Cecidit Deo prouidente & or- dinante bene, quod optimo Principi Iacobo Elciadi, optimus Schonburgus ſucceſſerit. Crucis illius triplicis myſterium quid aliud repræſentat, quam fortiſſimum munimen- tum imo clypeum & galcam contra tres infeſtiſſimos humani generis hoſtes, carnem, mundum, Dæmonem. Quid nominis etymon niſi fauſtum omen denotat, nempe quod Eccleſia Dei loco pulcherrimæ arcis, munitiſſimæque turris in ea tuenda & propugnã- da rete declares. Neque deſunt in antiquiſſima Treuironum metropoli plurima ſancto- rum patronorum ſuffragia, quibus ad religionis conſeruationem atque propugnatio- nem niti V. Reuerendiſ. & Illuſtriſ. Celf. poteſt. Duorum enim Apoſtolorum Philip- pi & Matthiæ & primi antecceſſoris Archiepiſcopi Eucharij ſanctiſſimas reliquias, vene- randaque corpora religio ſe aſſeruatis. His accedunt Sanctorum Materni, Paulini, Va- leriij, Maximini, Nicetij, Modaloſi Baſini, Luituini, Balduini, Agritij Patriarchæ An- tiochenæ & Primatis Germaniæ 12. Archiepiſcopi Treuironum Anno Chriſti 333. Con- ſtantini Imperij 23. Athanaſij (cuius habitatione & exilio Treuiris clara) patronorum perpetua apud Deum patrocina atque ſuffragia, quorū tutela atque protectione Celf. V. freta coſtanter inſidias circumſrementium hæreticorum contemnit, atque hoſtib. Eccleſie acriter alacriterque reſiſtit. Neque minorem Reuerendiſ. & Illuſtriſſima Celf. V. ſtudioſiorum humanitatis bonarumque literarum, atque ipſius vniuerſitatis quam Re- ligionis curam gerit. Nam pro ſua prudentia intelligit negotium fidei & curam ſtudio- rum communi quodam vinculo cognationis artiſſimo contineri, adeoque coniu- cta eſſe, vt vnum ſine altero diu conſiſtere non poſſit, imo vnum altero tanquam ſun- damento nitatur, vnum altero tanquam fulcro & baſi ſuffulciatur. Memorabile eſt e- nim pauciſque Vniuerſitatibus hoc priuilegium datum atque conceſſum, vt quæ Treui- renſis

Sozomenus lib. 5. cap. 5.

Theodoroſto lib. 3. ca. 23.

Socrates lib. 5. cap. 5.

rensis antiquissima Germania vniuersitas suum Principem electorem nacta est patro-
nam & dotatorem, eadem eundem Cancellarium ac praesidem habere mereatur. Cu-
ius igitur iustus patrocinio hanc Hieronymiana Confessionis partem committerem,
cuius nomini potius inscriberem, quam eius, qui se feruum praeter ceteris religionis auitae
defensorem, studiorumque Meccenatem singularem praebet. Nam ut florentissimam Vni-
uersitatem Treuirensis omnibus necessarijs praesidijs exornaret, viros moribus & eru-
ditiōe praestantissimos, ex remotis Europae partibus euocauit, qui stipendijs egregijs co-
ducti ea profitentur quae non nisi ingentibus sumptibus in Italia vel Galliae primarijs
ciuitatibus olim percipi potuerunt. Praeterea cui potius Catholicae fidei Hieronymia-
nae defensionem, quam religionis & Reipub. in Vicina Treuirensi prouincia capiti, qua
Academiae Treuirensis Cancellario, quam studiorum studiosorumque omnium mu-
nificentissimo Meccenati offerre? Accedit eodem, quod B. Hieronymus secularibus li-
teris plene institutus & Christo in fide renatus, ad Theologiam & grauiora studia ani-
mum adiiciens, imitatione magnorum Philosophorum, Platonem dico, Pythagoram,
& Apollonium, qui discendi gratia diuersas regiones perlustrarunt, Treuirim Galliae
sedem & caput, primum comite Bonoso profectus est; ut Romani studij grauitate Gal-
lico cothurno sustolleret, & ex omnibus doctis viris, quibus tunc Gallia abundabat, cu-
isque Bibliothecis thesaurum sibi scientiae acquireret. Meminit de hac re ipse in Episto-
la 41. ad Rufinum, dum Bonosum scilicet laudat his verbis: Ego & ille pariter a tenera
infantia, ad florentem usque adoleuimus aetatem, & ijdem nutricum sinus, ijdem am-
plexus fouerint baiulorum, & post Romana studia ad Rheni semibarbaras ripas, eo-
dem cibo, pari fruebamur hospitio; adolecentem autem cum tunc adhuc fuisset alibi in
hunc modum narrat: Quid loquar de alijs nationibus, cum ipse adolecentulus in Gal-
lia viderim Scotos, gentem Britannicam humanis vesci carnibus: Treuiris autem, vbi ma-
gnus ille Athanasius exulauerat, per aliquod tempus mansisse ex eo apparet, quod pro-
lixum valde S. Hilarij librum de Synodis se propria manu Treuiris descripsisse ad Flo-
rentium Epistola 6. testatur, & ut ad se in exilium, vbi hoc tunc postulans degebat, remi-
tatur, obsecrat, vnde in proemio secundi libri commentariorum in Epistolam ad Galatas,
ait, Galatas, veluti qui a Gallis venerint, excepto sermone graeco, quo omnis Oriens
tunc utebatur, propriam habuisse linguam, eandem scilicet, quam in Gallia Treuiren-
ses habent; Nec mirum videri debet quod Treuirenses B. Hieronymus eo tempore in-
uiferit, cum ibi maxime vigerent studia optimarum literarum, ipsaque Treuiris ut, prius
sub Maximiano & Diocletiano Gallici imperij sedes habebatur: ita tempore Honorij
ipsius imperij caput erat. Nec dubium est quin Magnus ille Agritius a Syluestro Ponti-
fice & Constantino Imperat. eiusdemque matre Helena Treuirim missus in primis scho-
lam restituerit, cum nihil praetermiserit, quod ad instaurandam Ecclesiam pertinere vi-
deretur. Tempore Gratiani Imperat. hic studia floruisse ipsius rescriptum significat, quod
in Gallia recipitur. Perlustrasse autem B. Hieronymum & alias Galliae ac Germaniae o-
ras, ex eo cognoscitur, quod locorum situs ac Oppidorum Galliae & Germaniae nomi-
na apprimè calleat; ut ex Epistola 11. ad Ageruchiam & 150. ad Hedibiam & 21. ad Paulum,
vbi Barbarorum in has prouincias irruptiones recenset, apertissime intelligitur. Qua-
propter Reuerendissime & Illustrissime Princeps ac Do. Clementissime B. Hieronymum
ad suos Treuirenses, apud quos dum viueret, versatus est, iam in libris suis redeuntem,
& ad lucem reuocatum, fidei dogmata firmissimè confirmantem, omnem haereticorum
aciem instructam peremptentem, nouas ex veteribus haereses proterentem, precor se-
reno vultu amplectere, tuae Treuirensis prouinciae B. Hieronymum per harmoniam con-
cordantium locorum digestum nostrorumque temporum praxi, Herculeo planè labo-
re accomodatam, proponere, qui sanctissimus vestrae Scholae quondam alumnus, nunc
patronus noua veluti veste commendatus prodit, vestris primum excipiat oculis, &
amicis amplexibus foueatur, ut T. Reuerendiss. & Illustrissima Celsitudo eundem ad-
huc in hac harmonia Confessionis & Defensionis fidei Catholicae spirantem agnoscat,
& docentem obseruet Hieronymum, quem olim Treuirensis, Schola adolecentem &
Discipulum sinu & gremio suo fouit atque amplexa est, quem quae iam in caelis cum Chri-
sto regnantem Academiae vestrae, cuius Cels. V. Cancellarius existit, tanquam veterem
alumnus singulariter fauentem pie colit meritoque celebrat. Cum enim singularis stu-
diorum studiosorumque in caelis sit patronus & Meccenas B. Hieronymus, merito in e-
ius honorem multa passim ei gymnasia & templa consecrata ac dedicata sunt. Permo-
nit me quoque alia causa, cur has studiorum meorum primitias Reuerendiss. & Illu-
strissimae Cels. V. nuncuparem, quod germanus frater Doctor I. V. Petrus Stein vichius
Reipubl. Colonienensis Syndicus qui Casarea Maiestatis Commissarius in examinandis
testibus totam vestram prouinciam ante paucos annos peragrauerat, multa in commē-
dationem Reuerendiss. Cels. V. multa de antiquitate & sanctitate Treuirensium retu-
lerit, meque ut hanc partem tertiam Hieronymianae Confessionis Cels. V. inscriberem
sedulo ac sapenmero ob candorem, probitatem vestram sinceritatem, religionis ar-
dentissimi.

LI. 2. contra
Iovinianum.

Carolus Si-
gismundus de
Occidentali
Imperio li.
1 & 10.

DEDICATORIA.

dentissimum zelum fuerit cohortatus. Cui certe ut debui sic libenter etiam morem gessi.
De ratione autem huius operis consilioque nostro id breuiter monere possum. Vide-
bam nec minus dolebam ingentem diuinumque thesaurum operum B. Hieronymi quo-
dammodo latere, cum tribus praegrandibus voluminibus ea contineantur, a paucis emi,
quia precij magnitudo plerisque deterret: a paucioribus etiam euolui quod ex va-
stis illis fontibus lectio incommoda & proluxa peteretur, & fastidium moueret ordo
perturbatus. Visum fuit mihi operam precij, ac cum priuato vsui lectoris, tum com-
muni scholarum Theologicarum praxi longè accommodatius fore, si ex omnibus va-
rijs operibus & Tomis huius authoris, sicuti nunc ab Episcopo Amerino postremo cor-
recta extant, seligerentur ea, quae ad controuersias religionis nostro tempore spectant,
quae in SS. Patrum lectione praecipue sunt attendenda, selecta methodicè instar harmo-
niae cuiusdam iuxta aptè distributos locos communes controuersiarum collocarentur,
collocata eum modum tenerent, ut vno volumine non valde amplo neque nimium
onerosa, sed mediocri, & ut loquitur Augustinus manuali comprehenderentur, quae
tribus magnis voluminibus & septem Tomis (duo enim postremi Tomi non sunt ge-
nuini Hieronymi) B. Hieronymus complexus est. Quod volumen quatuor Tomis di-
stinctum ut omnia constarent rectius, ita distribuimus: In primum Tomum ea conieci-
mus quae ad principia Theologiae maxime pertinere videntur. Secundo Tomo tribu-
untur, quae ad Iustificacionis materiam, hoc est, ad iustitiam amissam vel recuperatam
variaque affinia controuersa argumenta spectant. Tertius Tomus porro continet ea
quae ad Septem sacramenta ipsidemque coniunctas controuersias referuntur. Quartus &
postremus Tomus expedit, ea quae emendatorium ignem, sanctorum, cultum, Imagi-
nes, Castitatem virginum, Ecclesiasticorum, Monasticae vitae laudem variasque Eccle-
siae Ceremonias, & quae ipsum Antichristum attingunt. Pro quadripartita Operis Partitio-
ne quatuor huic vtilissimo futuro Ecclesiae operi, delegi patronos, tum exemplis alio-
rum pluribus consimilibus, tum doctorum & piorum quorundam virorum cohorta-
tione com motus, tres Ecclesiasticos primarios Proceres, quartum nobilem prudentem
que Magistratum inclitae Reipubl. Colonienensis, ut quemadmodum Euangelica hi-
storia a quatuor testibus diuinitus ordinatis prodita quadrigis non abs re comparatur,
quia ex apta concinnaque hac harmonia videtur consulto Deus quasi triumphalem
currum filio suo parasse, vnde toti fidelium populo conspicuus appareat, ut cuius celebri-
tate terrarum orbem perlustret, sic hanc Hieronymianam Confessionem quadriparti-
tam a quatuor patronis potentissimis defendi, & tanquam quadrigas per totam Eccle-
siam Catholicam, circumuehi, & quasi quendam currum triumphalem instrui, clara
luce ferri, ad demonstrandas haereticorum perpetuas plusquam Cymmerias tenebras,
accendendumque clarissimum fidei Christianae lumen, illustrandaque Catholica Ec-
clesiae sanissima saluberrimaque dogmata vnice cupio exopto. Reuerendissime & Il-
lustrissime Princeps ac Clementissime Domine, nihil neque optabilius neque iucun-
dus mihi accidere posset, quam si certo intelligerem, hunc difficillimum a me pro Dei
Ecclesia susceptum laborem Reuerendiss. Celsit. V. probari, atque ea beneuolentia hu-
manitateque excipi, qua Illustriss. Celsit. V. religionem ipsam eiusque synceros cultor-
es, Musas mansuetiores, carumque alumnos prosequi consuevit. Postremo omnibus
modis a V. Reuerendiss. Celsitud. contendo, etiam atque etiam postulo, ut me, meaque
studia fauore ac beneuolentia complecti, se Meccenatem praesidium ac dulce decus mi-
hi praestet, atque contra inuidorum maleuolorumque hominum calumnias suae autho-
ritatis clypeo me defendat ac muniat. Quod si cognouero hunc primum foetum meum
utinam satis matutum, gratum, acceptum, commendatumque, satis fuisse Reuerendiss. & Il-
lustriss. Cels. V. animum mihi addet ad grauiora pro Dei Ecclesia & religione certami-
na subcunda, aliaque ingenij tenuis monumenta literis prodenda, atque ad Comenta-
rios rerum Ecclesiasticarum, siue Explicationes Breviarij atque Missalis Romani & Co-
lonienensis ex indicatis fontibus & originibus sacrarum scripturarum, historiarum, Eccle-
siasticorum Patrum, quas affectas habeo, absoluendas atque pertexendas. Ad quod opus
perficiendum pulcherrimum & omnibus Ecclesiasticis iucundissimum vtilissimumque
futurum me diligentissime Reuerendiss. ac Illustriss. Ioannes Franciscus Bonhomius e-
piscopus Vercellenis Nunciisque Apostolicus colendissimus obseruandissimusque, Me-
ccenas, suis literis aliquoties cohortatus est. Reuerendus quoque doctissimusque, Iacobus
Pammelius Archidiaconus Adamoropolitanus de Cypriano & Tertulliano magistro
& discipulo optime meritis, vrgere instantius per litteras non intermisit, ut Confessio-
nem Catholicae fidei ex Cypriano & Tertulliano separatim seligant, atque ad exemplar
Hieronymianae Confessionis in apertum lucemque proferant. Cuius doctissimi amici
monitioni locum dabo lubens suo tempore, si valetudo, vita, occupationes, tempusque
sinent. Deus Optimus Maximus Reuerendiss. Celsitud. Vestram ad suae Catholicae
Ecclesiae propugnationem atque emendationem diu in columen conseruari dignetur.

Hieronymus
Tom. 1. lib. 1.
Com. in cap.
6. Zachariae.

Coloniae

Coloniae ex meo Museo in Collegio Sanctorum Apostolorum, Anno restituta salu-
tis humanae, Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, decima quarta
die Februarij, ipso Matthiae Apostoli
festo.

Reuerendiss. Illustrissimae.

Cels. V.

Obsequentissimus deditissimusq. in
Christo cliens Cornelius Schul-
tingius Steinvvichius.

IN CONFESSIO-
NEM HIERONYMIANAM
à Doctissimo Theologo Dn. Corne-
lio Schultingio Steinvvichio
concinnatam.

Τὸ μὲν εὐαγγέλιον ὡς δὴ πάλαι ἴερα τετραδία
ἢ γρηγοριανὰ πάλαι κοινῶς ἄγιον παρὰ πάντων.
Ὡς αὐτῶς παρὰ βωμῶσι μὲν τέτταρες ἴεροι
τῆς δευτεροῦς λόχοι καὶ φασφόροι εἰσὶν:
ἐξ ὧν τῶν λογίσις ἐκκλήσια διαίδρυται:
ἀνοχῆσιν ὁ ἐν οἷς ἱερώνομος ἀμβροσίος τε
γρηγόριος τε πάλαι πατέρων ἀντάξει ἄλλω μὲν
τ' οὐνεκα γούν πάντας μὲν εἶδει τοὺς εὐφρονέοντας
καὶ λογίμους ἀνδράς σιωπῆς μάλαι πρόφρονι δόμῳ
τούτοις ἐπιιδμεν, καὶ κοσμοτήτα πρέπυσσιν
τοῖς αὐτῶν κοινωφελήμοις ἐυδμήτῳ ἐργασίαι:
τῆς γὰρ ἀληθείης κανόνας ταδ' ἀτάδουλα φύλα
ἀρετικῶν καὶ σχισματικῶν βλοζοντα δόλοισι
παντοδαποῖς τούτους μίλειτ' ἀφαιρέμεθ' αἰεὶ
ἀλλὰ γε μὴν πολλοὶ τὰ γε πρόσφορα μητιόσαντες
ἀγλαίαν δ' ἄγιοις, κόσμον τ' ἀρετῶν ἐπασσαν.
ἐν δὲ ἐν σηνβίχῳ κορυλλῳ ἱεροφάντωρ
ἐλλόγιμος τὸν δέον ἰδὲν ἱερώνομον οὐκ ἔχω
σειλάμῳ, πραπίδεσιν ἴσις παρὲθικον ἀγανόν
ὡς αὐγῆσιν τε καὶ ἀμβροσίαι χαρῆσιν εἶνα:
βίβλια γὰρ π' αἰνὸς σεμνοῖς ἐπι γούνασι δῆσας,
πρωτῶν τῶν γε νόθων διεκρίνετο γήσια τῶν δ' αὖ
πάντοτε τῆς σατανῆς ἀνατηφάρων ἰδὲν ἀφείλεν.
ἀντιδοτῆς τε ἀλεξικακοῖς περιφραξῆς βιβλῶν.
πάντα δὲ συσέλας εἰς σύντομον καὶ σύννομον
τὴν κεφαλῶν δὲ μεθόδῳ διέταξεν. ἀπασί
ἐπιδίδου ἀτραπὸν ἐπὶ δόγματ' αὖ ἴερα δέξασ:
ἐν δὲ μὲν ἀρ' οὐκ ἔστιν ἀδιδάκτοις ἡδὲ διδάκτοις
ἴλαδον εἶναι εἶναι κραδίης καλὰ φάρμακα λυγρή.

Suffridus Petrus Leonardiensis Frisius V. L. C.

ALBERTI HERO-
NIS FRISII SNECANI
Theologi, Pastoris & Canonici Ger-
rizemenfis, in eandem Con-
fessionem Car-
men.

Ἦν δὲ τῶν θεῶν λογίων ἱερώνομος ἴσθ' ἴσθ' ἴσθ'
πρὸ χειρὸς παμπέσις εἶς ἡμέριον προσκοικῶς
πυθματι. τῶ παυροῖσι διακρίδον θεανέλιος εἶναι.
δοσαγε δεσποσῆος καὶ με βίβλια δὴ μὲν ἀναγερ.
ἀργάλεον γὰρ μὲν ὄχθον ἴδ' ὁ δέλοισι βρότοισι
προτροπῶν φεύγειν, τὴν ἐκασῶν δὲ διώκειν.
νωτὶ δὲ σχολῆτιν ὁ πραπίδι πυκινὰ φρονέοντι,
τῆτόγε φρασῆ μὲν ὁ καὶ ὁ ἐπ' ἀνεκτὸν δῶν,
ἰδμοσύνης δλίγους οὐτῶ μὲν εἶλον ἐπασσῆν,
τέθχεα παμμεγέθη τε, πελώρια τ' ἀνδρὸς ἐκένου
εἰς βραχὺ συσέλας, ἡσὰ καίρια ἐν κατὰ κόσμον
εἰς μίαν ἄγειν εἶναι, ὅπως ταχὺ πάντα νοήσαι,
ἡσὶς παντοδαπῶν ὑπὸ τῆς βίβλια ἀσχολιδων.

REVERENDI DOMINI, DOMINI
ANDREAE A BLAITZHEM DECANI SIVE ARCHL
PRESBYTERI CHRISTIANITATIS TVLPETENSIS CAR-
men in laudem Hieronymianae
Confessionis.

Pasulis eximij tibi qua Confessio prodit,
Schultingi studio lector amice vides.
Qua mala de multis est controuersiarebus,
Solutur hic sacra non sine lege Dei.
Lege vir à sacra clarum quia nomen adeptus,
Lectori debet gratior esse pio.
Haresin expellit, tenebras & luce resoluit
Hic lectus vigili sedulitate liber.

B. HIERONYMVS AD LECTOREM
CARMEN MICHAELIS AB ISSELT
AMORFORTII.

Malleus haresen seclis dicebar auitis,
Quod calamo at tererem dogmata falsa meo.
Nec tantum imbiberat quos nostro tempore mundus
Extinxi errores, dira venena Stygis:
Sed qua Caluinus, qua Menno, quaq. Lut herus
Miscerent mundo noxia pocla seni,
Ne generi humano fierent letalia, nostris
Theriakis, nostro fecimus ingenio.
Pharmacopol. sed cum myrothecia lato
Non apto starent ordine quaque suo;
STEINVVICHIVS tandem collegit pharmaca, iustis
Disposuitq. locis, promito si qua lubent,
Promito si qua lubent anathematis recte veneno.
Infectos calices qui bibis, antidota.
Sederit ut tumidus venter, cum sana palato
Iam placeant sano, fercula quaeq. tuo,
Victima mortis eras, memor esto, & dicit o grates
DALMATICOQVE Seni, STEINVVICHIOQVE meo,
Namq. ego diuino qua scripsi pneumate plenus,
Iudicio hunc magno disposuisse vides.

CONFESSIO NIS HIERONYMIANÆ TOMVS TERTIVS, DVODECIM CAPITA COMPREHENDENS, IN QVIBVS DE SACRAMENTIS IN GENERE ET IN SPECIE TRACTATVR.

Caput primum: De Sacramentis generatim.

Articulus primus: Sacramenta non esse tantum externas notas Christianæ professionis, sed signa visibilia inuisibilis gratiæ, quæ per eadem Sacramenta confertur.



FRON. 19.

Mysteria, id est, Sacramenta sanctificati

Anime celestibus Sacramentis sanctificantur.

Per Sacramenta ipse Christus auctor Sacramento rursus, si indigne sumantur violatur.

Sacramenta de celo sunt.

PONIS mihi, Gomer manna, vnamque mensuram, & vestitum, & capillos, & barbam, & calciamenta, ex quo fuisse Israelitarum: quasi non & nos Christi corpus æqualiter accipiamus, vna est in mysterijs sanctificatio, domini & serui, nobilis & ignobilis regis & militis: quamquam pro accipientium meritis diuersum fiat, quod vnum est. Qui enim indignè mādūcauerit, & biberit, reus erit violati corporis & sanguinis Christi. Tom. 2. lib. 2. contra Iouinian. cap. 14. in medio.

QUONIAM elegit Dominus Sion: prælegit eam in habitationem sibi.] Concordantem sibi cateruam Ecclesiasticam, vel sanctificatas Sacramentis celestibus tibi animas. Tom. 7. Comm. in Psalmum 131.

Articulus II. Sacramenta nouæ legis à Christo Domino esse instituta.

Vos Sacerdotes qui despicitis nomē meum, &c.] Vultis scire, in quo despexeritis nomē meum? Offeritis super altare meum panem pollutum: panes videlicet propositionis, quos iuxta traditiones Hebraicas, ipsi serere, ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere debebatis, & nunc sumitis quoscunque de medio, & voce temeraria respondetis, & dicitis. In quo polluimus eos, siue te, dum enim Sacramenta violantur, ipse cuius sunt Sacramenta violatur. Tom. 5. Commentariorum, in caput 1. Malachie.

RESPONDENS Iesus dixit eis: & cætera.] Hoc est quod vulgò dicitur: Malo arboris nodo, malus clauus, aut cuneus infingendus est: Poterat Dominus aperta conclusione tentatorum calumniam confutare: sed prudenter interrogat, vt suo ipsi vel silentio, vel sententia condemnentur. Si enim respondissent baptisma Ioannis esse de celo, vt ipsi sapientes in malitia pertractarunt, consequens erat responsio: quare ergo non estis baptizati à Ioanne? Si dicere voluissent humana deceptione esse compositum, & nihil habuisse diuinum: seditionem populi formidabant. Omnes enim gregatim multitudines Ioannis receperant baptisma, & sic eum habebant vt Prophetam. Respondit itaque impijssima factio, & humilitatis verbo, quo nescire se diceret, vñ

est ad insidias coaptandas. Tomo sexto, libro tertio Commentariorum in caput vicesimum Matthai, Canone quadragesimo quinto.

Articulus III. Præter Baptismum & Eucharistiam esse etiam alia in noua lege Sacramenta.

VOCASTI quasi ad diem solemnem, &c.] Hostes quasi vocati ad solemnitatem veniunt, cum maligni spiritus in die iudicij ad puniendos peccatores exaltantes conueniunt. Gaudent enim illi de ruina animarum: quia non ignorant ad suppletionem supernæ ciuitatis, vnde illi corruerant, creatum esse humanum genus: & ob hoc se priuatos æterna felicitate conspicientes, homines ne paradysum habeant, toto nisu per inuidiam præcipitare festinant. Hoc tamen non sine grandi dolore sancta Ecclesia sustinet: cum filios suos, quos baptismate genuit, & Sacramentis diuinis imbut, sub inimicorum manu per diuersa scelera quotidie cadere videt. Tomo quarto, libro primo Commentariorum in caput secundum Lamentationum Hieremie.

Baptism' nominatur & alia Sacramenta.

QUIA hæc dicit Dominus Deus, & cætera.] Et ne omninò hærentes litteræ, Sacramenta numerorum relinquamus intacta: Septenarium numerum esse sanctum, etiam sabbatum probat: in quo requieuit Deus ab omnibus operibus suis. Et iubet ne quid in eo operis seruilis fiat, nisi ea tantum quæ ad animam pertinent, & ne in conera portemus. Vnde & in solitudine, qui die sabbati ligna collegerat quæ arsuræ sunt, sententia Domini condemnatur. Et septem hebdomadas complent numerum sanctæ Pentecostes, & Iubilæus annus remissionis tubarumque clangentium hoc numero textitur. In septimo quoque mense figuntur tabernacula, & Hebræus, cum sex annis seruerit, anno septimo liberatur. Nouit & hoc sæcularis Philosophia, & Medicorum libri: quorum Galenus disertissimus atque doctissimus scripsit ternos libros τριημισημιων καὶ τῶν ἑπτὰ ημερῶν: In quibus septenarij numeri ostendens potentiam, ardentissimas febres septimo dicit solui die: aut si tanta humoris noxijs, & pituitæ fuerit magnitudo, vt primæ hebdomadis nequaquam seruore consumpta sit, secundæ hebdomadis, vltimus expectatur dies, id est, quartusdecimus. Quod si hunc, vt iuxta Hippocratem loquar ἡ νόσος vicerit, transeunt ad vicesimam primam diem, hoc est, ad finem tertie hebdomade.

Septenarij numeri, qui sacramenta conueniunt seruilium.

Genes. 2. Num. 15.

Leuit. 25.

Ibid. 25. Exud. 28.

cuomes illud: dum saturitate nimia mel vertitur in absinthium. Oleum quoque de quo in tabernaculo Dei lucerna accenditur: ne aptetur nobis illud Propheticum: Oleum in Aegypto venundabas. Quod si in Aegypto & in Tyro fuerit, vertetur in contrarium, & dicitur de eo: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Sed & refina leuis est apta corporibus, & pro medicina accipitur. Vnde & in Hieremia scriptum est: Numquid refina non est in Galaad: aut Medicus non est tibi? Quare non ascendit curatio filiae populi mei? Hanc refinam habebat & Iacob, quam mittebat filio suo Ioseph cum melle & terebintho, nucibus, thymiamate & stacte. Ismaelitæ quoque qui emerit Ioseph de terra Israel, hæc in Aegyptum portabant: thymiamata & refinam de Galaad, & stacten. Et ut manifestius scire possimus, quid sit frumentum, balsamum, mel & oleum, refinamque ad mercatum ferre Tyri: audiamus DOMINI verba dicentis: Nolite dare sanctum canibus: neque margaritas vestras mittatis ante porcos. Mulieri quoque Chananea, quæ pro filia precabatur, dicens: Filia mea malè vexatur à dæmonio: respondit Dominus: Non oportet tollere panem filiorum, & dare cum canibus. Sed quia exierat de finibus Tyri, & Sidonis, & propinquabat terræ Israel: iccirco quod rogauerat consequuta est. *Tomo quarto, libro octavo Commentariorum in caput vicesimum septimum Ez. eubielis.*

CIRCVIVI ego cor meum, & cætera. Cæterum iuxta intelligentiam spirituales: aut omnino generaliter peccatum, mulierem nominamus & iniquitatem, quæ sub specie mulieris sedet in Zacharia super plumbi talentum: aut Diabolum *reperiuntur* mulierem accipimus, propter effeminatas vires: aut certè idololatriam, & ut proprius accedamus, hæreticorum Ecclesiam: quæ insipientem sensu ad se vocat, ut panes furtivos, & aquam furtivam, hoc est, falsum Sacramentum, & pollutum Baptismum indoctus accipiat. *Tomo quinto Commentariorum in caput septimum Ecclesiasti.*

SUPER triticum & vinum, & cætera. Super tritico & vino falsis mysterijs corporis & sanguinis Christi, qui dicit in Evangelio: Nisi ceciderit granum tritici in terram, & mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et in alio loco: Ego sum vitis vera: Et nisi biberitis sanguinem meum: super hoc ergo tritico & vino hæretici conciduntur, & diuersa ibi construunt tabernacula: siue prædicantur ab Ecclesia corpore: & legem Dei meditari, & ruminare se simulant. Sed hoc facientes recedunt in Domino, qui docuit eos in Ecclesia, & dedit eis fortitudinem, qua contra aduersarios dimicarent. Illi verò cogitauerunt malitiam contra Dominum, impijssimas hæreses extruentes, & reuersi sunt in statum gentilium, ut essent absque Dei noticia & iugo. *Tomo quinto, libro secundo Commentariorum in caput septimum Osee.*

TRANSITE in Chalanc & videte, & cætera. Qui bibunt defecatum vinum: propriè referri ad hæreticos potest: qui quasdam Scripturas probant, quasdam reprobant, defecata cupientes vana potare: cum in sanctis Scripturis nihil turpidum sit atque cenosum, sed totum de superiori vnda purissimum. Isti primis vnguntur vnguentis: qui non habentes artem vnguentariam, abs-

que vlla scientia Scripturarum, & traditionibus, atque doctrina Apostolorum, vendicant sibi sacerdotij dignitatem, & vinctos Domini dicunt se esse: oleumque purissimum sensus sui fece contaminant. Cumque hæc faciant in interfectionem eorum quos deceptur, nullo dolore cruciantur: sed gaudent in alienis mortibus, & miserorum sanguine delectantur. *Tomo 5. libro 3. Comm. in cap. 6. Amos.*

VSQVE ad terminos emiserunt te omnes viri foederis tui, illuserunt tibi, & cætera. Illi qui quondam comedebant apud hæreticos (non panem Eucharistiæ, sed panem luctus, & panem subinericium qui non reuerfatur) proponunt quæstiones de Scripturis: tendent insidias Idumæo atque terreno. & in omnibus carneo præceptori. *Tomo quinto Commentariorum in caput primum Abdia.*

QUIA sicut spinæ, & cætera. Cæterum iuxta Hebraicum verè hæreticorum foedera & necessitudines quasi spinæ sunt se inuicem complectentes, & conuiuium eorum atque mysteria (quia & ipsi mensam Dominicam habere se dicunt) spinarum foedus est, simul vescentium pariterque potantium. Cum enim obijde vinea Sodomorum aduersus conditorem rabido ore blasphemant: nonne conuiuium sentium est? quod tamen cum suis consumitur authoribus, quasi stipula ariditate plena. *Tomo quinto Commentariorum in cap. 1. Nabum. Fol. 175.*

IN vicesima & quarta, & cætera. Sicut summitas vestimenti Dominici, & leuis tactus non sanctificat, nisi eum qui comederit carnes agni, & sanguinem eius biberit: Sic è contrariò immundus in anima, peruersa quæque doctrina, quodcumque tetigerint, immundum faciat necesse est. Habent enim in Sacramentis panem & vinum, & oleum, & omnem cibum, sed Sacramenta eorum quasi panis luctus: omnes qui ea tetigerint, contaminabuntur. Legunt & ipsi Scripturas, & quasi de Scripturarum testimonijs conspergunt panem, & tota nocte in clibano coquant illum. Sed cum ad vescendum datus fuerit, comedentes ad insaniam prouocat. Habent pulmentum & coctionem conantes iuxta peruerfatis suæ sensum. mystica quæque de Scripturis texere, & quasi coquere, & condire carnes agni, sed coctio illa perditio est. Habent & vinum sed non de vinea Sorech, & quam plantauit Dominus in Hieremia. Flectam & totam veram, sed de vinea Sodomorum. Habent & oleum, quod de veteris & nouæ Scripturæ testimonijs, violenter exprimunt, & quali in refectioem deceptis, & lassis mentibus pollicentur, sed detestatur illud sanctus, & dicit: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Habent & diuersos cibos, multiplices videlicet variarum *diuersorum* diuersosque tractatus: quos quia immundi sunt qui scriperunt, & de immundo ore prolati sunt, omnis qui tetigerit immundus fiet, & in eorum trahetur errorem. Vnde respondit Aggeus: qui scit differentias solemnitarum, & ob id festi sortitus est nomen. Sic populus iste, & sic gens ista. Iudæorum videlicet atque Gentilium & hæreticorum omnium, in conspectu meo, dicit Dominus: Omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota profaluta, vel pacifica, vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocaustum: siue elemofynas, siue iei-

Traditiones Apostolorum nota.

Osee 7.

Hæretici habent panem luctus, non Eucharistiæ.

Cena hæreticorum conuiuium sentium.

Hæreticorum Sacramenta non sanctificant, sed pollutant.

Hier. 2.

Psal. 146.

Nihil planè apud hæreticos sanctum est, sed omnia contamina.

unia, siue victus continentiam, & corporis castitatem: contaminata erunt in conspectu meo. Quamuis enim sancta videantur specie sui quæ offeruntur à talibus: tamen quia tacta sunt ab eo qui pollutus in anima est, omnia pollutentur. *Tomo 5. Comment. in cap. 2. Aggei.*

QUI ergo tribuit vobis spiritum, & cætera. Observandum etiam quod operari virtutes dicantur in his, qui non tenent Euangelij veritatem, sicut in illis qui Dominum non sequentes, in nomine eius signa faciebant: Ioanne vel maxime conquerente: Præceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Hoc aduersum hæreticos, qui probationem fidei suæ ex eo si signum aliquid fecerint, arbitrantur. Qui cum manducauerint & biberint in nomine Domini (Habent quippe & ipsi altare sacrilegum) & signa multa inuocato Salvatore fecisse se iactent, in die iudicij merebuntur audire: Non noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatè. *Tomo sexto, libro primo Commentariorum in caput tertium ad Galatas.*

VNVS Dominus, vnum Baptisma, vna fides, & cætera. Vnum Baptisma, & contra Valentium facit, qui duo baptismata esse contendit, & contra omnes hæreticos: vt sciant non habere se baptismata, sed in vna CHRISTI Ecclesia fontem esse vitalem. *Tomo 6. libr. 2. Commentariorum in cap. 4. ad Ephesios.*

TABERNACULA Idumæorum & Ismaelitæ, Moab, Agareni, Gebal, & Amelech, & cætera. Amelech interpretatur, lingens terram. Quicumque enim pugnant aduersus populum DEI, non comedunt caelestem panem, sed lingunt terram sicut serpens. *Tomo septimo Commentariorum in Psalmum 82.*

Articulus Septimus. Ministrum in mortali peccato licet decerentur, conferre vera & suscipientibus vtilia Sacramenta.

ORTHODOXVS. Multa quidem de Sacris Voluminibus memoriter copioseque dixisti: sed, cum totum circumieris saltum, meis castibus concluderis. Sit quippe, vt vis, Arianorum Episcopus hostis Christi, sed infatuum sal. sit lucerna sine igniculo, sit oculus sine pupilla: nempe eo peruenies vt fallere non possit, qui falli ipse non habeat. non illuminet cæcus, non accendat extinctus. Tu autem cum conditum ab eo cibum deuores, cur insulsum arguis conditorem? De igniculo eius Ecclesia tua lucet, & lucernam eius criminari extingam? Oculos tibi præbet, & cæcus est? Quamobrem oro te, vt aut sacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptismata probas, aut reprobos eius baptismata, quem non existimas sacerdotem, neque enim fieri potest, vt qui in baptismate sanctus est, sit apud altare peccator. *Tomo secundo in Dialogo contra Luciferianos capite secundo.*

VOS sacerdotes, qui despicitis nomen, meum & cætera. Vultis scire in quo despexeritis nomen meum? Offeritis super altare meum panem pollutum, panes videlicet propositionis, quos iuxta traditiones Hebraicas, ipsi serere, ipsi demerere, ipsi molere, ipsi coquere debetis, & nunc sumatis quoscunque de medio, & voce temera-

ria responderitis, & dicitis: In quo polluiimus eos, siue testum enim sacramenta violantur, ipse cuius sunt sacramenta violatur. *Tomo quinto Com. in cap. 1. Malachia.*

CORRIPIT sermo diuinus Episcopus, atque presbyteros, & diaconos negligentes; siue (quoniam genus sacerdotale & regale sumus.) omnes qui baptizati in Christo, Christi censentur nomine, cur despiciat nomen Dei: & interrogantibus, in quo despexerint nomen eius, causas monstrat offensæ. Offeritis inquit, super altare meum panem pollutum, Polluimus panem, id est, corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus, & dicimus, mensa domini despecta est: non quod hoc aliquis audeat dicere, & quod impie cogitet scelerata voce proferre; sed opera peccatorum despiciunt mensam Dei. *Ibidem.*

ECCE ego projiciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum sterces solennitatum vestrarum, & cætera. Ad sacerdotes loquitur: projiciam, inquit, in facies vestras ea quæ sanctiora putatis in lege, & vobis à deo pro virtutum munere ex hostijs condonata, Brachium, pro quo Lxx, *ἄρμον*, id est, humerum interpretati sunt, id est, armum animalis dextrum. Et dispergam, inquit, *σπορον*, id est, ventriculum: siue iuxta Hebræos sterces, id est, peres. *μετανωμιός* pro eo quod continet, id quod continetur appellans, & armum enim & pectusculum, & linguam, & ventriculum, & ea quæ in Leuitico describuntur accipiebant ex hostijs sacerdotes. Quæ omnia pro peccatis eorum se abijcere, & in facies sacerdotum mittere contestatur: vt scilicet tales sint qui offerunt, qualia & illa quæ offeruntur. Et assumet vos, inquit, secum, id est, sterces solennitatum vestrarum: vt foetentes facies stercoreis commixtioneturpantur, & ex eo quod vos abijcio, intelligatis ipsum esse me, qui quondam elegi patrem vestrum Leui, & per Leui Aaron, & vobis sacerdotij gloriam condonavi, vt esset pactum meum siue testamentum cum Leui, & eterno mihi sacerdotio ministraret. Notandum quod berith, verbu hebraicum, *ἰσχυρα* *ἰσχυρῶν*, id est, pactum interpretatur: Lxx. semper *διαθήκη*, id est, testamentum, & in plerisque scripturarum locis, testamentum non voluntatem defunctorum sonare, sed pactum viuentium. Voluit autem Deus & omnes quidem homines, sed præcipuè sacerdotes maculam non habere, & siue humerum siue brachium ornare bonis operibus. pectusculo significatur bona conscientia; in lingua sancta confessio: vt quod corde credimus ad iustitiam, ore confiteamur in salutem. In ventriculo quoque nihil habere mortiferum; sed quod nostram vitam sustentet ac vegetet: nisi enim cibi in ventriculo concoquantur, & eorum succo corpus irrigetur; attenuatum viribus caret, & fertur in mortem. Nos autem omnia in contrarium vertimus: vt projiciat nobis Dominus brachium, siue seperet opera nostra sanctorum operibus. & quibus præceptum est vngere caput nostrum, & lauare faciem à peccatorum sordibus: ieiunantes, & reuelata facie gloriam Domini contemplari: nunc dicimus: confuso vultus mei operuit me, & iuxta Cain concidit facies nostra: nec possumus illud implere quod præceptum est: Leuate oculos vestros & videte: sed stercore vitiorum habemus.

1. Pet. 2.

Opera peccatorum despiciunt mensam dei.

Leuit. 7. Pona offerentium indignum.

Psal. 77. 88.

Rom. 10.

Mat. 6.

Psal. 43. Hier. 15.

Osee 12.

Psal. 146.

Hier. 8. Sec. 70.

Gen. 43. Sec 70. Ibid. 37.

Matth. 7. Canibus extra Ecclesiam non possunt sacramenta. Ibid 15.

Zach. 5.

Prout. 9. Falsum sacramentum est pollutum baptismum hæreticorum

Joan. 12.

Joan. 15. Ibid. 6.

Sacramenta hæreticorum falsa mysteria.

Hæreticorum vinum defecatum.

Luc. 13. Hæreticorum altaria sacra legat.

In vna Ecclesia fons vitæ salis est baptismus.

Mali ministri conferunt legitime sacramenta.

Violant sacerdotes sacramenta quam ad se ipsos non quant ad ecclesiam

Psal. 57.

mus latas facies atque pollutas, & dicimus: Putru erit & corrupte sunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. Vnde omnia illa in sterco verba sunt: dicente scriptura. Et assumet vos secum sterco videlicet quo linitae sunt facies nostrae: qui debueramus pleniam mundi venire in solennitatibus Dei, & vel carnes agni comedere calciati, vel expletis septem hebdomatibus fructus operum nostrorum offerre Deo: vel in tabernaculis huius saeculi viuere transeuntes, & dicere: Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et quia pro eo quod nos vertimus: assumet vos secum sterco: interpretati sunt LXX, & assumam vos simul: subicitur intelligentia, quod postquam turpitudine & ignominia cooperiti fuerint sacerdotes, & intellexerint peccatum suum, & egerint penitentiam: tunc affumentur a Domino: & huic, sensui conuenire quod sequitur: Et cognoscetis quia ego miserim ad vos mandatum hoc. *Tomo quinto Commentarii in cap. 2. Malachia.*

Psal. 38.

MULTI dicent mihi in illa die: Domine, Domine, non in nomine tuo Prophetaui: & in nomine tuo, daemona eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas fecimus?] Prophetare, & virtutes facere, & daemona eicere, interdum non eius meriti est, qui operatur: sed vel inuocatione nominis CHRISTI hoc agit, vel ob condemnationem eorum, qui inuocant, & vilitatem eorum qui vident & audiunt conceditur: vt licet homines despiciant signa facientes: tamen DEVM honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Nam & Saul & Balaam, & Caiphas prophetauerunt, nescientes quid dicerent: & Pharaon & Nabuchodonosor somnijs futura cognoscunt. Et in actibus Apostolorum filij Scauae videbantur eicere daemona. Sed & Iudas Apostolus cum animo proditoris multa signa inter ceteros Apostolos fecisse narratur. *Tomo sexto libro primo Commentariorum, in caput septimum, Matthaei. Canone decimo.*

Maledunt miracula.

1. Reg. 10. Numer. 23. Ioan. 11. Gen. 41. Daniel. 2. Aeth. 19.

QUI recipit Propetam in nomine Propetiae, & cetera.] Ad susceptionem magistrorum discipulos prouocauerat. Poterat occulta esse credentium responsio: ergo & pseudoprophetae & Iudam proditorem debemus recipere, & illis alimoniam ministrare. Hoc Dominus ante procurans dicit, non personas suscipiendas esse, sed nomina, & mercedem non perdere suscipientes, licet indignus fuerit qui susceptus sit. *Tomo sexto, libro primo, Commentariorum, in caput decimum, Matthaei. Canone decimo octauo.*

Articulus Octauus. Quare expediat, vt Sacramentorum minister, ab omni crimine remotus sit & alienus?

Matt. 9.

1. Reg. 3.

Episcopum et sacerdos sine integritate vitae

LVCKERIANVS. Oro te nonne legisti de Episcopis dictum: Vos estis sal terra; Si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihilum est vtile, nisi vt projiciatur foras, & coculcet ab hominibus. Sed & illud, quod pro populo peccatore sacerdos Deum exoret, ac pro sacerdote, nullus sit alius qui deprecetur. Quae quidem duo Scripturarum capitula in sententiam concurrunt vnam: nam vt sal omnem cibum condit; nec est aliquid per se tam suauis,

quod absque eo gustum demulceat: ita mundi totius, & proprie Ecclesiae condimentum Episcopus est: qui si infatuatus fuerit, siue per negationem, siue per haeresim, siue per libidinem, & vt simul dicam: per vniuersa peccata, a quo alio poterit condiri, cum ipse fuerit omnium condimentum? Sacerdos quippe pro laico offert oblationem suam, imponit manum subiecto, reditum Sancti spiritus inuocat; atque ita eum, qui traditus erat Sathanae in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret indicta in populum oratione, altario reconciliat; nec prius vnum membrum restituit sanitatis, quam omnia simul membra conseruerint. Facile quippe ignoscit filio pater, cum mater pro visceribus suis deprecatur. Si ergo hoc, quem diximus, gradu laicus poenitens restituitur Ecclesiae: ibique sequitur venia, vbi luctus praecesserat; manifestum est, Sacerdotem, de gradu suo motum, in eundem locum non posse restitui: quia aut poenitens sacerdotio carebit; aut in honore persistens, reduci in Ecclesiam non poterit per ordinem poenitentis. Tu mihi nunc infatuato sale Ecclesiae saporem cotaminas: tu eum, qui proiectus foras, iacere deberet in stercore a cunctis hominibus conculcandus; super altarium reponis? Et vbi erit illud Apostoli Pauli praeceptum: Oportet Episcopum esse sine crimine; quasi dispensatorem Dei. Et iterum: Probet autem se vnusquisque, & sic accedat? Vbi Dominica demeritio est: Ne misericordis margaritas vestras ante porcos. Quod si de omnibus generaliter dictum intelligis: quanto magis de Sacerdotibus praecauendum est, cum etiam de laicis sic cauetur? Separamini, inquit, Dominus per Moysen, a tabernaculis istorum hominum durissimorum, & nolite tangi ab omnibus, quae sunt eorum; ne simul pereatis in peccato eorum. Et rursum in duodecim Prophetis: Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur. Et in Evangelio Dominus: Lucerna, inquit, corporis est oculus, id est, Ecclesiae lumen est Episcopus. Si autem oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit. Sacerdote enim fidem veram praedicante ex omnium corde tenebrae discutuntur. Et causam reddit: Neque enim lucerna accenditur & ponitur subter modium, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt: hoc est, ideò Deus scientiae suae igniculum in Episcopo succendit, vt non sibi tantum luceat, sed omnibus prosit. Et in consequenti: Si, inquit, oculus tuus nequam fuerit, omne corpus tenebrosum est, si autem lumen, quod in te est, tenebrae sunt; ipsae tenebrae quantae erunt? Et recte, nam cum ideò Episcopus in Ecclesia constituatur, vt populum coerceat ab errore, quantus erit error in populo, cum errat ipse, qui doceat? quo modo potest peccata dimittere, qui ipse peccator est? quomodo sanctum sacrilegus faciet? vnde ad me lumen introiet, cum oculus meus caecus sit? Pro dolor, Antichristi discipulus Ecclesiam CHRISTI gubernat, & vbi est illud: Non potestis duobus Dominis seruire? Sed & illud: Quae communicatio luci ad tenebras? qui consensus Christo ad Beliam? legimus in veteri testamento: homo, in quo fuerit macula, & vitium, non accedat offerre dona Domino: Et rursum: Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum Deum, vt sacrificent, mundi sint: ne forte derelinquat

1. Cor. 5.

Matt. 5.

Titum 1.

1. Cor. 11.

Matt. 7.

Num. 16.

Osee 9.

Matt. 6.

Luc. 11.

Varijs test. manijs cōfir. maut prae- stum Eccle- sia innocen- tii & inte- gra vite esse oportere.

Matt. 6.

2. Cor. 6.

Leuit. 21.

608

eos DOMINVS: Et in eodem: Et cum accedunt ministrare sancta, non adducant in sedelictum, ne moriantur. Et multa alia, quae persequi infinitum est, studio breuitatis omitto, neque enim numerus testimoniorum, sed auctoritas valet. Ex quibus ostenditur, vos per modicum fermentum totam Ecclesiam massam corripisse, & de eius manu hodie Eucharistiam accipere, quem heri quasi idololatram respuebatis. *Tomo secundo, in Dialogo, contra Luciferianos capite secundo.*

ET electos Israel impediuit,] Impediuntur & nunc electi Ecclesiae: si non & ipsi quoque sacerdotes innocenter haec sacramenta percipiant. *Tomo septimo, Commentariorum in Psalmum septuagesimum septimum.*

Caput Secundum, De sacramento in specie ac primo de Baptismi.

Articu. I. Baptismum verè & propriè Sacramentum esse.



ATVS Christi percutitur lancea, & baptisimi atque martyrij pariter sacramenta funduntur. *Tomo 2. Epistola octuagesima tertia ad Oceanum.*

VAE prouocatrix & redempta ciuitas, columba: & cetera.] Sacerdotes qui dant baptismum, & ad Eucharistiam, DOMINI imprecantur aduentum, faciunt oleum chrisimatis: manus imponunt: catechumini erudiunt: Leuitas & alios constituunt sacerdotes: non tamen indignentur nobis haec exponentibus, & prophetis vaticinantibus, quam Dominum deprecantur, & studiosè agant, ne de sacerdotibus, qui violant sancta Domini esse mercantur. *Tomo quinto, Commentariorum in caput tertium, Sophonia.*

Articulus II. Per baptismum tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, non autem radi tantum, vel imputari.

MAGIS mirabatur superiores & inferiores aquas, quas Othoniel filius Iephone Kenaz pro australi terra, & arida possessione suscepit; & quarum ductu siccis prioris instrumenti agros faciebat irriguos; vt redemptionem veterum peccatorum in aquis baptismi reperiret. *Tomo 1. Epist. 27. ad Eustochium.*

QUIBUS in baptisinate mortuus est Pharaon, & vniuersus eius suffocatus est exercitus, cur rursum Aegyptum quaerimus, & post manna angelorum cibum, allia, & cepe, & pepones, & carnes varias suspiramus? *Tomo 2. lib. 1. contra Iovinianum capite sexto.*

FILIVM Dei tentare ausus est; & prima eius, & secunda sententia percussus, nihilominus caput leuat; & tertio vulneratus, vsque ad tempus recedit, differens magis tentationem, quam auferens: & nos nobis blandimur de baptisinate: quod sicut priora peccata dimittit, sic in futurum seruare non potest, nisi baptizati omni custodia seruauerint cor suum. *Tomo secundo libro 2. contra Iovinianum cap. 3.*

Ex latere Christi baptismus motus.

Baptisima sacramentum à sacerdotibus tribuitur.

Ioan. 19. Iud. 1. Redemptio veterum peccatorum in aquis baptismi reperitur. Pharaon amicus mortuus in baptisimo. Exod. 14. Num. 11.

Matt. 4. Luc. 2. Baptismus priora peccata dimittit sed in futurum seruare non potest.

ORTHODOXVS, Cum in patre & filio & Spiritu sancto baptizatus homo templum Domini fiat, cum veteri aede destructa, nouum trinitatis delubrum aedificetur: quomodo dicis sine aduentu Spiritus sancti apud Arianos posse dimitti? quo modo antiquis sordibus anima purgatur, quae sanctum non habet spiritum? neque enim 2. qua lauat animam, sed prius ipsa lauatur à spiritu, vt alios lauare spiritu aliter possit. Spiritus, inquit, Moyses, Domini ferebatur super aquas. Ex quo apparet, baptismum non esse sine Spiritu sancto. *Tomo secundo in Dialogo contra Luciferianos capite tertio.*

AVDITI nuper de Marcionis schola: va, inquit, ei qui in hac carne, & in his ossibus resurrexit: gaudens animus statim intulit: Consepulti enim sumus, & conseruimus cum Christo per baptismum. Animae an carnis resurrectionem dicis? Respondi non solum animae, sed carnis, quae cum anima renascitur in lauacro. Et quo modo peribit, quae in Christo renata est? *Tomo secundo Epistola sexagesima prima ad Pammachium capite decima quarta.*

AVDIO praeterea obijci mihi à Chryzogono, sectatore eius, cur in baptisinate dixerim, vniuersa peccata dimitti, & mortuo in marito, nouum virum in Christo resurgere, atque istiusmodi sacerdotes in Ecclesijs esse non nullos. Cui breui sermone respondebo: habent libellum, quem in crimen vocant: ille respondeat: hunc sua disputatio ne subuertat, & scripta scriptis arguat. Quid autem litate frontis, & contractis rugatibus, naribus concava verba trutinat, & sanctitatem apud vulgus ignobile simulato rigore mentitur? Audiatur nos iterum proclamantes: veterem Adam in lauacro totum mori: & nouum cum Christo in baptisinate, suscitari: perire Choicum, & nasci super caelestem. *Tomo 2. lib. 1. aduersus Rufinum cap. 7.*

ET qui ligna caedit si securi ac ferro fugiente de ligno homo fuerit occisus, pergere iubetur ad urbem fugitiuorum, & tam diu ibi, quam diu sacerdos maximus moriatur, id est, redimatur sanguine Saluatoris, aut in domo baptismatis, aut in poenitentia, quae imitatur baptismatis gratiam per ineffabilem clementiam Saluatoris, qui non vult perire quemquam, nec delectatur mortibus peccatorum, sed vt conuertantur & viuant. *Tomo secundo libro primo Dialogorum aduersus Pelagianos cap. 10.*

QUOD autem scriptum est: Et sanguis Iesu filij eius mundat nos ab omni peccato: tam in confessione baptismatis, quam in clementia poenitentiae accipiendum est. *Tomo 2. lib. 2. in Dialogo contra Pelagianos cap. 3.*

DELECTATVS sum tuorum multiplicatio: ne sermonum, de quibus scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum: sed quid ad causam? certe hoc fateberis, eos qui Christi baptismum consecuti sunt, non habere peccatum. *Tomo 2. lib. 3. Dial. aduersus Pelagianos cap. 1.*

ET tamen hoc scito, baptismum praeterita donare peccata, non futuram seruare iustitiam, quae labore, & industria, ac diligentia, & semper super omnia Dei clementia custoditur. *Ibidem.*

RVSVM aliud proposuit, in baptisinate bona opera dimittantur, an mala? Et in hoc eadem simplicitate respondi, peccata dimitti. Cum me securum putarem, ceperunt mihi hinc

In baptisimo Spiritus sanctus conferunt.

Gen. 1.

Rom. 6. Anima in Christo renata perire non potest.

In baptisimo omnia peccata dimittuntur.

Vetus Adam in baptisimo totum moritur et nouum cum Christo suscitatur.

Deut. 10. In baptisimo poenitentia redimimus sanguine Saluatoris. Ezech. 18.

1. Ioan. 1.

Qui Christi baptismum consecuti, non habent amplius peccata.

Baptisima praeterita condonat peccata non futura.

peccata: quæ ingredientibus nobis aquas Domini dimituntur, & baptismi ostendunt gratiam Salutarem & initia sunt profectuum, tamen ipsa sublimia. Tomo quarto lib. 1. 4. Commentariorum in cap. 47. Ez. echielis.

ET fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum.] Egredietur fons de domo Domini, quæ interpretatur Ecclesia. De quo & Ezechiel & Zacharias ponunt in fine voluminum suorum: vt spinas nostras & vitia atq; peccata, quæ nullam frugem habuere iustitiæ cõmententur in Domini noualia, & ariditatem nostram rigent aquis largissimis, & pro spinis ac veribus, flores virtutum multiplices germinem. Et in eo loco vbi quondam fornicatus est Israel, & initiatu est Beelphegor, lilia castitatis, & rosæ pudoris & virginitatis excuberent. Tom. 5. Com. in cap. 3. loelii.

IN die illa erit fons patens domui Dauid, & cetera.] De hoc fonte qui egreditur de domo Dauid, & in Ezechiele propheta scribitur, quod erumpat fons in domo Domini, & crescat in fluiuium, qui appellatur aqua remissionis & indulgentiæ, & pergat ad solitudinẽ & ad mare, quod nunc vocatur mortuum, piscesque omnes viuificet: & ex vtraque ripa fluminis varij generis confurgant arborcs, per singulos menses semper nouis fructibus abundantes. Et vt sciamus domum, hoc est, templum Dei, ipsum esse domum Dauid, q̄ in Ezechiele, domus Dei, in Zacharia, domus Dauid appellatur: Hic fons de domo Dei egrediens, refertur ad Ecclesiam, & ad scientiam scripturarum: vt omnes renascamur in Christo, & in aqua baptismatis nostra nobis peccata donentur. Nihil immundius menstrua, quæ quidquid attingerit, immundum facit, & huius tamen sordes Christi abluentur baptismate. Tomo quinto Commentariorum in caput decimum tertium Zachariae.

AT vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, & cetera.] Sed vt cuncta præterea, quomodo sub lege factus, vt eos qui sub lege erant redimeret, sic propter illos qui nati erant ex muliere, ex muliere nasci voluit. Nam & baptismum in Iordanis fluente iccirco quasi pœnitens, cum esset à peccatis liber, accepit, vt ceteros edoceret mundandos esse per baptismum, & in filios noua spiritus adoptione generari. Quod nequaquam intelligens Ioannes, Baptismatis eũ ad lauacrum prohibebat accedere, dicens: Ego à te debeo baptizari. Et statim sacramentum docetur. Sine modo, sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam. Ne qui ob hominum salutem venerat, aliquid de conuersatione hominum præteriret. Tomo sexto libro secundo Comment. in caput quartum ad Galatas.

NE QV E enim circuncisio aliquid est, & cetera.] Quia necdum manifestum est, illud corpus gloriæ Iesu Christi, quod est vestigia clauorum post resurrectionem habuit, & clausis ianuis est ingressum. nos qui iam nunc in baptismate Christo cõsurreximus, in nouum renati hominem nec circuncisio, nec præputio seruiamus, sed quod futurum sumus, iam nunc nos esse credamus. Tom. 6. li. 3. Com. in cap. 6. ad Galatas.

NE c memorero nominum eorum per labia mea.] Mutamur quippe in lauacro: & ex filijs hominum, vocamur filij Dei. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Vox Christi. Nec

memor ero istorum Apostolorum nominum, quæ prius ante fidem habuerunt, quando infidelitatem habuerunt. Illa non recordabor: quia crescentibus meritis, nomina addita sunt noua, sicut Abraham, sicut & Sara, sicut Petro, & reliquis qui antea ferai peccati, sed postea amici: sicut Dominus dixit: Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Et sanctus Paulus fuerat, quando dicebat: Fui mus aliquando & nos stulti & increduli, sicut & ceteri, sed misericordiam Dei consequuti sumus. Et iterum: Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Tom. 7. Com. in Psal. 15.

Articulus III. In baptismo spiritum sanctum conferri.

CVm in Patre & filio, & Spiritu sancto baptizatus homo templum Domini fiat, cum veteri æde destructa, nouum trinitatis delubrum ædificetur: quo modo dicis, sine aduentu Spiritus sancti apud Arianos peccata posse dimitti? quo modo antiquis sordibus anima purgatur, quæ sanctum non habet spiritum? neque enim aqua lauat animam, sed prius ipsa lauatur à spiritu, vt alios lauarẽ spiritualiter possit. Spiritus, inquit, Moyses, Domini ferebatur super aquas. Ex quo apparet, baptismum nõ esse sine Spiritu sancto. Tom. 2. in Dial. contra Lucife. cap. 3.

VT enim accipit quis, ita & dare potest: nisi forte eunuchus à Philippo diacono baptizatus, sine Spiritu sancto fuisse credendus est, de quo scriptura ita loquitur. Et descenderunt ambo in aquam: & baptizauit eum Philippus, & cum ascenderent ab aqua, Spiritus sanctus venit in Eunuchum. Ibid. cap. 4.

EMITTITVR de area coruus, & non redijt; & postea pacem terræ columba nunciat. Ita & in Baptismate Ecclesiæ, teterrimo alite expulso, id est, diabolo, pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nunciat. Ibid. cap. 8.

PACCAT mundus, & sine aquarum diluuiio non purgatur. Statimque columba Spiritus sancti, expulso alite terrimo, ita ad Noë, quasi ad Christum, in Iordane deuolat; & ramo refectionis ac luminis, pacem orbi annunciat. Tom. 2. Epist. 83. ad Oceanum cap. 3.

MICH EAS de baptismi gratia vaticinatur: ipe auertet & miserabitur nostri: demerget iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Quo modo ergo in lauacro omnia peccata merguntur, si vna vxor supernatat. Ibid.

CVm abluerit Dominus sordes filiarum Siõ, & cetera.] Tunc saluabuntur reliquie de Israel, quando in baptismate saluatoris eis fuerint peccata dimissa, & ille sanguis ablutus, quem super se errans populus imprecatus est: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Vnde supra legimus: Cum extenderitis manus, non exaudiam vos; manus enim vestra sanguine plene sunt. Et postea eos ad pœnitentiam prouocans, infert: Lauamini, mundi estote: Et nota quod sordes filiarum Siõ lauaret Spiritu iudicij, sanguinem autẽ Hierusalem, spiritu combustionis: Quod enim leue est, lauatur: quod grauius exurit. De quo iudicij Spiritu, & spiritu combustionis, Ioannes Baptista, in Euangelio loquebatur: Ego baptizo vos in aqua: qui autem post me venit, ipse baptizabit in spiritu sancto & igne. Ex quo discimus, quod homo tantum aquam tribuat,

Ioan. 15. Titum 3.

1. Cor. 6.

In baptismo conferuntur spiritus sanctus.

Genes. 2.

Affirm. 8.

Gen. 8. Ex typis probat eijci diabolum: spiritum sanctum conferri.

Gen. 8.

Mich. 7.

Matt. 27. Esai. 1.

Matt. 3.

Spiritus sanctum Deus tribuit in baptismo.

tribuat, Deus autẽ spiritum sanctum, quo & sordes abluuntur, & sanguinis peccata purgantur. Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 4. Esai.

DAVID de vno numero ad hebdomadẽ per incrementa proficiens, venit ad vicefimum octauum psalmum: qui & ipse inscribitur Dauid, in consummationem tabernaculi, quando angelis imperatur; Afferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum. Et omnia baptismi salutaris, & Ecclesiæ mysteria concinnantur: Vox Domini super aquas: Deus maiestatis introiuit Dominus super aquas multas: vox Domini in virtute: Et post paululum: Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensã, & in templo eius omnes dicent gloriam. Atque vt multitudinem credentium demonstraret, intulit: Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit Dominus rex in æternum. Tom. 4. in Prouerbio lib. 17. Commentario. in Esaiam.

ET erit post hæc, effundam spiritum meum super carnem omnem, & cetera.] Et quicumque credere se dicit in Christum, non credens in spiritum sanctum, perfectæ fidei oculos non habebit. Vnde & in Actibus Apostolorum; qui baptizati erant baptismate Ioannis in eum qui venturus erat, hoc est in nomine Domini Iesu: quia responderunt Paulo interroganti: Sed ne si sit quidem Spiritus sanctus nouimus, iterum baptizantur, imo verum baptismum accipiunt: quia sine Spiritu sancto & mysterio trinitatis, quidquid in vnam & alteram personam accipitur, imperfectum est. Tom. 5. Com. in cap. 2. loelii.

ET parauit Deus vermem ascensione diluculi in crastinum, & cetera.] Antequam oritur sol iustitiæ, virens erat umbraculum, & non arebat Israel: postquam ille surrexit, & Niniuiticæ eius luce discussæ sunt: paratus vermis in crastinum ascensione diluculi (de quo vicefimus primus Psalmus inscribitur: pro assumptione matutina: & qui absque vilo semine de terra oritur, & dicit: Ego sum vermis & non homo) percussit umbraculum: quod desertum auxilio Dei omnem virorem perdidit. Præcepitque Dominus vento calido & vrenti, de quo prophetatur in Osee: Adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius. Et æstiuare coepit Ionas, & iterum velle mori in baptismate cum Israele, vt in lauacro recipiat humorem, quem in negatione perdidit. Vnde & Petrus arentibus loquitur Iudæis: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Sunt qui vrentem ventum; Romanos intelligant duces, qui post resurrectionem Christi Israel penitus deleuerunt. Tom. 5. Com. in cap. 4. Ione.

IPS E vos baptizabit in spiritu sancto & igne.] Sive quia ignis est spiritus sanctus, vt Acta Apostolorum docent: quod descendente sedit quasi ignis super singulos credentium, & impletus est sermo Domini dicentis: Ignem veni mittere super terram, & quam volo vt ardeat. Sive quia in præsentem, spiritu baptizatur, & in futuro igne; Apostolo quoque huic sensui congruente: Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Tomo 6. Com. in cap. 5. Matthei.

TUNC venit Iesus à Galilæa, in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, & cetera.] Tri-

plicem ob causam saluator à Ioanne accepit Baptismum. Primum, vt quia homo natus erat, omnem iustitiam & humilitatem legis impleteret. Secundò vt baptismate suo, Ioannis baptismi comprobaret. Tertiò, vt Iordanis aquas sanctificans, per descensionem columbæ, Spiritus sancti in lauacro credentium monstraret aduentum. Ibidem mox.

QV I C V N Q V E enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, & cetera.] Quo modo filij Dei per fidem, quæ est in Christo Iesu nascamur, ostendit, dicens: Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quod autem Christus sit indumentum, non solum de præsentem loco, verum etiam de alio comprobatur, Paulo eodem cohortante: Induite vos Dominum Iesum Christum. Si igitur qui in Christo baptizati sunt, Christum induerunt: manifestum est eos, qui nõ sunt induti Christum, non fuisse baptizatos in Christo. Ad eos. n. qui fideles & baptismate Christi consecuti putabantur, dictum est: Induite vos Dominum Iesum Christum. Si quis hoc corpus & quod oculis carnis aspicitur, aquæ tantum accepit lauacrum, non est indutus Dominum Iesum Christum. Nam & Simon ille de Actibus Apostolorum acceperat lauacrum aquæ: verum quia Sanctum spiritum non habebat, indutus non erat Christum. Et hæretici vel hypocritæ, & hi qui sordidè visitant, videntur quidem accipere baptismum: sed nescio an Christi habeant indumentum. Itaque confideremus ne fortè & in nobis aliquis deprehendatur, qui ex eo quod Christi non habet indumentum, arguatur non baptizatus in CHRISTO: Cum autem quis semel CHRISTVM indutus fuerit, & missus in flammam, Spiritus sancti ardore canduerit, non intelligitur aurum sit an argentum. Quamdiu calor massam, sic possidet vnus igneus color est, & omnis diuersitas generis, conditionis, & corporum aufertur istiusmodi vestimento. Non est enim Iudæus neque Græcus, Pro Græco gentilem accipere debemus: quia Euan & Græcum & Ethnicum vtrumque significat. Nec Iudæus iccirco melior est, quia circuncisus est: nec gentilis ideo deterior, quia præputium habet: sed pro qualitate fidei: vel Iudæus, vel Græcus melior, siue deterior est. Seruus quoque & liber, non conditione separantur, sed fide: quia potest & seruus libero esse melior, & liber seruum in fidei qualitate præuerrere. Masculus similiter & femina, fortitudine & imbecillitate corporum separantur. Cæterum fides pro mentis deuotione censetur, & sæpe euenit vt & mulier viro causa salutis fiat, & mulierem vir in religione præcedat. Cum autem ita res habeat, & tota diuersitas generis, conditionis & corporum, Christi baptismate & indumento illius aufertur, omnes vnus sumus in CHRISTO Iesu: Vt quo modo pater & filius in se vnus sunt ita & nos in ipsis vnus sumus. Tomo sexto libro primo Commentariorum, in caput tertium ad Galatas.

Simon magis, hæreticus & hypocritæ et qui sordidè visitant non accipiunt Spiritum sanctum.

Christus indumentum nostrum in baptismo.

Rom. 13.

Affor. 8.

Simon magis, hæreticus & hypocritæ et qui sordidè visitant non accipiunt Spiritum sanctum.

Omnis diuersitas generis, conditionis, & corporum Christi baptismate aufertur.

Ter mergemur in baptismo et cur:

Aqua designat gratiam salutarem baptismi.

Ezech. 47. Zach. 13.

Aqua largissima baptismi.

Ezech. 46.

Aqua remissionis & indulgentiæ.

In aqua baptismatis peccata nobis donantur.

Cur Christus baptismi Ioannis.

Matt. 5.

In baptismo noui homines renascuntur.

In baptismo ex filijs hominum efficiuntur filij Dei.

Psal. 28.

Mysteria baptismi in hoc psalmo.

Affor. 19.

Baptismus sine spiritu sancto est imperfectus.

Psal. 22.

Osee. 13.

Affor. 2.

In baptismo conferuntur donum spiritus sancti.

Aff. 2.

Luce 12. In futuro seculo igni baptizamur. 1. Cor. 5.

qua consequentia in vno vocabulo, eodem opere, & eodem sacramento, naturæ diuersitatem, Arius, Macedonius, & Eunomius, suspicentur (cordante in impietate discordia) & creaturæ in filio & Spiritu sancto, cœnosum fontem tenentes, diuersos hæreseos riuulos duxerint. Vnū baptisma & contra Valentinum facit, qui duo baptismata esse contendit, & contra omnes hæreticos, vt sciant non habere se baptismata, sed in vna Christi Ecclesia fontem esse vitalem. Potest vnū baptismum & ita dici, quod licet ter baptizemur propter mysterium trinitatis: tamen vnum baptismum reputetur. Vnum quoque baptismum est in aqua, in spiritu, & igne. Et de quo Dominus loquitur: Baptisma habeo baptizari. Et alibi baptismate meo baptizabimini. *Tom. 6. lib. 2. Com. in ca. 4. ad Ephesios.*

Luc. 12. Marc. 10. Et dixi, &c.] In columba spirituales naturæ designat, sicut in baptismo ostensum est. *Tom. 7. C. 7. in Psal. 54.*

In baptismo implentur spiritu sancto. FLVMEN Dei repletum est aquis.] Nos qui credidimus, iam flumen Dei sumus. Replemur aqua, cum baptismo abluiur, & si digni sumus, vt spiritu sancto impleamur. Locupletamur ab eodem spirituales infusionis imbre cum vitæ perennis fonte repleti, donis spiritualibus irrigamur. *Tom. 7. Com. in Psal. 64.*

Riuus eius inebrians, multiplicans genimina eius, in stillicidijs eius.] Riuus enim in nobis à flumine illo, id est, à spiritu sancto emanant, qui nos diuersis gratiarum donis inebriant, vt alij de tur sermo sapientiæ, alij prophetia, alij curatio, alij interpretatio, vel reliquæ donationes, quas operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult. Per quæ donationum genera, multiplicatur Ecclesiæ. Que primū quidem quasi stillicidia in nobis defluunt, dehinc riuus fiunt. Post hæc multiplicatur in generationibus, vt afferant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. *Tom. 7. Comme. in Psal. 118. 64.*

Articulus IIII. Baptismus non esse liberum: sed necessarium ad salutem.

PECCAT mundus, & sine aquarum diluio non purgatur. *Tom. secundo Epistola 83. ad Oceanum.*

Matt. 28. Actuum. 2. NICO DEMO dicit occultè: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrare eum in regnum cœlorum. Quia ab aquis cœperat, finiuit in aquis. Latus Christi percucitur lancea, & baptismi atque martyrii pariter sacramenta funduntur. Post resurrectionem mittit Apostolos ad gentes, & præcipit eis, vt baptizent eos in mysterio trinitatis. Pœnitent facti populum Iudæorum, & statim à Petro ad baptismum mittitur. Antequam parturiant, parit Sion, & nascitur gens simul, Paulus persecutor Ecclesiæ, & lupus rapax Benjamin, Anania: oui submittit caput, nec ante recuperat aspectum, quam curet baptismum cœcitatem. Eunuchus Candacis reginæ Aethiopum, lectione prophetica, Christi baptismati præparatur. Mutat contra naturam Aethiops pellem suâ, & parvas variates suas. *Ibid.*

Actuum. 8. Hier. 13. Actuum. 19. QVI in extremis legis & huius vitæ finibus constitutus intelligit semper sibi esse pugnandum & tunc plenam victoriam dari, si fuerit in campis tribus, si in Abel Hastim *וְאֵבֶל הַסֵּטֶם*, quod interpretatur lucus spinarum fleuerit antiqua

Matt. 23. Actuum. 2. Esaiæ. 66. Actuum. 9.

Actuum. 8. Hier. 13. Actuum. 19.

Marc. 4. Luc. 8. Psal. 37. Ioan. 5.

peccata; & spinas, quæ suffocauerunt sementem verbi Dei, & de quibus propheta dicit: Versatus sum in miseria, dum mihi configitur spina: & tunc præparatus, deficiente manna, sub duce Iesu Iordanem transeat: & circuncisus cultro Euangelij, primum comedat de cœlesti pane: & occurrat ei princeps exercituum Dei, vt verum pascha nequaquam in Aegypto, sed in finibus terræ sanctæ comedat? *Tom. tertio Epistola 127. ad Fabiolam Marfione 42.*

LAVAMINI, mundi estote, &c.] Pro superioribus victimis, & holocaustis, & adipe pinguium, & sanguine taurorum, & hircorum & pro thymiamate, & neomenijs, sabbatho, die festo, atque ieiunijs, Kalendis, & alijs solemnitatibus, Euangelij mihi placet religio: vt baptizemini in sanguine meo per lauacrum regenerationis: quod solum potest peccata dimittere. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Ipse quoque Dominus ascendens ad patrem, Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eas, in nomine patris, & filij & Spiritus sancti. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 1. Esaiæ.*

Et facta es mihi, &c.] Quia expandi alas meas, & operui ignominiam tuam, & iuravi tibi, & ingressus sum pactum tecum: propterea mea es facta possessio: vt quæ aliena eras, quando videbaris immunda mea esse cœperis, quando pactum meum tecum iuramento firmavi. Siue iuxta consuetudinem prophetarum: facta es mihi ait, pro eo quod est, meo coniugio copulata es: & laui te, inquit, aqua baptismi salutaris. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: Et alibi legitur: Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. De quo baptismate & Esaias loquitur, dicens: Lauabit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem mundabit de mediis eorum, spiritu iudicij, & spiritu combustionis. *Tom. 4. lib. 4. Com. in ca. 16. Ez. c. 36.*

Et vidi in domo altitudinem per circuitum, &c.] Et quia, vt veniamus ad sancta sanctorum, non solum prima indigemus, natiuitate, sed & secunda: vt nati in carne, renascamur in spiritu. *Tom. 4. lib. 12. Com. in cap. 41. Ez. c. 40.*

Et erit in die illa, dicit Dominus, &c.] Per has duas portas baptismi & pœnitentiæ in Hierusalem, id est, in Ecclesiam Dei, vel introitus vel reditus est. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Sophonia.*

Et vntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & Spiritus sancti.] Primum docent omnes gentes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim potest fieri, vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem. Baptizantur autem in nomine patris & filij & spiritus sancti, vt quorū vita est diuinitas, vna sit largitio: nomenque trinitatis, vnus Deus est. *Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 28. Matthæi.*

Docentes eos seruare omnia quæcunque mandauit vobis.] Ordo præcipuus: Iussit Apostolis, vt primum docerent vniuersas gentes, deinde fidei intingerent sacramentum, & post fidem ab baptismata quæ essent obseruanda præciperent. Ac ne putemus leuia esse quæ iussa sunt & pauca, addidit: Omnia quæcunque mandauit vobis. Vt quicumque crediderint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta sunt. *Ibidem in fine serm.*

Transitus Iordanis typus baptismi Rom. 11.

Baptizamus in sanguine Christi.

Ioan. 3.

Matt. 28.

In baptismum pactum cum Christo iuramento inimus.

Ioan. 3.

Matt. 1. Esaiæ. 4.

Baptismus secundum natiuitatem.

Fides est adultus necessaria ante baptismum.

De adultus non de infantibus sermo est.

Ab his autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest, &c.] Quo argumento ipse sanctus Apostolus Petrus aduersum eos, qui in Cornelio ex gentibus baptizato, nec circuncisio scandalum sustinebant, viturq; seruo; quo modo Spiritum S. ab Ecclesia recipiet, qui necdū remissionem peccatorum consecutus est: Spiritus quippe sanctus, nisi mundam fidem non incolit; nec habitator eius templi efficitur, quod antistitem non habet veram fidem. *Tom. 2. in Dialogo contra Luciferianos. cap. 4.*

Actuum. 10.

Paulus Petro honorem deseruit.

NVNQV in Sion dicit homo, & homo natus est in ea,] Dicumus & nos: Mater Sion dicit homo, & homo natus est in ea. Isti, qui nati fuerunt in Ecclesia, alienigenæ, Tyrus & populus Aethiopiæ: isti sunt, qui nascuntur in Ecclesia, credunt in Ecclesiam, & nascuntur in Ecclesia. Nisi enim baptizati fuerint: filij Ecclesiæ non erunt. Isti verò, qui baptizati sunt in Ecclesia, maior em appellat Ecclesiam. *Tom. 7. Comme. in Psal. 118.*

PRAEVARICANTES reputauit omnes peccatores terræ.] Optando dicit propheta in persona Ecclesiæ: quia ante aduentum Christi præuicatorum erant: qui sub debito tenebantur propter præuicationem primi hominis Adæ, & omnes ad infernum descendebant, & ipsi infantes ad infernum descendebant: quia propter illud debitum præuicatorum reputabantur, nisi per baptismum abluti fuissent. Et modo, qui non sunt baptizati ad infernum descendunt. *Tom. 7. Comment. in Psal. 118.*

Infantes non baptizati ad infernum descendunt.

Appendix Articuli IIII. De Baptismo Fluminis.

At illis calicem quidem meum bibetis, &c.] Queritur quomodo calicem martyrii filij Zebedæi, Iacobus videlicet, & Ioannes biberint: cum scriptura narret Iacobum tantum Apostolum ab Herode capite truncatum: Ioannes autem propria morte vitam finierit. Sed si legamus Ecclesiasticas historias, in quibus fertur, quod & ipse propter martyrium sit missus in seruentis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit: statimque relegatus in Pathmos insulam sit: videbimus calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt: licet persecutor non fuderit sanguinem. *Tom. 6. lib. Com. in cap. 20. Matthæi.*

Actuum. 12.

Tertul. de prescrip. heret.

Articulus V. Baptismi sacramentum, non nisi in forma Ecclesiæ, verbisque Euangelicis ritè conferrri.

ORTHODOXVS. Non quidem abnuo hanc esse Ecclesiarum consuetudinem, vt ad eos qui longè in minoribus vrbibus, per presbyteros & Diaconos baptizati sunt, Episcopus ad inuocationem sancti spiritus manum impoliturus excurrat: sed quale est, & leges Ecclesiæ ad hæresim transferas: & virginis integritatem per metricum lupanar patiaris spurcari? Episcopus si imponit manum, ipsi imponit, qui in recta fide baptizati sunt, qui in patre & filio & spiritu S. tres personas, vnam substantiâ crediderunt. Arianus

verò, cum aliud nihil crediderit (claudite quæso, aures, qui audiri estis, ne tantæ impietatis vocib. polluamini) nisi in patre solo, vero Deo, & in Iesu Christo Salvatore creatura, & in Spiritu S. vtriusq; seruo; quo modo Spiritum S. ab Ecclesia recipiet, qui necdū remissionem peccatorum consecutus est: Spiritus quippe sanctus, nisi mundam fidem non incolit; nec habitator eius templi efficitur, quod antistitem non habet veram fidem. *Tom. 2. in Dialogo contra Luciferianos. cap. 4.*

Ariani eius non seruet formam Ecclesiæ non habent verum baptismum.

ORTHODOXVS. Ego non tam in præsentibus Arianos vel improbo, vel defenso, quam illam cursus mei mentem circumueo, eadem ratione à nobis Episcopi opū recipi, quo Laicus à vobis recipitur. Si erranti cœcedis veniam: & ego ignosco pœnitenti. Si in fide sua baptizato baptizans nocere non potuit: & in fide sua sacerdotem constitutum constituens non inquinauit. *Tom. 2. in Dialogo contra Luciferianos. cap. 5.*

POST resurrectionem mittit Apostolos ad gentes, & præcepit eis, vt baptizent eos in mysterio trinitatis. *Tom. 2. Epistola 83 ad Oceanum. cap. 3.*

ET factum est verbum Domini, &c.] Dominus noster post resurrectionem secundo mittitur ad Ninuiem, vt qui prius quodammodo iugerat, dicens: Pater, si possibile est, transeat a me: nunc iste: Et noluerat dare panem filiorum canibus: Nunc quia illi dixerat: crucifige, crucifige tabernaculum nos non habemus regem, nisi Cæsarem, sponte pergit ad Ninuiem: vt hoc prædicet post resurrectionem, quod vt prædicaret & ante passionem ei fuerit imperatum. Totum autem quod iubetur, quod obedit, quod non vult: quod iterum velle cogitur, quod patris est: secundo exequitur voluntatem, refer ad hominem & ad formam serui, cui talia verba conueniunt. *Tom. 5. Com. in c. 3. Iona. c. 3. Iona.*

Actuum. 9.

Matt. 28. c. 15.

Luc. 12. Ioan. 19.

Forma baptismi præscripta est Ieremias.

Et surrexit Iona, &c.] Statim Iona, quod fuerat sibi imperatum, opere perficit. Niniue autem erat, ad quam pergebat propheta, ciuitas magna; & tanti ambitus, vt vix trium dierum itinere posset circumiri. At ille præcepit, vt superioris naufragij memor, viam trium dierum vnus diei festinatione compleret: quamquam sint, qui ita simpliciter intelligant: quod in tertia tantum parte vrbs prædicauerit, & ad reliquos cœlestium prædicationis sermo peruenerit. Dominus autem noster proprie post inferos conseruare, dicitur, & verbum Domini prædicare; quando mittit Apostolos, vt baptizent eos, qui erant in Ninive, in nomine patris, & filij, & Spiritus S. Hoc est, itinere trium dierum: Et hoc ipsum sacramentum salutis humanæ vnus diei via, id est, vnus diei confessione perficitur: non tã Apostolis, quã in Apostolis prædicante Iona: Ipse, n. dicit: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi. Nullique dubium quare Ninive magna sit ciuitas Dei: cum mundus & vniuersa per ipsum facta sint, & sine ipso facti est nihil. Notandū quoque, quod non dixerit, tribus diebus & noctibus; vel vno die & nocte: sed absolute diebus & diebus ostenderet in mysterio trinitatis, & vni Dei cōfessione nihil esse tenebrosum. *Idem.*

Matt. 28. Matt. 29. Forma baptismi Ieremias.

Idem.

Forma baptismi præscripta à Christo.

Et vntes aut docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris & filij & Spiritus S.] Baptizantur in nomine patris, & filij, & spiritus S. vt quorū vna est diuinitas, vna sit largitio: nomenque trinitatis, vnus est Deus. *Tom. 6. lib. 4. Com. in c. 28. Matth.*

FVIMVS enim aliquando & nos stulti, inobedientes, errantes, &c.] Diligentius attendamus, & inueniemus in præsentibus capitulo manifestissimam

trinitatem. Benignitas quippe atque clementia Saluatoris nostri Dei non alterius quam Dei patris, per lauacrum regenerationis & renouationem spiritus sancti, quem effudit super nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum iustificauit nos in vitam aeternam. Salus credentium mysterium trinitatis est. Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 3. ad Titum.

Articulus VI. Baptizatum posse amittere gratiam peccando si velit.

Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum 1. 2. 3. capitibus lastissime. Vide fusc. lib. 2. cap. 6. de lapsis & eorum reparatione articulo septimo & libro tertio in sacramento penitentiae cap. 9. articulo 1. & 2.

Articulus VII. Per baptismum non solius fides, sed legis Christi seruandae nos debitores fieri.

ET ego fatebor haec tibi repromissa non tradita: si obseruasses mandata Dei, & in praecipis illius ambulasses, si non pro omnipotente Deo Beelphchor, & Baal, Beelzebub & Chamos: quos quia pretulisti Deo, omnia, quae tibi promissa fuerant, perdidisti. Et mihi in Euangelio promittuntur regna caelorum: quae instrumentum vetus omnino non nominat. Sed si non fecero, quae praecpta sunt; nequaquam erit culpa in promittente, sed in me, qui promissum accipere non merui. Vbi enim optio proponitur ad eligendum, qui operari remus; frustra cupias, quod promissum est. Tom. tertio Epistola 12. 9. ad Dordamum.

Et factus est sermo Domini, & caet. Quo modo in typo resurrectionis superior sermo propheticus, restitutionem Iudaici populi demonstrauit, non carnalem, sed spiritualement: sic & ista propheta nequaquam ad carnis, sed ad animae pertinet felicitatem, & ad Christi fidem, qua mundamur in baptismo: cuius regnum in perpetuum est, ut non expectamus ventura, quae transacta sunt, & quotidie transigi nouimus. Tom. 4. lib. 11. Com. in cap. 37. & 2. echielis.

Articulus VIII. Verum Baptismum etiam apud Haereticos inueniri.

HIC, in Cypriani & Africanae Synodi dogma consentiens, de haereticis rebaptizandis ad diuersos plurimas misit epistolas, quae vsque hodie extant. Tom. 1. de uiris illustribus in Dionysio Alexandrino.

ORTHODOXVS. Sit quippe, ut vis, Arianorum Episcopus hostis Christi, sit infatuatum sal, sit lucerna sine igniculo, sit oculus sine pupilla, nempe eo peruenies, ut salire non possit; qui sal ipse non habeat, non illuminet caecus non accendat extinctus: Tu autem, cum conditum ab eo cibum deuores, cur insulsum arguis conditorem? De igniculo eius Ecclesia tua lucet, & lucerna eius criminariis extinctam? Oculos tibi praebet, & caecus est? Quam obrem oro te, ut aut sacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptismum probas; aut reprobes eius baptismum, quem non exillimas sacerdotem, neque enim fieri potest ut qui in baptismo sanctus est, sit apud altare peccator. Tom. 2. in Dialogo aduersus Luciferianos cap. 2.

ORTHODOXVS. Igitur, si Arianus Spiritum sanctum non potest dare: ne baptizare quidem potest; quia Ecclesiae baptismum sine Spiritu sancto nullum est. Tu vero cum baptizatum ab eo recipias, & postea inuoces Spiritum sanctum, aut baptizare eum debes, quia sine Spiritu sancto non potuit baptizari, aut si est baptizatus in Spiritu, desine ei inuocare Spiritum, quem tunc, cum baptizaretur accepit. Luciferianus. Obsecro te, nonne legis in Actibus Apostolorum, eos, qui iam a Ioanne baptizati fuerant, cum ad interrogationem Apostoli respondissent, se nec auditum quidem comperisse, quid esset Spiritus sanctus, postea fuisse Spiritum sanctum consecutos? unde manifestum est, posse aliquem baptizari, & tamen non habere Spiritum sanctum. Ibidem capite tertio.

dem potest; quia Ecclesiae baptismum sine Spiritu sancto nullum est. Tu vero cum baptizatum ab eo recipias, & postea inuoces Spiritum sanctum, aut baptizare eum debes, quia sine Spiritu sancto non potuit baptizari, aut si est baptizatus in Spiritu, desine ei inuocare Spiritum, quem tunc, cum baptizaretur accepit. Luciferianus. Obsecro te, nonne legis in Actibus Apostolorum, eos, qui iam a Ioanne baptizati fuerant, cum ad interrogationem Apostoli respondissent, se nec auditum quidem comperisse, quid esset Spiritus sanctus, postea fuisse Spiritum sanctum consecutos? unde manifestum est, posse aliquem baptizari, & tamen non habere Spiritum sanctum. Ibidem capite tertio.

LVCIFFER. Esto quippe, apud Arianos ne baptismum quidem esse, & ideo Spiritum sanctum ab eis non posse dari, quia necdum remissionem peccatorum acceperint: totum hoc victoriae meae proficit; & argumentorum tuorum palaestra mihi palmam victoriae sudat. Arianus baptismum non habet, & quo modo sacerdotium habet? Laicus apud eos non est, & quo modo Episcopus esse potest? Mihi recipere mendicum non licet, tu recipis regem? vos hosti castra traditis, & a nobis per fugam reiiciendus est? Orthodoxus. Si priorum meminisses, iam scires tibi fuisse responsum: sed dum amorem contradicendi sequeris; a quaestione lineis excidisti, amore quorundam loquacium potius, quam secundorum; qui cum disputare nesciant, tamen litigare non desinunt. Ego enim non tam in praesenti Arianos vel improbo, vel defenso, quam illam cursus mei metam circummeo, eadem ratione a nobis Episcopum recipi, qua Laicus a vobis recipitur. Si erranti concedis veniam; & ego ignosco penitenti. Si in fide sua baptizato baptizans nocere non potuit: & in fide sua sacerdotem constitutum constituens non inquinauit. Ibidem cap. 5.

CONATVS est B. Cyprianus contritos laicus fugere, nec bibere de aqua aliena, & iccirco haereticorum baptismum reprobandum, ad Stephanum, tunc Romanam urbem Episcopum, qui a beato Petro vigesimo sextus fuit, super hac re Africanam synodum direxit: sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi Episcopi rebaptizandos haereticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem reuoluti, nouum emisere decretum. Ibidem in Dialogo contra Luciferianos cap. 8.

ET filiorum illius non miserebor: & c. Panes & aquas habent & haereticis: quorum panis lucus est, & aquae eorum caecos, quae suffocant & interficiunt baptizatos. Habent & lanam de scabidibus ouibus, & linum in nigredine perseverans: oleum quoque, de quo Propheta dicit: Oleum peccatoris non impinguet caput meum: Et potum aquarum Aegypti, de quibus clamat Hierem. Quid tibi & via Aegypti, ut bibataquam Geon: Et quid tibi & via Assyriorum, ut bibas aquas fluminum. Tom. 5. Com. in cap. 2. Osee fol. 39.

Articulus IX. Baptismum verum & recte colatum illi iterandum non esse, qui apud infideles fidem Christi abnegarit, cum ad penitentiam reuertitur.

VERVM si voluerint ei, qui ab Hilario instituti sunt, & oues sine pastore esse coeperunt, de scripturis ea proferre, quae B. Cyprianus ob haereticos rebaptizandos in epistolis suis reliquit: sciunt

Haereticus est non habent spiritum s. possunt tamen baptizare contra opinionem Cypriani.

In fide sua baptizati haereticorum non potest.

Synodus A. fricana a orthogenis reuocata.

Baptizati ab haereticis, nisi fuerint iustificati, iustificati aqua uiuifica.

Psal. 140. Hier. 2.

Responsio ad obiectionem. Tom. ex Cypriano de rebaptizandis qui ab haereticis sunt baptizati. Cypriani purgatio.

Ex epistola Cypriani ad Stephanum Pontificem.

Ex Cypriani epistola ad Iubaitanum.

2. Cor. 11.

Haereticos habere baptismum doct.

Ecclesia vox ad Hilarium per Apolloniam.

Ab haereticis baptizati recipiendi ab Ecclesia.

sciant illum haec non cum anathemate eorum, qui se sequi noluerant edidisse; siquidem in communionem eorum permanit, qui sententiae suae contraierant; sed hortatum potius fuisse propter Nouatum, & alias tunc haereses multas enascentes, ne quisquam ab eo sine damnatione erroris sui reciperetur. Sermonem denique suum, quem super hac re ad Stephanum Romanum Pontificem habuit, tali sine compleuit: Haec conscientiam tuam, frater charissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione protulimus; credentes etiam tibi pro religio-nis tuae & fidei veritate placere, quae & religio-sa pariter & vera sunt. Ceterum scimus quosdam, quod semel imbiberunt, nolle depone-re, nec propositum suum facile mutare, sed, saluo inter collegas pacis & concordiae vinculo, quaedam propria, quae apud se semel sint usurpata, retinere. Quam in re non vim cuiquam facimus, aut legem damus: quin habeat in Ecclesia ad-ministratio voluntatis fugae arbitrium liberum: vnusquisque sit praepositus, rationem actus sui Domino redditurus. Ad subaianum quoque de haereticis rebaptizandis scribens, in fine libelli locutus est: Haec tibi breuiter pro nostra mediocritate scripsimus, frater charissime, nemini praescribentes, aut praeducantes, quod minus vnusquisque Episcoporum, quod putat faciat, habens arbitrium sui liberam potestatem. Nos quantum in nobis est, propter haereticos cum collegis & coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus diuinam concordiam, & dominicam pacem tenemus, maxime cum Apostolus dicat, Si quis autem putauerit se contentiosum esse, non talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesiae Dei. Seruatur a nobis patienter & leniter charitas animi, collegij honor, vinculum fidei, concordia sacerdotij. Est praeterea aliud quod inferemus, aduersum quod, ne mutire quidem audeat Hilarius, Deucalion orbis. Si enim haereticus baptismum non habet: & ideo rebaptizandi ab Ecclesia sunt, quia in Ecclesia non fuerunt; ipse quoque Hilarius non est Christianus: in ea quippe Ecclesia baptizatus est, quae semper ab haereticis baptismum recepit. Antequam Ariminensis Synodus fuerit, antequam Lucifer exlaret, Hilarius Romanae Ecclesiae Diaconus ab haereticis venientes, in eo, quod prius acceperant, baptismate suscipiebat. Nisi forte tantum Arianus haereticus fuit, & ab his solis baptismum recipere non licet, ab alijs licet, Diaconus eras, o Hilari, & a Manichaeis baptizatos recipiebas. Diaconus eras, & Hebraeis baptismum comprobabas. Repente, postquam exortus est Arius, totus tibi displicere coepisti. Segregas tecum tuos vernulios, & nouum balneum aperis. Si te Angelus aliquis, aut Apostolus rebaptizauit; non infringo, quod sequeris, si vero in sinu meo natus, si vberum meorum lacte nutritus, aduersum me gladium leuas reddi; quod dedi; & esto, si potes, aliter Christianus. Meretrix sum sed tamen mater tua sum, non seruo vnus thori castitatem: talis eram, quando conceptus es. Cum Arrio adulteria committit: feci & antea cum Praxea, cum Hebrione, cum Corintho Nouato: Hos amplexaris, hos in matris tuae domum iam adulteros recipis: nescio quid te vnus adulter offendant. Quod si negandum

quispiam putauerit, haereticos a maioribus nostris semper fuisse susceptos: legat beati Cypriani epistolas, in quibus Stephanum, Romanam urbem Episcopum, & inueteratae consuetudinis laecerat errorem: legat & ipsius Hilarii libellos, quos aduersus nos de haereticis baptizandis edidit: ibi reperiet ipsum Hilarium confiteri a Iulio, Malcho, Syluestro, & ceteris veteribus Episcopis, similiter in penitentiam omnes haereticos susceptos; nec tamen sibi met veritatis consuetudinem praeducere debere. Synodus quoque Nicena, cuius paulo ante fecimus mentionem, omnes haereticos suscepit, exceptis Pauli Samosatani discipulis, & quod his maius est, Episcopo Nanatianorum. si conuersus fuerit, presbyterij gradum seruat: quae sententia & Luciferum impugnat, & Hilarium: dum idem & clericus est, & baptizatus. Tomo secundo Dialogorum aduersus Luciferianos cap. 9.

Articulus X. In Baptismo characterem imprimi, ideoque non posse eum iterari.

DENIQUE illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos haereticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem reuolui, nouum emisere decretum. Quid facimus, ita & nobis maiores nostri, & illis sui tradidere maiores. Sed quid de posterioribus loquar? Apostolus Iudaeam Christi sanguine recenti, phantasma Domini corpus afferebatur. Galatas ad obseruationem legis ductos, Apostolus iterum parturit: Corinthios resurrectionem carnis non credentes, plurimis argumentis ad verum iter trahere conatur. Tunc Simon Magus, & Menander, discipulus eius, Dei se aliter uere uirtutes: tunc Basilides summum Dei Abraxas, cum trecentis sexaginta quinque editionibus commentatus est: tunc Nicolaus, qui vnus de septem Diaconis fuit, die noctuque nuptias faciens, obsecrans & auditu quoque erubescendos coitus somniauit. Taceo de Iudaismi haereticis, qui aduentum Christi, legem traditam dissiparunt: quod Dositheus, Samaritanorum princeps, prophetas repudiavit: quod Sadducei, ex illius radice nascentes, etiam resurrectionem carnis negauerunt: quod Pharisei, a Iudaes diuisi, propter quaedam obseruationes superfluas nomen quoque a dissidio susceperunt: quod Herodiani, Herodem regem susceperunt pro Christo. Ad eos venio haereticos, qui Euangelia lanauerunt, Saturninum quendam & Ophitas, & Gnoitam Carpocratem, & Cerinthum, & huius successorum Hebionem, & ceteras pestes: quorum plurimi, uiuente adhuc Ioanne Apostolo, eruperunt: & tamen nullum eorum legitimus rebaptizatum. Quoniam autem talis viri fecimus mentionem, de Apocalypsi quoque eius approbemus haereticis sine baptismate debere penitentiam concedi: angelo Ephesi deserta charitas imputatur. In angelo Pergamene Ecclesiae, idolorum thorum eius & Nicolaitarum doctrina reprehenditur. Item apud Angelum Thiatyrorum, Hiezabel prophetissa, & simulacrorum deae & fornicationes in re-patur. Et tamen hos omnes ad penitentiam Dominus hortatur, sub comminatione quoque futurae poenae, nisi conuertantur, non autem penitere cogeret, si non esset penitentibus veniam concessu.

Haereticis maioribus semper infestis per re concilio non em. & ma-nuam impo-sitionem re & Leo non infestis.

Nouo editio decreto Synodis Carinae vnus reuocata.

Galat. 4.

1. Cor. 15.

1. Cor. 8.

1. Cor. 6.

Matth. 22.

Nalli uote. ram haereticorum legum tuu rebaptizati.

Apocal. 2. Haereticis sine nouo baptismate penitentiam concedenda.

Vnde & in Actibus Apostolorum, qui Ioan. Baptismate fuerant baptizati, & credebant in Deū patrem & Christum, quia spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizantur, immò tunc verum accipiunt baptisma. Absque enim spiritu sancto imperfectum est mysterium trinitatis. Et in eodem volumine, Petrus Anania & Sapphi-

de iudicio dici putant: quod sequitur de captiuitate ventura, quam alij ad Babylonios, alij referunt ad Romanos: sed melius est, vt supra diximus, cuncta referri ad dominicam passionem. Post interfectionem quippè illius, omnes gratiæ & donationes subiectæ sunt à Iudæis secundum quod in Euangelio scriptum est: Lex & prophe-

Post passionem Christi omnes gratiæ & donationes à Iudæis inblatæ

Tempore necessitatis baptizantur laici.

venit, vt sine chrismate, & Episcopi iussione, neque presbyter, neque diaconus ius habeant baptizandi. quod frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis. Tomo. 2. in Dialogo. contra Luciferianos, cap. 4.

Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, &c. non addit iustitiam legis siue naturæ,

tem, frustra vigilat, qui custodit eam. Tomo. 4. lib. 6. Com. in cap. 18. Ezechielis.

ERAMVS natura filij iræ.] Nos dicimus esse primum omnes homines natura filios iræ, vel propter corpus humilitatis, corpusque mortis, & quod ab adolescentia mens hominum fit apposta ad malitiam. Vnde & Salomon ait: Non est iu-

Infantes nascuntur filij iræ.

Genes. 8.

Paruuli sunt immaculati sed non iusti sancti.

ligi potest, immaculatus non statim & sanctus: Paruuli quippe immaculati sunt, quia integro corpore nullum fecere peccatum, & tamen non sancti: quia sanctitas voluntate & studio comparatur. Et quod immaculatus ille dici potest, qui peccata non fecit: Sanctus autem is, qui virtutibus plenus sit, iuxta illud quod in Psalmo quodam scribitur: Qui ambulat sine macula, & operatur iustitiam: & in Cantico canticorum: Tota formosa es amica mea, & macula non est in te. Tomo. 6. libr. 1. Commentariorum, incap. 1. ad Eph. 1. 10.

Omnes non baptizati ad infernum descendunt.

PRAEVARICANTES reputavi omnes peccatores terrae. Optandò dicit Propheta in persona Ecclesiae: quia ante Christi aduentum prauaricatores erant: qui sub debito tenebantur propter prauaricationem primi hominis Adæ. & omnes ad infernum descendebant: quia propter illud debitum prauaricatores reputabantur, nisi per baptismum abluti fuissent. Et modo omnes qui non sunt baptizati ad infernum descendunt. Tom. 7. Com. in Psal. 118.

Articulus V. Aequè paruulis atque adultis per baptismum sacramentum gratiam Christi conferri.

CRITOBVLVS: Hoc dico, concedas saltem mihi eos esse sine peccato, qui peccare non possunt. Atticus. Concedam si in Christo fuerint baptizati. Tom. 2. lib. 3. Dialog. contra Pelagianos, cap. 6. vide supra articulo proximè precedenti.

Articulus VI. Paruulus recenter ab utrisque matrum baptizandos esse.

Ioan. 4.

SI perfecta aetas liberorum & sui iuris, imputatur parentibus: quanto magis lactens & fragilis, quæ iuxta sententiam Domini, ignorat dextram & sinistram, id est, boni & mali differentiam? Si sollicita prouides, ne filia percutitur à vipera: cur non eadem cura prouideas, ne feriat à malleo vniuersæ terræ? Ne bibat de auro calice Babylonis? ne egrediat cum Dina, & velit videre filias regionis alienæ? ne ludat pedibus, ne trahat tunicas? Venena non dantur nisi melle circumlita: & vitia non decipiunt nisi sub specie vmbraque virtutum. Et quo modo, iniquies, peccata patrum filiis non redduntur, nec filiorum parentibus, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur? Hoc de his dicitur, qui possunt sapere, de quibus in Euangelio scriptum est: Aetatem habet, loquatur pro se, qui autè paruulus est & sapit & paruulus, donec ad annos sapientiae veniat, vt Pythagoræ litera Y eum perducat ad biuium; tam bona eius quam mala parentibus imputantur. Nisi fortè existimas Christianorum filios, si baptisma non receperint, ipsos tantum reos esse peccati, & non etiã scelus referri ad eos, qui dare noluerint, maxime eo tempore, quo contradicere non poterant, qui accepturi erant: sicut è regione salus infantium, matorum lucrum est. Tom. 1. Epist. 7. ad Letam, cap. 4.

Hierem. 30. Genes. 3. 1.

IN aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Cruenta infantium corpora, statim vt emittuntur ex utero, lauari solent: Ita & generatio spiritalis lauacro indiget salutari. Nullus enim mundus à sorde, nec si vnus quidem aëi fuerit vita eius, & in Psalmis legimus: In iniquitatibus conceptus sum & in delictis concepit me mater mea. Secunda natiuitas soluit primam natiuitatē. Scriptum est enim: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum caelorum. Multaque sunt lauacra, quæ ethnici in mysterijs suis, & haeretici pollicentur, qui omnes lauant, sed non lauant in salutem. Tom. 4. lib. 4. Commentariorum, incap. 16. Ezechielis.

Epistola Cyprian ad Fidum episcopum de infantibus baptizandis.

QUI paruulus est parentis in baptismo vinculo soluitur, qui eius aetatis est, quæ potest sapere, & alieno & suo, Christi sanguine liberatur. Ac ne me putes hoc haeretico sensu intelligere; beatus martyr Cyprianus, cuius te in scripturarum testimonijs digredendis amulum gloriaris, in Epistola, quam scribit ad Episcopum fidum de infantibus baptizandis, hæc memorat. Porro autem si etiam grauisimis delictoribus; &

in Deum multo ante peccantibus, cum postea crederint, remissio peccatorum datur, & à baptismo atque gratia laxata, & præceptis indulgentia præceptoris, consideret domum patris tui clarissimi quidè & crudelitissimi viri, sed adhuc ambulantis in tenebris: & intelliget consilium Apostoli illuc profecisse, vt radicis amaritudinem dulcedo fructuum compensaret; & viles virgulae preciosa balsama sudarent. Tu es nata de impari matrimonio: & de te & Toxotio meo Paula generata est. Quis hoc crederet vt Albini pontificis neptis, de repromissione martyris nasceretur? vt, præsentè & gaudentè auro, paruula adhuc lingua balbutiens, Christi alleluia resonaret? Vt virginem Christi in suo gremio nutriret senex? Et bene, feliciterque expectauimus. Sancta & fidelis domus virum sanctificat infidelem. Iam candidatus est fidei, quem filiorum & nepotum credens turba circumdat. Ergo credo etiam ipsum Iouem, si habuisset talem cognationem, potuisse in Christum credere. Despuat, licet & irrideat Epistolam meam, vt me vel stultum vel insanum clamet; hoc & gener eius faciebat, antequam crederet. Fiunt non nascuntur Christiani. Tom. 1. Epistola 7. ad Letam, cap. 1.

Augustini duo libri de infantibus baptizandis.

Pelagiana hæresis de fenepe adobaptizandi.

Baptisma paruulorum.

Galat. 4.

Job. 14.

Psal. 50.

Ioan. 3.

1. Cor. 7.

QUOD QUÆ sequitur: & filia tua lac fugent: illud significat, quod animæ in Christo lactentes, & in baptimate paruulorum: de quibus & Petrus Apostolus loquitur: Quasi modo nati paruuli, rationale & absque dolo lac concupiscite: fugant lac Apostolorum. Quibus paruulis & lactentibus loquebatur & Paulus: Filioli mei, quos iterum, parturio, donec Christus formetur in vobis. & in alio loco. Quasi nutrix ionens suos filios, sic desiderantes vos, cupimus impartiri; non solum Euangelium Christi, sed & animas nostras. Tom. 4. lib. 1. 7. Cor. in cap. 60. Esaiæ.

Articulus VII. Paruulos baptizatos fidelibus parentibus oros, mibilominus baptismum ad salutem in d. gere.

APOSTOLVS Paulus scribens ad Corinthios, & rudem Christi Ecclesiam sacris instruen. disciplinis, inter cætera mandata hoc quoque proposuit, dicens: Si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum ea, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidem: & sanctificata est mulier infidelis per virum fidem, alioqui fi-

Obiectio vulgata Caluini statum his verbis excluditur.

Candidati fidei filij infidelium & destinati ad sanctitatem, simile est apud Tertullianum.

Christiani non nascuntur sed fiunt.

Exod. 4. Rom. 9.

Ex Tertulliano cur filij infidelium consentit cum presentibus verbis Hieronimi supra 2. Reg. 11.

1. Cor. 7.

Quaedam aliena fide saluantur. Luca 5.

lij vestri immundi essent, nunc autem mundi sunt. Si cui forte hæcenus videbantur nimium disciplinæ vincula laxata, & præceptis indulgentia præceptoris, consideret domum patris tui clarissimi quidè & crudelitissimi viri, sed adhuc ambulantis in tenebris: & intelliget consilium Apostoli illuc profecisse, vt radicis amaritudinem dulcedo fructuum compensaret; & viles virgulae preciosa balsama sudarent. Tu es nata de impari matrimonio: & de te & Toxotio meo Paula generata est. Quis hoc crederet vt Albini pontificis neptis, de repromissione martyris nasceretur? vt, præsentè & gaudentè auro, paruula adhuc lingua balbutiens, Christi alleluia resonaret? Vt virginem Christi in suo gremio nutriret senex? Et bene, feliciterque expectauimus. Sancta & fidelis domus virum sanctificat infidelem. Iam candidatus est fidei, quem filiorum & nepotum credens turba circumdat. Ergo credo etiam ipsum Iouem, si habuisset talem cognationem, potuisse in Christum credere. Despuat, licet & irrideat Epistolam meam, vt me vel stultum vel insanum clamet; hoc & gener eius faciebat, antequam crederet. Fiunt non nascuntur Christiani. Tom. 1. Epistola 7. ad Letam, cap. 1.

DVAS quæstionulas tuæ literæ præferbant: vnam, quare sit à Deo induratum cor Pharaonis, & Apostolus dixerit: Non volentis, neque currentis sed miserentis est Dei: cætera, quæ liberum videntur tollere arbitrium. Alteram, quomodo sancti sint, qui de fidelibus. id est, baptizatis nascuntur, cum sine dono gratiæ postea acceptæ & custoditæ, salui esse non possint. De hoc secundo problemate Tertullianus in libris de Monogamia diseruit, asserens sanctos dici fidelium filios, quod quasi candidati sint fidei, & nullis idolatriæ fordibus polluantur. Simulq; considera quod & vasa sacra in tabernaculo legitimus, & cætera, quæ ad ritum cerimonialium pertinent, cum vtique sancta esse non possint, nisi ea quæ sentiunt, & venerantur Deum. Idioma igitur scripturarum est, & interdum sanctos pro mundis & purificatis atque expiatis nominat, sicut & Betabeæ sanctificata scribitur ab immunditia sua: & ipsum templum sanctuarium nominatur. Tom. 3. Epist. 15. 3. ad Paulinum.

QUONIAM sanctificata est mulier infidelis in fratre fidei, & vir infidelis est sanctificatus in muliere fidei. Et sunt vasa quoque sancta, & mutæ pecudes quæ manantur in templo, propterea eos quos sanctos dixerat, vocauit & fideles: quia fides ex propria mentis descendit arbitrio, sanctificatio vero ex sanctificantis interdum absque voluntate nostra sumitur largitate. Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Eph. 1. 10.

Articulus VIII. Paruulos nondum actu proprio credentes, in sola fide Ecclesie rectissime baptizari.

TV vagaris in patria, imo non patria, quia patriam perdidisti: ista pro te in locis venerabilibus resurrectionis & crucis, & inuocabulorum Domini Saluatoris, in quibus paruulus vagijr, tui nominis recordatur, teque ad fœderationibus trahit, & si non tuo merito, saltem huius salueris fide. Iacebat quondam Paralyticus in lectulo, & sic erat cunctis artibus dissolutus, vt nec pedes ad ingrediendum, nec manus mouere posset ad precandum; & tamen profertur ab alijs, & restitui-

tur pristinae sanitati, vt portaret lectulum, qui dudum portabatur à lectulo. Tom. 1. Epist. 46. ad Rusticum, cap. 5.

GAZOPHYLACTIA erant in superioribus, id est, in cœnaculis humiliora. Quæ cœnacula ascendit Helias & Helisæus: & Dominus cum discipulis pascha facturus: & Tabitha, quæ & fide Apostoli, & virtutum suarum merito suscitata est. Tom. 4. libr. 1. 3. Commentariorum, incap. 4. 2. Ezechielis.

Articulus IX. Pelagianos, quantum attingit fidem de infantum baptismo, in Caluiniâ hodiernis reuixisse.

SCRIPSI dudum vir sanctus & eloquens Episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui postea sub inuidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis innocens casus est, duos libros de infantibus baptizandis contra hæresim vestram, per quam vultis asserere baptizari infantes, non in remissionem peccatorum, sed in regnum caelorum. Hoc vnum dicam: aut nouum vos debere Symbolum tradere, vt post patrem & filium & spiritum baptizetis infantes in regnum caelorum: aut si vnum & in paruulis & in magnis habetis baptisma, etiam infantes in remissionem peccatorum baptizandos in similitudinem prauaricationis Adam creditis. Quod si iniusta vobis videtur alienorum remissio peccatorum, quæ non indiget, qui peccare non potuit: transte ad amatum vestrum, qui præterita in caelis & antiqua delicta solui dicit in baptismo: vt cuius in cæteris auctoritate ducimini, etiam in hac parte errorem sequamini. Tom. 2. lib. 3. Dialogorum cap. 6. aduersus Pelagianos.

Caput quartum, De Cerimonijs & ijs rebus, quæ circa baptismum geruntur.

Articulus I. Ante Baptismum præcedere Catechismum debere nisi sit aliquid impedimenti.

SOLENNÈ est in lauacro post trinitatis confessionem interrogare: credis sanctam Ecclesiam? Credis remissionem peccatorum? & cæc. Tomo secundo in Dialogo aduersus Lucianum, capite quinto.

INDESINENTER in Ecclesia Dei docemus de fide & omnibus Ecclesiasticis dogmatibus & in catechesibus. Tom. 1. Epistola 61. ad Panmachium cap. 4.

LEGIMVS & in Hieremia Abdimelech Eunuchum Aethiopem placuisse Deo: Et in Actis Apostolorum Aethiopem Eunuchum Regiæ Candacis tantum habuisse studium scripturarum & legis Dei, vt in vehiculo legeret, & ad adorandum Dominum in templo eius veniret Hierusalem. Vnde talis fides digno premio coronatur, & mittitur ad eum Philippus Apostolus statimque docetur, credit, baptizatur, & saluus est. Tom. 5. Commentariorum, incap. 1. Sophonia.

SACERDOTES dant baptismum, ad Eucharistiam Domini imprecantur aduentum, faciunt oleum chrismatis: manus imponunt: Catechumenos erudiunt: Leuitas & alios constituunt sacerdotes. Tomo quinto, Commentariorum, incap. 3. Sophoniae.

Tabitha aliena fide est suscitata.

De antiquissimis omnibus ceremonijs Baptismi cõsue eruditissima scholia Jacobi Pamelij in libro Tertulliani de Baptismo.

Interrogationes Catechumenorum, & competitium.

Hierem. 38.

Astor. 8.

Eunuchi duo catechumeni.

Sacerdotes erudiunt catechumenos.

Definitio sacramenti. CATECHUMENVS est qui necdum in ciuitate Christi per baptismum eius effectus est. Tom. 5. Com. in cap. 3. Malachi. a.

Catechismus in adultis an ecclesiasticus baptismum. PRIMVM Apostoli docent omnes gentes: deinde doctas intingunt aqua. Non enim potest fieri, vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi antea fidei anima suscipiat veritatem. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 28. Matthai.

Doctores κατηχησεν. CLEMENS Alexandrinus Alexandriae in schola Ecclesiastica κατηχησεν magister fuit. Tom. 1. in Catalogo viro illustri in Clemente.

Extant Cyrilli Hierosolimitani κατηχησεις quas in adolescentia composuit. Ibidem in Cyrillo. Vide Epistola 6. ad Pammachium & Oceanum vbi Catechismi doctrinam Ecclesiasticam scholam vocat.

Catechumeni in Epistola 153. ad Paulinum Candidati fidei vocantur, quod fidem & baptismum postulant in star eorum candidatorum, qui candida sumpta veste consulatam, praeuram, aut aliquid huiusmodi postulabant.

Articulus I. Aquam baptismi signo crucis consecrari solitam.

MARA mutatur sacramento crucis: & septuaginta palmæ Apostolorum, dulcoratis legis gurgitibus irrigantur. Tom. 2. Epistola 83. ad Oceanum.

Articulus III. Exorcismum & exsufflationem baptizantis ex consensu Ecclesiae, & Apostolica traditione adhiberi.

FLIOS Iudaeorum vel exorcistas gentis illius ex more significat, vel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas, qui ad inuocationem Dei cunctabant daemones, coarctat interrogatione prudenti, vt confiteantur Spiritus sancti esse opus. Quod si expulso daemone, inquit, in filijs vestris, Deo, non daemonebus deputatur: quare in me idem opus non habet eandem causam? Ergo ipsi iudices vestri erunt, non potestate sed comparatione: dum illi expulsiōnem daemone Deo assignant, vos Beelzebub principi daemoneborum. Sin autem de Apostolis dictum est (quod & magis intelligere debemus) ipsi erunt iudices eorum quia sedebunt in duodecim solijs, iudicantes duodecim tribus Israel. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 12. Matthai Cano. 1. vide Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 11. Esai. & Tomo 6. lib. 1. Com. in cap. 2. ad Titum: de more exorcizandi & exorcizati.

Matth. 19. Nihil sanctificatur sine vnguento. Causi. 1.

Articulus IV. In baptismo visibili vnguento seu Chrismate fideles inungi moris esse.

ECCLESIAE salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quedam, & ab hominibus eminens detur potestas, tot in Ecclesijs efficiuntur schismata, quot sacerdotes, inde venit, vt sine Chrismate & Episcopi iussione, neque presbyter, neque diaconus ius habeant baptizandi. Tomo secundo in Dialogo contra Luciferianos cap. 4.

Is re appellatus est Christus, id est, vnctus Domini, quod erat insignē apud Hebraeos regiae potestatis: vt quomodo apud nos diadema, & purpura solis imperatoribus datur, sic apud Hebraeos regnatori perfundebantur vnguento. Vnde & Saul Christus Domini dicitur, & in Psalmis legitur: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis

meis nolite malignari. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 45. Esai.

MALEDICIT Deus sanctificationi suae, quando Christianum nomen in quo gloriabamur, & quod in sacro baptismate per sancti Chrismatis vnctionem suscepimus, pollutum duxerit: quia facinora nostra & prauit actus nostri hoc promeruerunt. Tom. 4. lib. 1. Comm. in cap. 2. Lamentationum Hieremie.

Ac ne forte qui chrisma baptismi perdidit, desperent de Chrismate reparando: scriptum est in Leuitico. Quod leprosus extra castra proiectus, cum ad sacerdotem venerit, & lepra illius fuerit mundata: mittat sibi sacerdos oleum in manu sinistra, & intincto digito septies aspergat oleum coram Domino, & tangat eodem oleo auriculam eius qui leprosus fuerat, & dextram manum, & dextram pedem, & quod remanserit de vnguento, totum mittat in caput eius. Tom. 5. Com. lib. 2. in cap. 5. Habacuc.

TER vnctus est Dauid: Semel sub patre suo Iesse in Bethlehem, secundo in Hebron: tertio quando regnavit super omnem Israel in Hierusalem. Quare igitur potissimum hic Psalms conueniat vnctioni. Sciendum autem quod antequam vngeretur, in Hebraeis voluminibus non habetur. Sed de illis tribus vnctionibus, media ad istum pertinet Psalms: Dauid figurā Christi tenet: quia & ipse vnctus est in baptismo, quādo in specie columbae Spiritus sanctus super eum venit. Tom. 7. Com. in Psal. 26.

LEGIMVS in Exodo quomodo conficiatur vnguentum sacerdotale. Deinde legitur, quomodo aliud vnguentum, quo vngentur reges: Erat aliud vnguentum, quo vngentur Prophetae. Et quid plura loquar? Omnia vnguenta habent diuersitates & mysteria sua. Miramur de sanctis? Leprosus postquam est mundatus: postquam hyslopo fuerit aspersus, & sanguine gallinae, & dimittitur vna gallina in eremum, & ipse habet vnguentum proprium. Non sanctificatur aliquid nisi per vnguentum. Propterea dicunt & adolescentulae in Cantico canticorum: Vnguentum exinanitum nomen tuum. Post te in odorum vnguentorum tuorum currimus. Tom. 7. Com. in Psal. 132.

CHRISTVS vnctus est vt ceteros vngeret. Christus vnguenti habuit fontem: Apostoli stilliculas habuerunt. Ibidem.

Articulus V. Alias etiam ceremonias fuisse in usu circa baptizandos atate Hieronymi.

Hic mos ac typus in Occidentis Ecclesijs vsque hodie seruatur, vt renatis in Christo paruulis vinum & lac tribuatur. De quo lacte dicebat Paulus. Lac vobis potum dedi non solum cibum, & Petrus: Quali modo nati paruuli, rationale lac desiderate, &c. Reliqua ad iudicia quae habentur, in cap. 6. artic. 12. Tom. 4. lib. 15. Com. in cap. 55. Esai.

CHRISTVS in passione sua sordidis vestimentis fuit indutus, quae vniuersa auferentur ab eo, cum nostra peccata deleuerit: vt quia ille sordidis indutus est vestibus, nos resurgentes in eo audiamus post baptismum: Candida sint semper vestimenta tua: credentiumque omnis Ecclesia audit per Esaiam: Lauamini, mundi estote. Et de ipsa Prophetatur in Cantico canticorum: Quae est

Christiani & Christianitate baptismi appellauit.

Leuit. 14.

1. Reg. 16. 2. Reg. 2. 2. Reg. 5.

Christus in baptismo est vnctus.

Exod. 25. & 30.

Nihil sanctificatur sine vnguento. Causi. 1.

Vinum & lac dabuntur infantibus baptizatis. 1. Cor. 3. 1. Pet. 2.

Veste alba induit baptizati. Eccles. 9.

Esai. 3. Cam. 3.

est ista quae ascendit dealbata. Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. Zachariae.

Articulus VI. Baptizandos abrenunciare Sathanae atque pompis eius.

Factum baptismi.

TV a mesomnij exigis sponsonem: ego te verius strictusque conueniam. Fecisti omnia quae in baptismo promissisti. Tom. 2. lib. 1. aduersus Rufinum cap. 7.

QVIDAM disserunt in baptismate singulos pactum inire cum diabolo, & dicere: Renuncio tibi diabolo, & pompae tuae & vijs tuis, & mundo tuo, qui in maligno positus est: Si serauerimus pactū beneuoli & consentientes erimus aduersari nostri, & nequaquam in carcere recludendi. Sin vero quidquam transgressi fuerimus, eorum quae diabolo sponponderamus, trademur iudici ac ministro, mittemur in carcerem, & non eximimur ex eo donec reddamus nouissimum quadrantem. Tom. 6. lib. 1. Commentariorum, in cap. 5. Martini Cano. 6.

Exod. 24. Pacta conueta in baptismo iniua.

2. Cor. 11.

PACTVM fuit Israelicum Deo, quando dixit ad Moysen: Omnia quaecumque dixerit Dominus faciemus. Sed & nunc nos pacifimur in baptismo, vt abrenunciemus diabolo & operibus eius. Pro transgressoribus ergo huius pacti Propheta tabescebat, sicut & Paulus qui dicebat: Quis vritur, & ego non vror? Tomo. 7. Comment. in Psal. 118.

Articulus VII. Trinam mersionem in baptismo fuisse in usu tempore B. Hieronymi.

AN nescis, etiam Ecclesiarum hunc esse morem, vt baptizatis postea manus imponantur, & ita inuocetur Spiritus sanctus? Exigis vbi scriptum sit? in Actibus Apostolorum. Etiam si scripturae autoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar praecepti obtineret, nam & multa alia, quae per traditionem in Ecclesijs obseruantur, auctoritatem sibi scripturae legis vsurpauerunt, veluti in laucro ter caput mergitare, Deinde egressos, lactis & mellis praegustare concordiam, ad infantiae significationem; die Dominico, & per omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare, & ieiunium soluere: multa quae alia quae scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicauit, ex quo animaduertis, nec Ecclesiae consuetudinem sequi: licet ante aduocationem Spiritus constet aliquem baptizatum. Tom. 2. in Dialogo aduersus Luciferianos cap. 4.

Autoritas Ecclesiastica vnum traditionem abique scriptura. Catalogus aliquot anti quarum traditionum.

EODEM modo & in patrem, & in filium & in spiritum sanctum baptizamur. Et ter mergimur, vt trinitatis vnum appareat sacramentum. Tom. 6. lib. 2. Commentariorum, in cap. 4. ad Ephesios.

Potest vnum baptismum & ita dici, quod licet ter baptizemur propter mysterium trinitatis: tamen vnum baptismum reputetur. Ibidem.

Articulus VIII. Baptismus potissimum duobus anni temporibus in Pascha & Pentecoste tradebatur.

AN non tu scindis Ecclesiam, qui praecipisti Bethlehem presbyteris suis, ne competentibus nostris in Pascha baptismum traderent, quos nos Diospolim ad confessorem & Episcopum Dionysium missum baptizandos. Tom. 2. Epist. 61. ad Pammachium, cap. 16.

Nos scindimus Ecclesiam, qui ante paucos menses, circa dies Pentecostes, cum obscurato fo-

le omnis mundus iam iamque venturum iudicem formidaret, quadraginta diuersae aetatis & sexus, presbyteris tuis obtulimus baptizandos. Ibidem.

Paschalis & Pentecostes festi solennia baptismi.

QVAS viuentes multi ad baptismum reserunt quae in vere & aetate, hoc est in Pascha & Pentecoste sitientibus largiendae sunt, quando impletur quod scriptum est: Lauamini mundi estote. Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 14. Zachariae.

Esai. 50.

Caput quintum, De Sacramento confirmationis.

Articulus I. Confirmationem baptizatorum esse verum sacramentum & proprium.

NON si hoc loco quaeris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi, non accipiat spiritum, quem nos asserimus in vero baptismate tribui: discere obseruationem ex ea autoritate descendere, quod post ascensum Domini spiritus sanctus ad Apostolos descendit, & multis in locis idem factitatum reperimus, ad honorem potius sacerdotij, quam ad legis necessitatem. Alioquin si ad Episcopos tantum imprecationem spiritus sanctus defluit, lugendi sunt qui in viculis aut castellis, aut in remotioribus locis, per presbyteros & diaconos baptizati ante dormierunt, quam ab Episcopis inuiserentur. Ecclesiae salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quedam, & ab hominibus eminens detur potestas, tot in Ecclesijs efficiuntur schismata, quod sacerdotes, inde venit vt sine Chrismate & Episcopi iussione, neque presbyter, neque Diaconus habeant baptizandi: quod frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis. Vt enim accipit quis, ita & dare potest: nisi forte Eunuchus a Philippo diacono baptizatus, sine spiritu sancto fuisse credendus est, de quo scriptura ita loquitur: & descenderunt ambo in aquam; & baptizauit eum Philippus, & cum ascenderent ab aqua, spiritus sanctus venit in Eunuchum. Si autem illud obijciendum putas, quia cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, qui cum venissent ad eos, orauerunt pro eis, vt acciperent spiritum sanctum: Nonum enim reciderat super vllum eorum. Cur ita factum sit ex sequentibus discere. Ipse enim ait: Sed solum baptizati erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant spiritum sanctum. Hoc loco si & tu similiter te facere dicis, quia haeretici non baptizauerunt in spiritu sancto: scias Philippum ab Apostolis non fuisse diuisum: eandem habuisse Ecclesiam; eundem Dominum Iesum Christum praedicasse; Diaconum certe fuisse eorum, qui postea manus imposuerunt. Tom. 2. in Dialogo aduersus Luciferianos, cap. 4.

Confirmatio manus impositionis. Actus. 8.

Episcopi ordines in ministerio confirmationis.

Act. 8.

Act. 8.

Manuum Episcoporum impositionem seu confirmationem.

patre

patre & filio & spiritu sancto tres personas vnam substantiam crediderunt. Arianus vero, cum nil aliud crediderit (claudite, quæso, aures, qui audituri estis, ne tantæ impietatis vocibus polluatini) nisi in patre solo vero Deo, & in Iesu Christo Salvatore creatura, & spiritu sancto vtriusq; seruo; quomodo spiritum sanctum ab Ecclesia recipiet, qui necdum remissionem peccatorum consequutus est? Tom. 2. in Dialogo aduersus Luciferianos, cap. 4. ibid.

Reperitur in baptisimo in libris.

Esai. 4.

Luc. 10.

Baptisimus sine confirmatione non sufficit.

Psal. 44.

Psal. 104.

Oleum Chris- matis est manuum impositio.

Act. 2.

Psal. 104.

Varia vnguentorum genera. Exod. 30.

Leuit. 8.

1. Reg. 16.

4. Reg. 9.

1. Reg. 19.

NVNC QVND dixit, rebaptizentur, qui in Nicolaitarum fide baptizati sunt? vel imponantur eis manus, qui eo tempore apud Pergamenes crediderunt, quo disciplinam tenebant Balaam? Quin potius, age, inquit, penitentiam: sin autem, ego veniam tibi cito, & pugnabo tecum in romphea operis mei. Tom. 2. in Dialogo aduersus Luciferianos, cap. 8.

NON sufficit lauare sordes filiarum Sion aqua, & mundare sanguine, nisi oleo quoque vnerit: iuxta quod Samaritanus, qui interpretatur custos, seminecis vulnera, primum olei infusione liniuit, deinde vini austeritate compescuit. Dominus noster alio vnctus est oleo, quod non dolorem vulnerum mitigaret, sed letitiam tribueret: dicente ad eum spiritu sancto. Propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis praconfortibus tuis. Sin ab vnctione vnctus, id est, Christus appellatur, vide quantum profecerit Hierusalem: vt & ipsa vncta oleo spirituali, Christi nomen acceperit: iuxta quod in Psalmis de Abraham legitur: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 16. Ez. z. chielis.

SACERDOTES dant baptismum, & ad Eucharistiam Domini imprecantur aduentum, faciunt oleum chris-matis: manus imponunt, Catechumenos erudiunt: leuitas & alios constituant sacerdotes: Tom. 5. Com. in cap. 3. Sophonia.

FIAT misericordia tua Domine super nos. Narratio Ecclesiarum est: tamen istum versiculum cogitare debet vnusquisq; antequam legatur, vt fideliter dicat: sicut sperauimus in te, ne alibi vacet mens tua. Fiat Domine misericordia tua super nos quemadmodum sperauimus in te. Vt qui nos per baptismum abluisti, spiritus sancti infusione confirmes, sicut in Actibus Apostolorum cernimus esse factum. Tom. 7. Com. in 1. sal. 2.

CONFIRMA hoc Deus quod operatus es in nobis. Vt domum baptismi quod contulit, spiritus sancti infusione confirmet. Tom. 7. Comment. in Psal. 67.

Articulus I. Confirmationis materiam Chrisma esse, idque non nisi ab Episcopo conferri.

VIDEAMVS quot sint genera Christorum. Christi in veteri testamento dicebantur Patriarchæ: de quibus scriptum est in Psalmis: Corripuit reges pro eis: nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Et in primo Paralipomenon libro, omnes qui de Aegypto egressi sunt, Christi vocantur. Chrisma quoque in Exodo sacerdotale conficitur: quo postea facer dotes in Leuitico referuntur vncti. Est & aliud vnguentum, quo reges vnguntur in regno, quod in duo scinditur. Si enim Dauid est & Salomon, id est, fortis manu, & pacificus, cornu vngitur. Si vero Iehou & Azabel sunt, perfunduntur lenticula: vas autem fictile sic vocatur, id est, pax. Sed &

Cyrus Persarum Rex atque Medorum, qui de captiuitate populū relaxauit (licet multum erraret & de Domino saluatore scriptum putent) audit per Esaiam: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro: Cuius tenui dextram: vt audiret coram eo gentes, &c. Est vnguentum Propheticum, quo præcipitur Elia, vt Helizæ vngat in Prophetâ. Et super omnia vnguentorum genera, est vnguentum spirituale, quod vocatur oleum exultationis: quo vngitur Saluator, & dicitur ad eum: Propterea vnxit te Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Participes autem eos puto, de quibus loquitur Iohannes: Et vos vnguentum habetis à sancto, & post modicum: Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos: & vos Chrisma quod accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed ipsum chrisma docebit vos de omnibus, & verum est & non mendacium & sicut vos docuit, manete in eo; Ac ne fortè quod chrisma baptismi perdidit, desperent de chrismate reparando: scriptum est in Leuitico: Quod leprosus extra castra proiectus, cum ad sacerdotem venerit, & lepra ipsius fuerit emundata: mittat sibi sacerdos oleum in manu sinistra, & intincto digito septies aspergat oleum coram Domino, & tangat eodem oleo auriculam eius, qui leprosus fuerat, & dextram manum, & dextrum pedem, & quod remanserit de vnguento totum mittatur in caput eius. Cumque hæc omnia ritè compleuerit, tunc immolet holocaustum pro eo, & ipse Christus vocetur Dei. Idem sanctus in scripturis frequenter vnctus fuisse inuenitur: Denique Dauid tertio vnctus fuisse perhibetur: quod nos non intelligamus super eo qui peccauit, & iterum vngitur: Sufficit enim leproso, vt post primum vnguentum perditum vngatur secundo: sed super eo qui per dies singulos proficit, & semper eius augetur vnctio, & de leprosi oleo migrat ad oleum populi atque sanctorum, & de oleo populi ad oleum peruenit sacerdotum, à sacerdotibus transiit ad chrisma Pontificis: à pontifice quoque ad regem: à rege ad Patriarchas, & à patriarchis pergit ad Christum, & vngitur oleo exultationis: quo qui fuerit linitus vnus cum Deo efficitur spiritus, & vbi pater & filius est, ibi etiâ ille erit. Verum hoc rarum est & sunt vota credentium. To. 5. lib. 2. Com. in cap. 3. Habacuc.

Nihil sanctificatur nisi per vnguentum. Tom. 7. Com. in Psal. 132. ibidem lege plura de varietate & diuersitate chris-matis.

Articulus III. In sacramento confirmationis, quod manuum impositio vocatur gratiam conferri.

Illud obijciendum putas, quia cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, qui cum venissent ad eos, orauerunt pro eis, vt acciperent spiritum sanctum: Nondum enim ceciderat super vllum illorum. Cur ita factum sit, in sequentibus discet. Ipse enim ait: Sed solum baptizati erant in nomine Iesu. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant spiritum sanctum. Tom. 2. in Dialogo aduersus Luciferianos, cap. 4.

Quomodo Saluator secundum Iohannem insufflauit Spiritum sanctum in Apostolos, & secundum Lucam, post ascensionem se missurum reprop-

Esai. 45.

3. Reg. 19.

Psal. 44.

1. Ioan. 2.

Chrisma b. p. nisi potest reparari.

Leuit. 14.

Idem san-ctus scilicet est vnctus. 2. Reg. 5. & 19.

Gradatio à minoribus vnctionibus ad maiores.

Act. 8.

Confirmatio confert spiritum sanctum

Ioan. 20.

Act. 11.

1. Cor. 12.

Diuersæ gratiæ spiritus.

Luc. 24.

Act. 1.

Confirmatio spiritus. Apostoli in die Pentecostes. Ioan. 20.

Confirmatio apostoli in die Pentecostes per spiritum sanctum.

Rom. 15.

1. Cor. 15.

Act. 2.

repromittit? Huius quæstionis perfacilis solutio est, si docente Apostolo Paulo, Spiritus sancti diuersas gratias nouerimus. Scribit enim in prima ad Corinthios Epistola: Diuisiones donorum sunt, idem verò spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem verò Dominus: Diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique datur manifestatio spiritus, ad id quod expedit, alij quidem datur per spiritum sermo sapientia, alij sermo scientia secundum eundem spiritum, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij fides in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij Prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij autem interpretatio sermonum, hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Ergo Dominus, qui post resurrectionem suam, iuxta Lucæ Euangelium dixit: Ecce ego mittam promissionem patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto. Et, iuxta eundem in Actibus Apostolorum est loquutus: Præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris: quam audistis, inquit, per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Rursum in fine Euangelij secundum Ioannem, eodem die, quo resurrexerat, id est, die Dominica, clausis ianuis ad Apostolos introisse narratur, & dixisse eis secundo. Pax vobis: & intulisse: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum miseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta erunt. Prima igitur die resurrectionis eius acceperunt Spiritus sancti gratiam, qua peccata dimitterent & baptizarent, & filios Dei facerent, & spiritum adoptionis credentibus largirentur ipso Salvatore dicente: Quorum miseritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta erunt. Die autem Pentecostes eis amplius repromissum est, vt baptizarentur Spiritu sancto, & induerentur virtute ex alto, qua Christi Euangelium cunctis gentibus prædicarent: iuxta illud, quod in sexagesimo septimo Psalmo legitur: DOMINVS dabit verbum Euangelizantibus virtute multa, vt habent operationem virtutum, & gratiam sanitatum; & prædicaturi multis gentibus, acciperent genera linguarum, vt iam tunc cognosceretur, qui Apostolorum quibus gentibus deberent nunciare. Denique Apostolus Paulus, qui de Hierosalem vsque ad Hispanicam ire festinat, gratias agit Deo, quod cunctis Apostolis magis linguis loquatur: qui enim multis gentibus annunciaturus erat, multarum linguarum acceperat gratiam, quæ repromissio Spiritus sancti die decima post Ascensionem Saluatoris, expleta est, Luca referente, qui scripsit: Cum compleretur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de caelo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes: & apparuerunt illis dispartitæ linguæ, tanquam ignis: seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cæperunt loqui alijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Tunc completum est illud, quod legi-

tur in Ioheli Et in nouissimis diebus, dicit Dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filia vestra, seniores somnia somnabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Verbum autem effusionis designat gratia largitatem, & id ipsum sonat, quod Dominus repromisit: Vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies. In tantum enim Spiritu sancto baptizati sunt, vt repleretur tota domus vbi erant sedentes, & ignis Spiritus sancti stationem in eis inueniret optatam, linguasque diuideret, & secundum Esaiam, qui in munda labia habere se dixerat, purgaret labia eorum, vt Euangelium Christi purius prædicarent, & in Esaiam quidem superliminare templi dicitur fuisse commotum: & repleta est omnis domus fumo, id est, errore & tenebris, verique ignorantia. In principio autem Euangelij repletur Spiritu sancto Ecclesia; vt gratia eius atq; feruore omnium credentium peccata purgentur; & igne Spiritus sancti, quem Dominus missurum se esse dixerat, prædicatur Christum lingua sanetur. Non ergo Ioannes Luca quæ discordant, vt quod ille primo resurrectionis die datum esse significat, hic quinquagesimo die venisse describat: sed profectus Apostolicus est, vt qui primo remittendorum peccatorum gratiam acceperant, postea acciperent operationes virtutum, & cuncta donationum genera, quæ ab Apostolo descripta commemorauimus; & quod magis necessarium erat, diuersitatem linguarum omnium gentium, vt annunciaturi Christum nullo indigerent interprete. Vnde & in Lycaonia cum audissent Paulum & Barnabam loqui linguis suis, Deos in homines conuersos esse credebant. Et reuera indumentum virtutis, Spiritus sancti gratia est: quam possidentes, iudicum tribunalia, & regum purpuras non timebant. Promiserat enim Dominus, prius quam pateretur, & dixerat: Cum autem traderet vos, nolite timere, quomodo aut quid loquamini. non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Ego autem audeo & tota libertate pronuncio, ex eo tempore, quo Apostoli Domino crediderunt, semper eos habuisse Spiritum sanctum, nec potuisse signa facere absque Spiritus sancti gratia, sed pro modulo atq; mensura. Vnde saluator in templo clamabat, dicens: Qui sinit, veniat ad me & bibat: & qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viua. Hoc autem dixit de spiritu, quem eredentes in eum accipuri erant. Et in eodem loco infert: Nondum enim erat Spiritus datus; quia Iesus nondum fuerat glorificatus: nõ quod non esset Spiritus sanctus: dicente Domino Salvatore: Si autem ego in Spiritu sancto eicio demonia: sed quia erat in Domino, necdum totus in Apostolis morabatur. Quamobrem terrentur ad passionem eius, & negant, & Christum se nescire iurant: postquam autem baptizantur in Spiritu sancto, & infunditur in eos Spiritus sancti gratia: tunc liberè loquuntur ad Principes Iudæorum. Obedire Deo magis oportet, quam hominibus: mortuos suscitant: inter flagella latantur: fundunt sanguinem pro Christo, & supplicijs suis coronantur. Nondum ergo erat spiritus in Apostolis, nec de ventre eorum fluebant gratia spirituales: quia Dominus necdum fuerat glorificatus. Quæ sit autem gloria ipse in Euangelio lo-

Ioel. 2.

Act. 1.

Esai. 6.

2. Cor. 12.

Act. 14.

Matt. 10.

Ioan. 7.

Matt. 12.

Matt. 23.

Act. 3.

quirit. Pater glorifica me gloria, quam apud te habui, priusquam mundus esset. Gloria Saluatoris, patibulum triumphantis est. Crucifigitur ut homo, glorificatur ut Deus. Denique sol fuit, luna mutatur in sanguinem, terra motu insolito contremiscit, aperiuntur inferi, mortui ambulant, saxa rumpuntur. Hæc est gloria, de qua loquebatur in Psalmo: Exurge gloria mea, psalterium meum, cythara. Ipsaque de se respondit gloria, & dispensatio carnis assumpta. Exurgam diluculo: ut impleatur vigesimi primi Psalmi titulus, pro assumptione matutina. Miror Montanum, & infans feminas eius, abortiuos Prophetas, Domino promittente atque docente: Vado, & alium Paracletum mittam vobis: & postea Luca Euangelista narrante, quod Apostoli acceperunt quod promissum est: id multo post tempore in se dicere fuisse completum. Apostolis enim promissum est: Ego mittam spemtionem patris mei in vos: & vos sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto: & resurgens in Apostolos insufflauit, & non in Montanum, Priscillam & Maximillam: & illis, id est, Apostolis ait. Quorum dimiseritis peccata, dimittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Apostolis, inquam, præcepit, ne discederent ab Hierosolymis, sed expectarent promissionem patris. Et postea, quod promissum est, expletum legimus: Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & coeperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Spiritus enim sanctus, ubi vult, spirat. Et quando dicit Dominus, alium Paracletum mittam vobis, & se ostendit esse Paracletum, qui appellatur consolator. Unde Deus pater hoc censetur nomine, Deus misericordionem & totius consolationis. Si autem & Pater consolator, & Filius consolator, & Spiritus sanctus consolator est; & in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quod intelligitur Deus, baptizantur credentes. Quorum vnum diuinitatis & consolatoris est nomen, eorum & vna natura est. Hic Spiritus sanctus non solum in Apostolis, sed etiam in Prophetis fuit: de quo David orabat, dicens: Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Et Daniel Spiritum Dei habuisse narratur: Et David in Spiritu loquitur dixisse Dominum, Domino suo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nec sine Spiritu sancto prophetauerunt Prophetæ: & verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: & quicquid Patris & Filij est, hoc idem & Spiritus sancti est: & ipse Spiritus sanctus cum mittitur, à Patre & Filio mittitur: in alio atque alio loco Spiritus Dei Patris, & Christi Spiritus appellatur. Unde & in Actibus Apostolorum, qui Ioannis baptisate fuerant baptizati, & credebant in Deum Patrem & Christum, quia Spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizantur, immo tunc verum accipiunt baptisma. absque enim Spiritu sancto imperfectum est mysterium Trinitatis. Et in eodem Volumine, Petrus Ananiae & Sapphiræ dixisse narratur, quod mentientes Spiritui sancto, non sint hominibus mentiti, sed Deo. Tomo tertio, epistola centesima quinquagesima ad Hedibiam. quæstio. ne nona.

Mystice destruit Dominus speciosa Ia-

cob, cum decorem animæ Diabolica arte decepta spernit, & munitionem doctrinæ seculari sapientia condita, in qua maxime confidebat, diruit; & polluit, honorem regni & principatum eius, quem habuit in perceptione baptismatis, & sacri vntione Chriftatis, ita ut iam non meretur cum cæteris fidelibus ab Apostolo Petro audire. Vos estis genus electum: quando diuersis feruit vitijs, & obtemperat hostis antiqui suasionibus malignis. Tomo quarto libro primo Comment. in caput secundum Lament. Hieremia.

Sacerdotes dant Baptisum, ad Eucharistiam Domini imprecantur aduentum, faciunt oleum Chriftatis: manus imponunt, catechumenos erudiunt, Leuitas & alios constituunt Sacerdotes. Tomo quinto Commentariorum in caput tertium Sophonia.

Articulus Quartus. Sanctæ Confirmationis ordinarium ministrum solum Episcopum esse.

Orthodox. Quod si hoc loco quæris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum sanctum, quem nos asserimus in vero baptismate tribui, discant obseruationem ex ea autoritate descendere, quod post ascensum Domini, Spiritus sanctus ad Apostolos descendit. Et multis in locis idem factitatum reperimus, ad honorem potius Sacerdotij, quam ad legis necessitatem. Alioqui si ad Episcopum tantum imprecationem Spiritus sanctus desluit, lugendi sunt, qui in viculis, aut in castris, aut in remotioribus locis, per Presbyteros & Diaconos baptizati ante dormierunt, quam ab Episcopis inuiferentur. Tomo 2. in Dialogo aduersus Luciferianos cap. quarto.

Etiam à Presbyteris in Baptismo conferri Spiritum sanctum non tantum ab Episcopis in Confirmatione, his verbis ostendere conatur: confertur tamen vtrique diuersis ex causis, videlicet in Baptismo pro remissione peccatorum: in Chriftate vero ad robur & armatura fidelium. Vide Alsonum à Castro, contra hereses in Sacramento Confirmationis, & in Titulo de Episcopo.

SCHOLIA.

Hieronymus in capite tertio Sophonia. Sacerdotes qui dant Baptisum, & ad Eucharistiam Domini imprecantur aduentum, faciunt oleum Chriftatis, manus imponunt, Catechumenos erudiunt, Leuitas & alios constituunt Sacerdotes, non indignentur nobis sic exponeribus, sed studiosè agant, ne de Sacerdotibus, qui violant sancta Domini, esse mereantur. Studiosè Lector hic Hieronymus per Sacerdotes, qui oleum Chriftatis sacras, manus imponunt, & Sacerdotes ac Leuitas constituunt intellexit Episcopos, quod Ordinis Sacramento a Sacerdotibus non differant, licet iurisdictione ac dignitate longè distent. Hoc obseruare & notare placuit propter eos, qui ex presenti loco duo absurda inferunt: Primo vnicuique Sacerdoti fas esse sanctum Confirmationis Chriftate consecrare, & manus, his qui confirmantur, imponere. Deinde esse in potestate cuiuscunque Sacerdotis, ut sacros ordines consecrat.

Capit

Capit Sextum. De Sacramento Eucharistia.

Articulus Primus. In sanctissimo Eucharistia Sacramento, verum contineri corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi.



IXTIS gaudio lachrymis loquebatur Paula. Salue Bethlehè, domus panis, in qua natus est ille panis, qui de caelo descendit. Tom. 1. epist. 27. ad Eustochium cap. 4.

Considera, quod quæ duos habuit viros, etiam si anus est decrepita, & egens, Ecclesiæ stipens non meretur accipere; si autem panis illi tollitur elemosynæ; quanto magis ille panis, qui de caelo descendit; quem qui indignè comederit, reus erit violati corporis & sanguinis Christi. Tom. 2. lib. 1. aduersus Iovinianum cap. 8.

Opponis mihi, Gomor mannae, vnamque mensuram, & vestitum, & capillos, & barbam, & calciamenta, ex æquo fuisse Israelitarum: quasi non & nos Christi corpus aequaliter accipiamus: vna est in mysterijs sanctificatio, domini & serui, nobilibus, & ignobilis, regis & militis: quanquam pro accipientium meritis diuersum fiat, quod vnum est. Qui enim indignè manducauerit & biberit, reus erit violati corporis & sanguinis Christi. Nunquid quia & Iudas de eodem calice bibit, de quo & cæteri Apostoli, vnus cum reliquis erit meriti. Tomo secundo, lib. 2. aduersus Iovinianum cap. 10. & decimo quarto.

Si per coitum quod minus est impeditur, id est orare: quanto plus quod maius est, id est, corpus Christi prohibetur accipere? Quale illud bonum est, quod corpus Christi accipere non permittit? Ad hoc breuiter respondebo. Quid est maius, orare, an corpus Christi accipere? utique accipere corpus Christi. Si per coitum, quod minus est, impeditur: multo magis quod maius est. Tom. 2. in Apologia ad Pammach. cap. 6.

Episcopi contestabantur corpus Christi, & quid quid in Ecclesia sanctum est, se nihil mali in sua fide suspicatos. Tom. 2. in Dialogo contra Luciferianos cap. 7.

Si munera nostra absque pace offerre non possumus; quanto magis & Christi corpus accipere? Quæro te ut patienter me audias, nec veritatem adulationem putes. Quisquam ne tibi inuitis communicat? Tomo secundo, Epistola sexagesima secunda ad Theophilum.

Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, ut Diaconos Presbyteris, id est, Episcopis anteferet. Nam cum a Apostolo perspicue doceat, eodem esse Presbyteros, quos & Episcopos: quis patiar mensuram & vidualium minister, ut tumidus super eos se efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur. Tom. 2. epistola 85. ad Euagrium.

Vir vltus laginatus, qui ad pœnitentis immolatur salurem, ipse Saluator est, cuius quotidie carne pascimur, cruore potamur. Tom. 2. epist. 146. ad Damasum.

Nos audiamus panem, quem fregit Dominus, deditque discipulis suis, esse corpus Domini Saluatoris, ipso dicente ad eos: Accipite & comedite: hoc est corpus meum: & calicem illum esse, de quo iterum loquutus est: Bibite ex hoc

Patris verum Christum in Bethlehém natus.

Panis Eucharistiae iactantissimum à minori. a. Cor. 11.

Mysterium Eucharistia sanctificatum.

1. Cor. 11.

Corp' Christi si est præstatum longè oratione.

Nihil sanctius in Ecclesia Eucharistia.

Nullum maius munus Christi corpus.

Ad preces sacerdotum Christi corpus sanguis conficitur.

Quotidie Christi carne pascimur cruore potamur.

Matt. 26. Marc. 14.

omnes: hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur. Iste est calix, de quo in Propheta legimus: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Et alibi: Calix tuus inebrians quam præclarus est. Si ergo panis qui de caelo descendit corpus Christi est, & vinum quod discipulis dedit, sanguis illius est noui Testamenti, qui pro multis effusus est in remissionem: Iudaicas fabulas repellamus, & ascendamus cum Domino cenaculum magnum, stratum, atque mundatum: & accipiamus ab eo sursum calicem noui Testamenti: ibique cum eo Pascha celebrantes, inebriemur ab eo vino sobrietatis. Non enim est Dei regnum cibus & potus, sed iustitia & gaudium, & pax in Spiritu sancto. Nec Moyses dedit nobis panem verum, sed Dominus Iesus, ipse conuiuia & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur: illius bibimus sanguinem, & sine ipso potare non possumus: & quotidie in sacrificijs eius de genimine vitis veræ, & vineæ Sorec, quæ interpretatur electa, rubentia musta calcamus: & nouum ex his vinum bibimus in regno patris, nequaquam in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus, cantantes canticum nouum, quod nemo potest cantare, nisi in regno Ecclesiæ, quod regnum patris est. Hunc panem & Iacob Patriarcha comedere cupiebat, dicens: Si fuerit Dominus Deus mecum, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad operiendum. Quotquot in Christo baptizantur, Christum induimus, & panem comedimus Angelorum, & audimus Dominum predicantem: Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris, qui me misit, ut impleam opus eius. Faciamus igitur voluntatem, qui misit nos, Patris: & impleamus opus eius: & Christus nobiscum biberit in regno Ecclesiæ sanguinem suum. Tomo 3. epistola 150. ad Hedibiam. quæst. 2.

Spero argento & pecunijs, quibus aquas Domini emere non possumus, pergamus ad eum, qui tenens calicem Sacramenti discipulis loquebatur: Accipite & bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Quod vinum miscuit, & sapientia in cratere suo: omnes stultos sæculi, mundique sapientiam non habentes, prouocans ad bibendum: & ut non solum vinum emamus, sed & lac: quod significat innocentiam paruulorum: qui mos ac tytus in Occidentis Ecclesijs vsque hodie seruat, ut renatis in Christo, vinum lacque tribuatur. De quo lacte dicebat & Paulus: Lac vobis potum dedi, & non solidum cibum. Et Petrus: Quasi modo nati paruuli, rationale lac desiderate. Unde & Moyses vinum & lac in Christi intelligentis passionem, mystico sumone testatur. Gratioli oculi eius à vino, & candidi dentes eius à lacte. Pro lacte in presenti loco Lxx. stas, id est, adipem transtulerunt. De quo sanctus David dicit in Psalmo: Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Et in alio loco: Cibauit eos adipe menti, & de petra melle saturauit eos. Qui adipem non aliud quam mysticam carnem sonant. Ad quam Dominus discipulos hortabatur, dicens: Nisi comederitis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Unde & in Genesim traditus est, quod significat vallem adipeam, siue pinguis simam. Tomo quarto, libro decimo quinto Commentariorum in caput quinquagesimum quintum Esaiæ.

Psal. 116.

Veritas corporis Christi probatur.

Rom. 14.

Christus conuiuia & conuiuium. Quotidie sacrificia Eucharistia ab Hieronymo peractum.

Apo. 14.

Genes. 28.

Corp' Christi est panis Angelorum.

Matt. 26.

Pran. 9.

1. Pet. 2.

Lac est unum cibus paruulorum.

1. Cor. 13.

Obserua aliquam consuetudinem Occidentis Ecclesiæ.

Gen. 19.

Psal. 62.

Psal. 80.

Iou. 6.

Marc. 14. Mat. 26.

Cant. 5.

Psal. 100.

Gen. 43.

Ex tritico fecit panem Ioseph.

Nulla maiores diuitias quam corpus Christi.

Num. 21.

Panis in Bethlehem natus peripherice corpus Christi.

Psal. 77.

Luc. 16.

Joan. 19.

Thren. 4.

1. Cor. 10.

Zuchariffia dat robur cordi. Psal. 103.

Joan. 6. Mat. 6.

Mat. 5.

Hoc est triticum, & hoc est vinum, quod non comedent, nisi laudantes Dominum, & non bibent, nisi in atrijs sanctis eius, de quo Dominus in passione dicebat: Nō bibam de genimine vitis huius, donec illud bibam nouum in regno patris mei. Quae ex parte complentur in Ecclesia, quando dicit Dominus discipulis suis. Bibite amici mei, & inebriamini fratres: quod vinum lactificat cor hominis. Et in plena luce atq; meridie bibitur à Ioseph cum fratribus suis. Et complebitur plenius, quando inebriabitur terra benedictionibus Domini. Triticum quoque, de quo panis caelestis efficitur, illud est, de quo loquitur Dominus: Caro mea verè est cibus. Rursumque de vino, & sanguis meus verè est potus. Tomo quarto, libro decimo septimo Commentariorum in caput 62. Esaiæ.

SANCTAB crucis & resurrectionis vocabula non vrbem significant, sed locum: nec diuitiarū quondam magnitudinem, per quam perijt populus Iudæorum, sed gloriam sanctitatis, quam nostra paupercula possidet Bethlehem: non habens aurum & gemmas, sed panem, qui in ea natus est. Tomo quarto, libr. 4. Commentariorum in caput decimum nonum Hieremias.

ERIGECUM Moyses ad cœlum manus, & antiquum serpentem in eremo suspendit: statimque & Amalech debetur, & venenati morsus nō preualebunt: securusque populus Domini cum Iesu Iordanis fluente transibit, & post vastam solitudinem, comedit panem, qui in Bethlehem nostrō natus est viculo. Tom. 4. in Proemio lib. 5. Comment. in Hieremiam.

NOSTERrena contemnimus, & non solum humani stercoreis calcamus cibos, ac terrenas delicias putamus esse pro nihilo: sed comedimus panem, qui de cœlo descendit, & fruimur illo cibo, de quo Psalmista decantat: Panem angelorum comedit homo: nequaquam Aegyptijs carnibus, sed manna tenuitate viuentes. Tom. 4. libr. 1. Comment. in cap. 4. Ez. echielis.

DEFICIENTEPANEC & aqua Ecclesiae, corruet vir contra fratrem suum, & vbiq; discordia est, scindentibus nobis Christi tunicam, quam nec milites in passione Christi scindere ausi sunt, & contabescuntibus in iniquitatibus nostris dum Dei iustitiam non habemus. Scriptum est in Hieremia. quod paruuli, id est, vulgus Ecclesiae, petierint panem, & non fuerit, qui eis frangeret. Paulus verò, qui vir Ecclesiae erat, & sciebat Christū panes fregisse legales, ac dedisse discipulis erogandos: loquitur confidenter: Panem, quem frangimus, nonne communicatio est corporis Christi? Baculumque vel fortitudinem panis comedere non possunt, qui lacte infantis indigent, nec valent accipere solidum cibum. Nihilque ita vescētis animum roborat, ac panis vitæ. de quo scriptum est. Et panis confirmat cor hominis. Tomo quarto, libro primo Commentariorum in caput quartum Ez. echielis.

MELIUS est vt intelligamus panem iusti cum esse qui dicit. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendis: & quem in oratione nobis tribui deprecamur: Panem nostrum substantiuum siue superuenturum da nobis, vt quem postea semper accipitur sumus, in presenti sæculo quotidie mereamur accipere. Hunc panem iustus esuriētibus tribuit: de quibus est scriptum: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quia qui iustus est, communem

omnium panem, suum facit proprium: qui in Iudæa defecerat, Propheta dicente: Auferam ab eis fortitudinem siue baculum panis. Hoc quod loquimur, si tamen Christi fumus, immo quod Propheta commemorat, panis credentium est & esuriētium. Qui omnino non est dandus his, qui manducauerunt, & biberūt & saturati sunt, & in crassati calcitrauerunt: de quibus dicitur: Vx qui saturati estis nunc: quia esuriētis: ne euomant illud, dicente Salomone: Euomet enim, & contaminabit sermones tuos bonos. Quod alijs verbis Saluator loquitur: Ne detis sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Tomo quarto, libro sexto Commentariorum in caput decimū octauum Ez. echielis.

NONERIT hoc liberalitatis suæ in populum, quæ saluauerit, contentus munere, sed multò maiora præstabit. Inuenietur enim à domo Israel, qui multo tempore quæsitus fuerat, & non inuentus. Et postquam inuenit eum multiplicabit eos sicut oves rationales in solennitatibus eius. Quādo comedimus azyma synceritatis, & veritatis, & agni carnibus vescimur, & cruore potamur, & in septem hebdomatibus, & in tabernaculis huius sæculi Dominica festa celebramus: vt ciuitates quodam desertæ, plenæ fiant gregibus hominū, & hac ratione cognoscant, quod ipse sit Dominus, qui cuncta præstiterit. Tom. 4. lib. 11. Commentariorum in cap. 36. Ez. echielis.

NONDVM granum tritici mortuum fuerat in terra, quod multas fruges faceret, & famē Iudaici populi audiendi sermonis Dei saturaret eo pane, qui de cœlo descendit. Tomo quarto, libro duodecimo Commentariorum in cap. 40. Ez. echielis.

POSTPLAGAM Aquilonis & orientis, quando nobis sol fuerit ortus iustitiæ, accipimus meridianam plagam: quando totum nobis desuper lumē infunditur, & cum Abraham inimus coniuuium, & inebriamur vino, quod lactificat cor hominis, cum Ioseph & fratribus eius. Tomo quarto, libro decimo quarto Commentariorum in caput quadragesimum septimum Ez. echielis.

PORRO quia caro Domini verus est cibus, & sanguis eius verus est potus, iuxta ἀναγκαῖον, hoc solum habemus in presenti sæculo bonum, si vescamur carne eius, cruoreque potemur: non solum in mysterio, sed etiam in Scripturarum lectione. Verus enim cibus & potus, qui ex Dei verbo sumitur, scientia Scripturarum est. Tom. 5. Comment. in cap. 9. Ecclesiast.

CVIVS placuerunt opera Deo, nequaquam indigere poterit panem & vino, quod calcatum est de vinea Sotech. Dato itaque nobis præcepto quod dicit: Desiderasti sapientiam, serua mandata, & Dominus ministrabit tibi eam: & seruemus mandata, & panem & vinum spiritualia inuenire poterimus. Qui autem mandata non seruat, & in panis ac vini abundantia gloriatur, dicitur ei per Esaiam: Ne dicas, etiam cognosco eam: neque cognouisti, neque scis: neque à principio aperuit tibi aures: Scio enim quia contemnēs contemnēs. Porro quod in Lxx. interpretibus dicitur. δὲ τοιοῦτο φάσις ἐν τῷ ποσὶ σου ἀπὸ τοῦ σου καὶ πρὶ ἐν καρδίᾳ ἀγαθὴ δὲ οὐκ ἐστὶν σου, id est, Veni comede in lætitia panem tuum: Eius Ecclesiastæ vox est, qui in Euangelio loquitur: Qui sitit veniat ad me, & bibat. Et in Prouerbis: Venite, comedite panes meos, & bibite vinum meum. Tom. 5. Comm. in cap. 9. Ecclesiast.

DECLINA ad eos deserens regna caelorum, vt cum.

Esai. 3.

Luc. 6. Prok. 23.

Mat. 7.

Maximè dicitur liberale mētē corpus Christi.

Joan. 12. Conuiniū Ioseph typus cōnuuij Euchariffici Christi.

Gen. 16. Psal. 103. Gen. 43.

In mysterio Liturgico presentis sæculi est præstantissimum bonum.

Esai. 48.

Joan. 7.

Prouer. 9.

Christus ipse cibus in Eu. euchariffia & conuui. Genes. 43.

Joan. 12.

De tritico efficitur panis caelestis. 1. Joan. 2.

Psal. 103.

1. Cor. 7.

Psal. 44.

Cant. 2.

Ibid. 3.

Apo. 24.

Joan. 6. Panis corporis Christi si per omnes nationes substatiales est.

Celestis panis ab alijs cibis plurimum differt.

Melchisedechicum typus Euchariffici sacrificij. Genes. 14. Christi instituit in cena sacrificium, & representauit veritatem sui corporis & sanguinis.

De proprietate vocabuli Euchariffia.

Prok. 11.

vt cum eis vesceret assumpta forma hominis: siue dedi eis cibum corporis mei: ipse cibus & conuuiua. Tom. 5. lib. 2. Comm. in cap. 11. Osee.

IOSEPH qui in typo præcessit Saluatoris, conuuiuium fratribus facit meridie. Tom. 5. Comm. in cap. 3. Habacuc.

NOS frumentum electorum siue iuuenum, & vinum germinans virgines, siue vinum boni odoris ad virgines, intelligimus Dominum Saluatorem, qui loquitur in Euangelio: Nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem moriatur, maiores fructus affert. De hoc tritico efficitur ille panis, qui de cœlo descendit: & qui confirmat cor hominis. Hunc panem comedunt, qui in Christo robusti sunt, & ad quos Ioannes Euangelista loquitur. Scribo vobis quia sermo Dei in nobis manet, & fortes estis, & vicistis malignum. Qui frumentum est electorum siue iuuenum, ipse est & vinum, quod lactificat cor hominis, & bibitur ab his virginibus, quæ sunt sanctæ, & corpore & spiritu: vt inebriatæ atque gaudentes sequantur Ecclesiam, & dicatur de eis. Adducentur Regi virgines post eam, proximæ eius afferent tibi: afferent in lætitia & exultatione. Quomodo enim lætitiā non habebunt, quæ inebriatæ poculo Saluatoris generantur in virgines, & audent dicere: Introducite me in cellulam vini: confortate me in vnguentis? Vinum hoc boni odoris est: vnde in eodem carmine dicitur: Potabis me de vino vnguentarij, de riuis, malogranatorum tuorum. Hoc vino inebriati sunt, qui sequuntur agnum Dei quocunque vadit, vestiti candidis vestibus: quia se cum mulieribus non coinquinauerunt: virgines enim permanserunt. Tomo quinto, libro secundo Commentariorum in caput 9. Zacharia.

De tritico efficitur panis caelestis. 1. Joan. 2.

Psal. 103.

1. Cor. 7.

Psal. 44.

Cant. 2.

Ibid. 3.

Apo. 24.

PANEM nostrum super substantialē da nobis hodie. Quando petimus vt peculiarem seu præcipuum Deus det nobis panem: illum petimus qui dicit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit. Super substantialē panem intelligimus, qui super omnes substantias sit, & vniuersas superat creaturas. Tom. 6. lib. 1. Commentario in cap. 6. Matthæi Can. 8.

PANEM nostrum super substantialē da nobis hodie. Quando petimus vt peculiarem seu præcipuum Deus det nobis panem: illum petimus qui dicit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit. Super substantialē panem intelligimus, qui super omnes substantias sit, & vniuersas superat creaturas. Tom. 6. lib. 1. Commentario in cap. 6. Matthæi Can. 8.

NON habent necesse diuersos cibos querere: & emere sibi ignotos panes, cum secum habeant caelestem panem. Tom. 6. lib. 2. Comment. in caput 14. Matthæi.

POSTQUAM typicum Pascha fuerat impletū, & agni carnes cum Apostolis comederat: asumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verū Paschæ transgreditur Sacramentum, vt quomodo in præfiguratione eius Melchisedech summi Dei Sacerdos, panem & vinū offerens fecerat, ipse quoque veritatem sui corporis & sanguinis representaret. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 2. 6. Mat. Can. 5. 9. CVM crediderint in Deo patre, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibit Dominus, & in similitudinem Ioseph regnans in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. Ibidem.

QUIA non est consuetudinis nisi inter doctos quosque apud Græcos εὐχαριστία, ad distinctionē Euchariffiæ dicere, hoc est, gratiosum esse, & gratias agere: propterea puto Apostolum quasi Hebraeum ex Hebraeis, verbo vltim eile vulgato, & sensum suum alterius significatione verbi explicare voluisse, maximè cum apud Hebræos gratiosus & gratias agens, vno, vt aiunt, sermone dicatur. Vnde & in Prouerbis puto ita scriptum, γοῦν

εὐχαριστία ὡς εὐχαριστία ἀδελφῶν. mulier grata, id est, gratiosa suscitavit viro gloriam. Tom. 6. lib. 3. Comm. in cap. 5. ad Ephesios.

TANTVM interest inter propositionis panes & corpus Christi, quantum inter vmbra & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipsa, quæ per exemplaria præfigurabantur. Tom. 6. lib. 1. Comment. in Titum in cap. 1. ad Titum.

ITLVD quod in Euangelio secundum Latinos interpretes scriptum est: Panem nostrū quotidianum da nobis hodie: melius in Græco habetur, panem nostrum ἑπιούσιον: id est, præcipuum, egregium, peculiarem: eum videlicet qui de cœlo descendens ait: Ego sum panis, qui de cœlo descendi. Absit quippe vt nos, qui in crastinum cogitare prohibemur, de pane isto, qui post paululum concoquendus & abijciendus est in secessum, in prece Dominica rogare iubeamur. Quidam existimant ἑπιούσιον in oratione Dominica panem dictum, quod super omnes οὐραῖας sit: hoc est, super vniuersas substantias. Quod si accipitur, non multum ab eo sensu differt, quem exposuimus. Quicquid enim egregium & præcipuum est, extra omnia est, & super omnia, vide ibidē plura de vi vocabuli ἐπιούσιον. To. 6. lib. 1. Com. in cap. 2. ad Titum.

DILECTVS à Deo fuit populus Iudaicus: quia manna diuinū pluit illis: quod ad nos pertinet, quia manducamus Christum. To. 7. Com. in Psal. 16.

PAUPERES Apostoli edent corpus Christi & saturabuntur. Tom. 7. Comm. in Psal. 21. quia per fidem & opera cognoscent, quod ipse est panis viuus, qui de cœlo descendit, & qui manducauerit ex hoc pane, viuēt in eo spiritualis sensus in sempiternum. Ibidem.

DOMINVS tanquam ouis ad occisionem ductus, datus est escæ populis, cum dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitā in vobis. Tom. 7. Comm. in Psal. 43.

PER quem in Sina Iudaicæ generationi manna defluxit: ipsæ Christianæ genti corporis sanguinisque sui manna in Ecclesia subministrat. To. 7. Comment. in Psal. 67.

SICVT qui ablactatus est à matre sua, Nihil in se puerile sentit: quia cibum lactis excedēs, ad perfectum peruenit virum. illo nunc pane, qui de cœlo aduenit, vt alatur, exorat. Tom. 7. Comment. in Psal. 130.

QUI dat escam omni carni, Præbens se panem viuum, & vitam dantem huic mundo. To. 7. Com. in Psal. 135.

ESURIAMVS Christum, & ipse nobis dat caelestem panem. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Hoc qui dicunt, esuriunt. Qui panem desiderant, esuriunt. Qui dicit, panem nostrum quotidianum da nobis hodie: vtique esuriens loquitur. Dat escam esuriētibus. Putat aliquis quod panem caelestem de mysterijs dicat. Et hoc quidem accipimus: quia vera caro Christi est. Tom. 7. Comment. in Psal. 145.

SCHOLIA.

Bertramus in libro de corpore & sanguine Domini vt ostendat in Euchariffia non esse verū ac realem Christi carnem, quæ pro nobis est crucifixæ, nec verum illum sanguinē qui pro nobis effusus est, sed sanguinem mysticum, & carnē spiritualem & typicam non in veritate, sed in figura propōsiti am verba Hieronymi in cap. 1. epistolæ ad Ephesios, quæ sic habent, contorquet. Dupliciter caro & sanguis Christi intelligitur: vel spiritualis illa atq; diuina, de qua ipse dixit:

Verum corpus Christi longè est dignius vmbra.

Mat. 6.

Ioan. 6.

In oratione Dominica panem præstitim panem Euchariffia.

Exod. 26. Christus nostrum verū manna.

Christus esca populorum.

Corporis sanguinisque manna in Ecclesia.

Panis caelestis perfectus panis viuus non lac puerorum.

Mat. 6.

In mysterio Missæ verè est caro Christi.

Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. & Nisi manducaveritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam æternam. vel caro & sanguis, quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea. Iuxta hanc dispositionem & in sanctis eius diversitas carnis & sanguinis accipitur, ut alia sit caro, quæ est visura Dei salute, alia caro & sanguis, quæ regnum Dei non queat possidere. Hæc Hieronymi sententia alludere videtur ad ea, quæ Clemens Alexandrinus scripsit libro 2. Pædagog. cap. 2. in hæc verba: Duplex est sanguis Domini: alter enim est carnis, quo redempti sumus ab interitu: alter verò spiritualis, quo sciuntur vni: sumus. & hoc est bibere Iesu sanguinem, esse participi per incorruptionis Domini; verbi enim virtus est spiritus, quem admodum sanguis carnis. Commodat etiam itaque proportionem & convenientiam, vinum, aquæ, homini verò spiritus admiscetur, ac temperatum quidem vinum ad fidem conuivio excipitur: spiritus autem deducitur ad incorruptionem: amborum autem temperantia potus scilicet & verbi dicitur Eucharistia; cuius qui per fidem sunt participes sanctificantur corpore & anima. Magister sententiarum libro 4. distinct. 8. & Lanfrancus Cantuariensis cõtra Berengarium ait, & verba Hieronymi esse interpretanda per regulam de Sacramento & re Sacramenti, quæ docentur duplicem esse carnem Christi, alteram Eucharistia contentam & significatam, quæ crucifixa & mortua est, et post mortem rediit in cælum ascendit, alteram Eucharistia significatam & non contentam, quæ est vni: as Ecclesie in electis & glorificatis, & iuxta eandem regulam Clementis dicta accipienda sunt, vide tres regulas hæc de re Petri Lombardi in 4. sententiarum, distinct. 8.

Articulus II. Christum in Eucharistia exhiberem à sumentibus, vel sacramentaliter tantum, vel etiam simul spiritualiter manducari.

QUIN in extremis legis, & huius vitæ finibus constitutus intelligit semper sibi esse pugnãdum, dum defleuerit antiqua peccata, deficiente manna, sub duce Iesu Iordanem transeat, & circuncilius cultro Euangelij, primum comedat de cælesti pane, & occurrat ei Princeps exercituum, Dei, ut verum pascha nequaquam in Agypto, sed in finibus terræ sanctæ comedat. Tom. 3. epist. 127. ad Fabiolam. Manstone 42.

TANTVS Israel sanguis effusus est, tot hominum cœca sunt millia: & nullus eorum nostræ salutis exitum redemptor. Ipse Iosias, qui placuit in conspectu tuo, & nuper Machabæi, qui pro tua hereditate pugnabant, contra fas sanctitatis, hostium gladijs in terempti sunt, & nullius cruor nobis reddidit libertatem. Ecce adhuc Romano imperio subiaccemus, nos Propheta, non Sacerdos, non iustus quisquam immolatus est pro nobis. Et pro luxurioso filio, id est, pro gentibus, pro peccatoribus, totius creaturæ gloriosus sanguis effusus est. Cumque merentibus minora non dederis, immeritis maiora tribuisti. Nunquam dedisti mihi hæc, ut cum amicis meis epularer. Erras Israel: dic potius ut tecum epularer. Aut potest tibi esse aliqua iucunditas, nisi patre tecum celebrante conuiuium? saltem exemplo docere præfenti. Reuerso filio iunior, & pater lætatur, & pueri. Manducemus, ait, & epulemur, non manducate & epulamini. At tu ea mente, qua inuides fratri, qua à patris recedis aspectu, & semper in agro es, nunc quoque vis eo absente inire conuiuium. Nunquam dedisti mihi hæc, ut cum fratre, qua à patris recedis aspectu, & semper in agro es, nunc quoque vis eo absente inire conuiuium. Nunquam dedisti mihi hæc, ut cum fratre, qua à patris recedis aspectu, & semper in agro es, nunc quoque vis eo absente inire conuiuium. Nunquam dedisti mihi hæc, ut cum fratre, qua à patris recedis aspectu, & semper in agro es, nunc quoque vis eo absente inire conuiuium.

tre. Quid hæc dūm quæris, cui agnus est missus? Et ne similes te nescire quod missus est; Ioannes tibi cum in eremo demonstrauit. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi: Et pater quidem quasi clemens ac poenitentiam tribuens, te hortatur ad vitulum, non immolans hæc, quem stare scit ad sinistram. Tu verò in fine sæculi ipse tibi es hæc dūm immolaturus Antichristum; & cum amicis tuis, spiritibus immundis, eius carne saturandus, expleto vaticinio: Tu confregisti caput draconis magni: dedisti eum escam populis Aethiopiæ. Cum autem filius tuus hic, qui deo rauit omnem substantiam suam, viuens cum metreticibus, venit, occidisti ei vitulum faginatum. Confitetur & nunc Israel faginatum vitulum fuisse, qui cæsus est: intelligunt venisse Christum, sed torquentur inuidia; & nolunt, fratre non pe-reunte, saluari. Tomo tertio, Epistola centesima quadragesima sexta ad Damasum.

MULTAM inter vos & gentium multitudinem cernitis differentiam. Illi, qui seruiunt mihi comedent & bibent, lætabuntur & exultabunt præ gaudio cordis. Vos contra esurietis & sitietis: confundemini, & præ dolore cordis & contritione spiritus ululabitis. Quæ omnia χιλιεταδ in mille annis putant esse complenda, cibum & potum regnum Dei esse credentes: nec intelligentes illud, quod scriptum est. Operamini non cibum, qui perit, sed panem vitæ & veritatis: nec carnem Christi, & fructum ligni vitæ comedere cupientes, de quo Saluator loquitur: ego sum panis, qui de cælo descendi. & Ecclesiastes aperit oculos tuos & faturare panibus. & Psalmista: Iuuenis, inquit, fui & senex, & nunquam vidi iustum derelictum, neque semen eius quærens panem. Tota die miseretur & fœnerat, & semen eius in benedictionem erit. De isto pane & conuiuio spirituali, discipulos instruebat. Vos qui mecum perseverastis in tentationibus meis, edetis in mensa patris mei in regno cælorum. Quod si de simplici pane accipiamus, quomodo illud explanare poterimus: Non interficiet Dominus famem animam iustam: & iterum: Cognoscit Dominus vias immaculatum, & hereditas eorum erit in sempiternum. Non confundentur in tempore pessimo, & in diebus famis saturabuntur. Quanti sancti in persecutione moriuntur fame & egestate confecti: quanti iusti esuriunt, & impij crudelitibus distenduntur? Potus autem ille accipiedus est, qui hauritur de fontibus Israel: quem qui biberit, habebit in se fontem aquæ salientis in vitam æternam. Quem & Saluator in regno patris bibiturum se cum Apostolis pollicetur: qui lætificat cor hominis, ita ut bibentes possint dicere. Dedisti lætitiã in corde meo. De hoc cibo & potu inter octo beatitudines dicitur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Et mater Domini plena sancto Spiritu prophetabat: Esurientes impleuit bonis, qui prius cibum Domini non habebant, & diuites dimisit inanes, qui dati sunt pro sepultura eius, & quem Propheta promiserant, respuerunt. De quibus & in alio loco Psalmista decantat: Diuites eguerunt & esurierunt: id est, populus Iudeorum. Qui autem quæerunt Dominum, id est, turba gentilium, non egubunt bono. Tomo quarto, libro decimo octavo Commentariorum, in cap. 65. Esaiæ.

NON bibam amodo de genimine vitis. De carnalibus transit ad spiritualia: quod vinea de Aegypto transplanta-ta sit populus Israel, cui per Hieremiam Dominus loquitur: ego te plantaui vineam veram: quomodo mutata es in amaritudinem vitis alienæ? Et Esaias propheta in Cantico, quod dilecto canit: & omnis sparsim scriptura testatur. Dicit ergo se Dominus de hac vinea nequaquam esse bibiturum, nisi in regno patris sui. Regnum patris fides est credentium, Apostolo quoque id ipsum confirmante: Regnum Dei est intra vos. Ergo cum Iudæi receperint regnum patris: attende quod dicit patris non Dei. Omnis pater nomen est filij. Cum crediderint, inquam, in Deo patre, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet Dominus, & in similitudinem Ioseph regnans in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Matthæi.

DUPLICITER sanguis Christi & caro intelligitur spiritualis illa atque diuina, de qua ipse dixit: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus est verè potus: est: nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam æternam. Vel caro & sanguis, quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea. Iuxta hanc diuisionem & in sanctis eius diuersitas carnis & sanguinis accipitur, ut alia sit caro quæ visura est salutem Dei, alia caro & sanguis quæ regnum Dei possidere non queat. Tom. 6. lib. 1. Comme. in cap. 1. ad Ephesios.

TERRA dedit fructum suum. Terra, sancta Maria: de nostra terra: de nostro semine: de hoc luto, de hoc limo, de Adam. Terræ es, & in terrâ ibis. Terrâ ista dedit fructum suum. Quod perdidit in paradiso, inuenit in filio. Terra dedit fructum suum. Primum dedit florem. Dicit & in Cantico Canticorum: ego flos campi, & lilium conuallium. Iste igitur flos fructus factus est, ut nos illum comederemus, ut nos manducaremus carnes eius. Vultis scire, quis sit iste fructus? Virgo de virgine, Dominus de ancilla, Deus ex homine, filius ex matre, fructus ex terra. Videte quod dicat ipse fructus: Nisi granum frumenti ceciderit in terram, & mortuum fuerit, non potest facere fructus multos. Terra dedit fructum suum, dedit granum frumenti. Quod granum frumenti cecidit in terram & mortuum est, & ideo multos fructus adfert. Multiplicatum est in spica: quod vnum ceciderat, in multis resurrexit. Cecidit granum tritici in terrâ, & seges copiosa surrexit. Tom. 7. Com. in Psalm. 66.

ARTICULUS III. In Eucharistie sacratissimo Sacramento, Christum unigenitum Dei filium cultu lætitiæ etiam externo esse adorandum.

MANDUCAVERUNT & adorauerunt omnes diuites terræ. Id est, Apostoli vel ceteri sancti manducauerunt corpus Christi, ut dixit superius. Et adorauerunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. & hic & in futuro adorant: Quia iuxta Apostolus ipsi flectentur omnia genua. Tom. 7. Com. in Psalm. 21.

ADORATE scabellum eius pedum eius: quoniam sanctum est. Multæ de scabellum opiniones sunt, sed hic propheta corpus dominicum dicit: in quo maiestas diuinitatis tanquam super scabellum stat. Sanctum enim cum dici saepe docuimus. Quod autem adorari debeat, eo ascendentem, Apostoli docuerunt: cum adorantes egressi

Christus vitulum immolatur. Ioan. 1. Christus agnus immolatur. Mat. 25.

Ioan. 6.

Proverb. 20. Psal. 36. Conuiuium spirituale. Luc. 22.

Pro. 10. Psal. 36.

Loca hæc scripsit puræ non agunt de pane simplici.

Ioan. 4.

Luc. 22. Psal. 108. Psal. 4.

Mat. 5. Luc. 1.

Esaiæ 53.

Hier. 2.

Esaiæ 5.

Luc. 17.

Conuiuium Ioseph typus conuiuij Christi. Ioseph 4. p. solus.

Genes. 43.

Ioan. 6.

Duplex sanguis & caro Christi.

Genes. 3.

Cantic. 2.

Nos carnes Christi manducamus.

Ioan. 12.

Philip. 2.

Corpus Domini adorandum.

gypto transplanta-ta sit populus Israel, cui per Hieremiam Dominus loquitur: ego te plantaui vineam veram: quomodo mutata es in amaritudinem vitis alienæ? Et Esaias propheta in Cantico, quod dilecto canit: & omnis sparsim scriptura testatur. Dicit ergo se Dominus de hac vinea nequaquam esse bibiturum, nisi in regno patris sui. Regnum patris fides est credentium, Apostolo quoque id ipsum confirmante: Regnum Dei est intra vos. Ergo cum Iudæi receperint regnum patris: attende quod dicit patris non Dei. Omnis pater nomen est filij. Cum crediderint, inquam, in Deo patre, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet Dominus, & in similitudinem Ioseph regnans in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Matthæi.

DUPLICITER sanguis Christi & caro intelligitur spiritualis illa atque diuina, de qua ipse dixit: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus est verè potus: est: nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam æternam. Vel caro & sanguis, quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea. Iuxta hanc diuisionem & in sanctis eius diuersitas carnis & sanguinis accipitur, ut alia sit caro quæ visura est salutem Dei, alia caro & sanguis quæ regnum Dei possidere non queat. Tom. 6. lib. 1. Comme. in cap. 1. ad Ephesios.

TERRA dedit fructum suum. Terra, sancta Maria: de nostra terra: de nostro semine: de hoc luto, de hoc limo, de Adam. Terræ es, & in terrâ ibis. Terrâ ista dedit fructum suum. Quod perdidit in paradiso, inuenit in filio. Terra dedit fructum suum. Primum dedit florem. Dicit & in Cantico Canticorum: ego flos campi, & lilium conuallium. Iste igitur flos fructus factus est, ut nos illum comederemus, ut nos manducaremus carnes eius. Vultis scire, quis sit iste fructus? Virgo de virgine, Dominus de ancilla, Deus ex homine, filius ex matre, fructus ex terra. Videte quod dicat ipse fructus: Nisi granum frumenti ceciderit in terram, & mortuum fuerit, non potest facere fructus multos. Terra dedit fructum suum, dedit granum frumenti. Quod granum frumenti cecidit in terram & mortuum est, & ideo multos fructus adfert. Multiplicatum est in spica: quod vnum ceciderat, in multis resurrexit. Cecidit granum tritici in terrâ, & seges copiosa surrexit. Tom. 7. Com. in Psalm. 66.

ARTICULUS III. In Eucharistie sacratissimo Sacramento, Christum unigenitum Dei filium cultu lætitiæ etiam externo esse adorandum.

MANDUCAVERUNT & adorauerunt omnes diuites terræ. Id est, Apostoli vel ceteri sancti manducauerunt corpus Christi, ut dixit superius. Et adorauerunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. & hic & in futuro adorant: Quia iuxta Apostolus ipsi flectentur omnia genua. Tom. 7. Com. in Psalm. 21.

ADORATE scabellum eius pedum eius: quoniam sanctum est. Multæ de scabellum opiniones sunt, sed hic propheta corpus dominicum dicit: in quo maiestas diuinitatis tanquam super scabellum stat. Sanctum enim cum dici saepe docuimus. Quod autem adorari debeat, eo ascendentem, Apostoli docuerunt: cum adorantes egressi

sunt in Hierusalem. Sed & ad crucem dominicam & ad animam sanctam hæc referenda sunt. Tom. 7. Com. in Psalm. 98.

ARTICULUS IIII. In sacrosancto Eucharistia sacramento, substantiam panis & vini post consecrationem non remanere.

ABSTINERE de his quicquam sinistrè loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus: qui clauis regni cælorum habentes, quodam modo ante diem iudicij iudicant: qui sponfam Domini sobria castitate conseruat. Tom. 1. Epist. 1. ad Meliodorum cap. 7.

QUONIAM patitur, mensarum & viduarum minister diaconus, ut supra præbyteros tumidus sefferat, ad quorum preces Christi corpus, sanguisque conficitur. Tom. 2. Epist. 85. ad Euagrium.

EGO si fecero, si dixerò quippiam, quod reprehensione dignum est, de sanctis egredior, & polluo vocabulum Christi, in quo mihi blãdiior: quanto magis pontifex & Episcopus, quem oportet esse sine crimine, tantarumque virtutum, ut semper moretur in sanctis, & paratus sit offerre victimas pro populo, sequester Dei & hominum, & carnes agni sacro ore conficiens: quia sanctum oleum Dei super eum est. Tomo 3. Epist. 12. 8. ad Fabiolam.

TRITICVM, de quo panis cælestis efficitur, illud est, de quo loquitur Dominus: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Tom. 4. lib. 14. Com. in cap. 62. Esaiæ.

QUONIAM sibi volunt hæreticorum, paleæ ad triticum Ecclesie: de quo Ioannes baptista plenius loquitur: quod purget Dominus aream suam vtilabro, & paleas ventorum flatibus dispergendas vrendasque ignibus derelinquat: triticum autè condant in hordea, ut fiat cælestis panis: & loquatur vnusquisque credentium: Custate & videte, quoniam suauis est Dominus. Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 23. Hieremie.

SUPER frumento, inquit, vino & oleo, de quo conficitur panis Domini, & sanguinis eius impletur typus, & benedictio sanctificationis ostenditur. Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 31. Hieremie.

TVNC saluabuntur Israelitæ ab vniuersis iniquamentis suis, & multiplicabitur eis frumentum, de quo efficitur cælestis panis, & non patientur vltra famem sermonis Dei. To. 4. lib. 11. Com. in cap. 36. Ezechielis.

NEPUTAREMUS duos tantum esse thalamos, ternos ex vtraque parte posuit: ut senarium numerum demonstraret, qui & in hydrijs Euangelij indicatur: in quibus aquæ in vina mutatae sunt, & quotidie Iudaici latices vertuntur in vinum, quod lætificat cor hominis, & Christi cruore fit dulcis. Tom. 4. lib. 12. Com. in cap. 40. Ezechielis.

SA CERDOTES, qui Eucharistia seruiunt, & sanguinem Domini populis diuidunt, impie agunt in legem Dei Christi: putantes vixisse iam precantis facere verba, non vitam, & necessariã esse tantum solennem orationem, & non sacerdotum merita, de quibus dicitur: Et sacerdos, in quo fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino. Tom. 5. Commentariorum in caput tertium Sophoniae.

SA CERDOTES, qui dant baptismum, & ad Eucharistiam Domini imprecantur adueniunt, Ccc 4

Ahor. 1. Crux domini. nica postest adorari.

Sacerdotes Christi corpore sacro ore conficiunt.

Ad preces sacerdotum Christi corpus conficitur.

Titum. 1.

Pontifex catinet agni sacro ore conficitur.

Ioan. 6. Ex tritico panis cælestis fit per consecrationem. Matthæi. 3.

Ex tritico conficitur panis cælestis.

Per benedictionem sanctificationis ostenditur de frumento & vino conficitur corpus Christi.

Ioan. 2. Iudaici latices quotidie vertuntur in vinum.

Eucharistia officium vobis consecratoria sacerdotum.

faciunt oleum chrismatismanus imponunt: catechumenos erudiunt: Leuitas & alios constitunt sacerdotum. Tom. 5. Com. in cap. 3. Sophonia.

DE frumento siue tritico efficitur ille panis, qui de caelo descendit: & qui confirmat cor hominis. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 9. Zacharia.

POLLVI MVS panem, id est, corpus Christi: quando indigni accedimus ad altare, & fordidi mundum sanguinem bibimus, & dicimus; mensa Domini despecta est: non quod hoc aliquis audeat dicere, & quod impiè cogitat scelerata voce proferre: sed opera peccatorum despiciunt mensam Dei. Tom. 5. Com. in cap. 1. Malachia.

SUPERSTANTIALIS panis, corpus Christi, quia super omnes substantias est, & superat omnes creaturas. Tom. 6. lib. 1. Comment. in cap. 6. Matthai.

AD confutandam calumniam pharisaeorum veteris recordatur historia: quando David fugiens Saulem venit in Nobem, & ab Achimelech sacerdote susceptus, postulatuerit cibos: qui cum panes laicos non haberet, dedit ei consecratos, quibus non licebat vti nisi solis sacerdotibus, & leuitis. Et hoc tantum interrogauit, si essent mundi pueri à mulieribus, & illo respondente, ab heri & nudius tertius, non dubitauit panes dare: melius arbitratus propheta dicente: Misericordiã volo & non sacrificium) de famis periculo homines liberare, quam Deo offerre sacrificium. Hostia enim placabilis Deo hominum salus est. Opponit ergo Dominus & dicit: Si & David sanctus est, & Achimelech pontifex à vobis non reprehenditur, sed legis vterque mandatum probabili exculpatione transgressi sunt, & fames in causa est: cur eandem famem non probatis in Apostolis, quam probatis in ceteris. Quanquam & in hoc magna diftãtia sit. Isti spicas in sabbatho manu confricant: illi panes comederunt leuiticos, & ad sabbathi solennitatem accedebant Neomeniarum dies, quibus in conuiuio requisitus fugit ex aula regia. Obserua quod panes propositionis nec David nec pueri eius acceperint, antequã se à mulieribus mundos esse responderent. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 12. Matthai.

SCIMVS vinum in Christi sanguinem consecrari. Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 5. ad Galatas.

CASTITAS propria, (& vti dicam) pudicitia sacerdotalis, vt non solum ab opere se immundo abstineat, sed etiam à tactu oculi, & cogitationis errore mens Christi corpus consecratura sit libera: Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum.

QVIDAM ex iacobis existimant in oratione dominica panem dictum, quod super omnes diuitias sit: hoc est super vniuersas substantias. Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 2. ad Titum.

DILATATE ora vestra, ipse est Dominus & panis. Ipse hortatur nos, vt comedamus, & ipse noster cibus est. Quantumcumque dilataueris, tantum accipies. Si volueris, totum me accipies, si nolueris, accipe saltem partem. Tom. 7. Comment. in Psal. 50.

ET terra nostra dabit fructum suum] Nolite desperare: quod semel natum est ex Maria, quotidie & in nobis nascitur. Et nos possumus parere Christu, si volumus. Et terra nostra dabit fructum suum, de quo fiat panis caelestis, de quo dicitur. Ego sum panis, qui de caelo descendi. Tom. septimo. Commentariorum, in Psal. 130. actus primus quartum.

VT educas panem de terra.] A terreni corporis agro, quem à nobis assumpsit, mysterium proferens caelestis panis ac poculi salutaris, quo reficiatur Ecclesia. Tom. 7. Com. in Psal. 131.

EX VRGE Domine in requiem tuam.] Iam explenti iuramentum, reddidisti votum, iam inuenisti locum Deo, iam produxisti ex latere tuo Ecclesiam, exurge nunc ab inferis, reuertere in tabernaculum, abiens in requiem: & non solutu: sed & arca sanctificationis tuae, corpus scilicet assumptum, quo diuinitas tegebatur. A quo verba vitæ, à quo caelestis panis, à quo via, veritas, & vita nobis ostensa est. Tom. 7. Com. in Psal. 131.

DEI iussisse fecisse est: eius imperium fabrica est. Tom. 7. Com. in Psal. 148.

Articulus V. Sacrosancta Eucharistia mysteria Hieronymi tempore, propter summam eorum profunditatem, gentilibus & catechumenis exposita se. merè non fuisse.

NOLVERUNT tunc temporis 70. interpretes fidei suæ sacramenta perspicue ethnicis prodere: (ita nec nascētis Ecclesie Theologi mysteria Eucharistia) ne sanctum canibus & margaritas porcis darent. quæ, cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertētis abscondita. Tom. 3. Epist. 117. ad Paulam & Eustochium.

APOSTOLVS difficultatem & obscuritatem Eucharistice oblationis & sacrificij Melchisedechici proæmio exaggerat, dicens: Super quo multus nobis sermo est, & in interpretabilis: non quia Apostolus id non potuerit interpretari: sed quia illius temporis non fuerit. Hebræis enim, id est, Iudæis persuadebat, non iam fidelibus, quibus passim prodere sacramentum. Verum tamen si vas electionis stupet ad mysterium, & de quo disputat ineffabile confitetur: quãto magis nos verniculi, & culices, solum debemus scientiam incertitæ confiteri, & amplissimam domum paruo quasi foramine ostendere: vt dicamus duo sacerdotia inter se ab Apostolo cõparata, prioris populi & posterioris. Tomo tertio Epistola 126. ad C. u. a. g. rium.

QUANDO procedendum est ad eos, qui non possunt templi adyta penetrare, nec diuinæ scientiæ arcana cognoscere: egrediamur, inquit, foras ad eos sacerdotes in atrium exterius: nequam cum his vestimentis, quibus erant intrinsecus induti, viscera videlicet misericordiæ & Dominum saluatorem: de quibus scriptum est: Induimini Dominum Iesum Christum: nec his vtatur sermonibus, de quibus loquitur Deus: Mysterium meum mihi & meis: nec in illud incurant, quod saluator prohibet, dicens: Nolite dare sanctum canibus: ne projiciatis margaritas ante porcos: Sed ponent vestimenta sua intrinsecus: quibus induuntur, quando ministrant in templi adytis: sancta enim sunt, & ad eos, qui perfectam non habent sanctitatem non debent proferri: accipientque alia vestimenta, & sic procedent ad populum. Sic, inquit, loquentur ad populum, quomodo potest audire populus. Vnde & Apostolus Corinthiis loquebatur, in quibus audiebatur fornicatio, Lac vobis potum dedi, non escam: id est, solidum cibum necdum enim capere poteratis. Ad quos rursum dicit: Filii mei, quos iteru parturio, donec formetur in vobis Christus. Paruulis enim atque lactentibus, nõ solum nõ prod-

Mysterium caelestis panis.

A corpore assumptu est panis ostenditur.

Sancta non sunt danda canibus.

Hebræo 5. Paulus uo. Iam adhuc in fidelibus Iudæis mysteria Eucharistie prodere.

Rom. 13. Esaiæ. 24.

Mat. 7.

Sancta & ineffabilia mysteria passim non prodenda vulgo.

1. Cor. 5.

Galat. 4.

dest solidus cibus, sed interficit eos: qui perfectæ ætatis hominibus congruit. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 42. Ezechielis.

CLAUSA QUÆ erit porta. Nemo enim potest passionis Domini, corporisque eius & sanguinis pro maiestate rei sacramenta cognoscere. Tantæque bonitatis est, & clementiæ princeps noster, vt cum solus sedeat in porta, quæ est clausa, & panem coram Domino comedat, velit mensæ suæ atque conuiuij plures habere consortes: & dicat: Ecce ego sto ante ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, ingredietur ad eum, & cæuabo cum illo, & ipse mecum. Tom. 4. lib. 13. Commentarior. in cap. 44. Ezechielis.

SANCTA & spiritualia vestimenta proprio nobis labore conficimus: quæ texta sunt desuper qualem & Dominus habebat tunicam, quæ scindi non potuit: quibus induimur, quando secreta Domini & arcana cognoscimus, & habemus spiritum, qui scrutatur etiam alta & profunda Dei: quæ non sunt monstranda vulgo, nec proferenda ad populum, qui non est sanctificatus, nec Domini sanctitudini preparatus: ne si maiora se audierint, maiestatem scientiæ ferre non possint: & quasi solidi suffocentur cibo, qui adhuc lacte in fantiã nutriendi sunt. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ezechielis.

IN Tobia libro scribitur: Mysterium regis abscondere bonu est. Præcipue monet ne tractemus, quare Deus vnum quodque præcepit, sed quod cunq; viderit esse mandatum, hoc pia mens hominis implere festinet. Tom. 5. Comment. in cap. 8. Ecclesiasticis.

DEI iuramentum de suo verbo sacrum & arcanum, non debemus quibusque narrare & proferre in medium, & etiam de eo proferre sententiam: Neque vt Moyses festines videre faciem Dei, sed tamdiu sustine, donec ipse pertransiat, & tantum eius posteriora conspicias. Tom. 5. Com. in cap. 8. Ecclesiasticis.

CAETERVM id quod sequitur: Quoniam sumus alterutrum membra, magis mihi videtur significare mysterium, & de his dicere, qui nobis fide & virtute sunt proximi. Membra quippe alterutrum non sunt, nisi fideles fidelium, & Christiani Christianorum, & perfecti eorum qui sunt plenæ consummataque virtutis: propter quod Paulus ipse perfectus, in Epistola alia loquebatur: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Ergo hoc iubet, vt vnusquisque mystica quæque atque secreta, & ea quæ Dei veritate sunt plena, loquatur cum proximo suo: & dies diei eructet verbum, & nox nocti indicet scientiam, hoc est, clara quæque & lucentia his indicet, qui merentur audire: Vos estis: lux mundi. Porro tenebrosa & inuoluta, & omni sacramentorum nocte velata, his referat, qui & ipsi nox, tenebræ, & caligo sunt: de quibus dicitur: Et caligo sub pedibus eius, haud dubium quin Dei. Nam & in monte Sina Moyses ingreditur in turbinem & caliginem, ubi erat Deus. & de ipso Deo scriptum est: Posuit tenebras latibulum suum. Loquantur itaque mysterium & veritatem vnusquisque cum proximo suo, & non det sanctum canibus, neque mittet margaritas suas ante porcos, sed quicunque oleum habuerit veritatis, istos in thalamum sponsi & penum regis inducat. Tom. 6. lib. 2. Com. in caput 4. ad Ephesios.

DOMINVS aut in lumine est, aut in caligine.

In lumine incipientibus est. Incipientibus enim simpliciter loquitur: qui vero sunt perfecti, illis mysticè loquitur. Denique Apostolis loquebatur non quasi turbis, sed intrinsecus loquebatur. Quod dicit: & caligo in circuitu eius, hoc est, & mysteria in circuitu eius. propterea dicitur & in Exodo. Et omnis, inquit, populus, stabat deorsum: Moyses autem solus ingressus est in montem Sina in caligine. Non enim poterat omnis populus scire mysteria, quæ solus nosse poterat Moyses. Dicitur de Deo. posuit tenebras latibulum suum. Tomo septimo, Commentariorum, in Psal. 130. num. 46.

NUMBVS prophetae sunt. Mandauit illis Dominus ne pluerent super Israel imbrem. Ad nos prophetae sermo conuersus est. Nubes ista si sibi collisa fuerint, tonitruum faciunt & fulgura. Qui operit caelum nubibus. Quare dixit, qui operit caelum nubibus, si nubes prophetae sunt & Apostoli? Quomodo autem prophetis & Apostolis caelum tegitur? Caelum sunt mysteria diuina. Quoniam igitur mysteria quæcunq; diuina sunt, caelum appellantur: quicumque dignus fuerit, istum nubes protegent. Si quis indignus est sacramenta accipere, non potest tegi à nubibus. Tom. 7. Com. in Psal. 146.

Articulus VI. Vtile ac salutarem esse fidelibus frequentem sacrosancti corporis Christi communionem.

DE sabbatho quod quæris, vtum sit ieiunandum, & de Eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romane Ecclesie & Hispanie obseruare prohibentur: scripsit quidem & Hippolytus, vir disertissimus, & carptim diuersi scriptores à varijs authoribus edidere: sed ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiant, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuertit. Atque vtinam Eucharistiam absque condemnatione nostri, & pungente conscientia, semper possemus accipere, & Psalmistam audire dicentem: Gustate & videte quoniam suauis est DOMINVS, & cum eo canere: Eructauit cor meum verbum bonum. Vnaquæque provincia abundet in sensu suo, & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur. Tom. 1. Epistola. 28. ad Lucinum.

SCIO Romæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper corpus Christi accipiant: quod nec reprehendo, nec probor: vnusquisque enim in suo sensu abundet: sed ipsorum conscientiam conuenio, qui eadem die post cubitum communicant, & iuxta Persum noctem lumine purgant. quare ad martyres ire non audent? quare non ingreditur Ecclesias? an alius in publico, alius in domo Christus est? quod in Ecclesia non licet, nec domui licet. Nihil Deo, clausum est: & tenebræ quoque lucent apud Deum. Probet se vnusquisque, & sic ad corpus CHRISTI accedat: non quod dilatae communionis vnus dies, aut biduum sanctiorem efficiat Christianum, vt quod hodie non merui, cras vel perendie merear: sed quod, dum doleo me non communicasse corpori Christi, abstineam me paulisper ab vxoris amplexu; vt amori coniugis amorem Christi præferam. Tomo secundo, in Apologia pro libro contra Iovinianum, ad Pam. cap. 6.

Deum mysticè loquitur perfectis.

Exod. 19.

Populus non potuit scire mysteria omnia quo Moyses.

Psalm. 17.

Non omnes sunt digni mysteria diuina cognoscere.

Vide D. T. Ite anania altera parte Apologia Cæcilij Trid. contra Remanium folio 326.

Operari quo vidiana sit communiõ Eucharistia.

Psalm. 33.

Psalm. 44.

Roma quoti diana communio vsque 14.

Impure vultus quoti die communicare non debet.

Sacerdotes ad Eucharistiam Domini imprecantur adueni. Rom. 6.

1. Reg. 21.

Panes consecrati à laicis panibus differunt.

Osce. 6.

Eucharistia non accipienda ab immundis.

1. Reg. 20.

Vinum consecratione sacerdotis fit sanguis Christi.

Mens sacerdotis Christi corpus consecraturamunda fit.

De terra fit panis caelestis. Ioan. 6.

Quod sequitur: Ut non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus, qui sanctificationi non fuerat preparatus: illud significat, ne facile non sanctificatis sancta tribuamus nec mitamus (iuxta Euangelium) margaritas ante porcos, nec demus sanctum canibus. Denique Moyses tribus diebus ab omni immunditia, & ab vxorum complexu vult populum sanctificari, vt accedat ad montem Sina, & sanctificatus sancta suscipiat. Si autem accessuri ad audienda & suscipienda verba Dei, sanctificari iubentur ab vxoribus, manifestum est in lege illud Apostolicum contineri: Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus vt vacetis orationi: & ex consensu abstinentium est ab vxoribus, vt vacemus orationi. Tom. 4. lib. 1. 4. Com. in cap. 6. Ezechielis.

SALVATOR se lucem esse dicit: Ego sum lux mundi & de dulcedine ipsius quotidie celesti pane saturati dicimus: Gustate & videte quam suavis est Dominus. Tom. 4. lib. 2. Commentarior. in cap. 5. E. Saia.

SCHOLIA.

SACERDOTES quoque qui Eucharistia seruiunt & sanguinem Domini populo eius diuidunt, impie agunt in legem Christi: putantes luxuriosam imprecantem facere verba, non vitant, & necessariam esse solemnem orationem tantum & non sacerdotum merita de quibus dicitur. Et sacerdos in quo fuerit macula non accedat offerre oblationes Domino. Tom. 5. Com. in cap. 3. Sophonia.

Responsio.

Quod vitam bonam vna cum verbis necessariam esse ad consecrationem Hieronymus hoc loco & in cap. 1. Malachia asserit, hoc (vt perspicue D. Thomas explicat in tertia parte summa q. 82. artic. 6.) agit vt malos reprehendat sacerdotes: qui vitis & sceleribus vacantes, sine vlla praxia penitentia putabant se dignos posse Eucharistiam consecrare: redarguens quod ita ad consecrationem accederent: non autem negans eos consecrare, si accessissent, non factum rescindens, sed quid fieri oportet et demonstrans: id quod debeat & expedit necessarium appellans. Alioquin quod solo verbo Christi corpus sacerdotes consciant aperit suris ex productis testimonijs constat. Præterea et metus mali ministeri quantum ad officium publicum & Ecclesie vtilitatem legitime (modo ad sit bona intentio) sacramenta consciant & admittant: tamen nisi etiam vita integritas professioni respondeat alijs profunt, sibi ipsi non profunt. dum enim de sola potestate sibi sacerdotes obblantur, & re etiam viuendi deserunt viam, id quod potestate construunt, exemplo destruant. eodem modo accipiendus est, Hieronymus. Tom. 6. in lib. 3. Com. super cap. 16. Mat. Canon. 37.

Et tibi dabo clauis regni cælorum. Isum locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de phariseorum assunt supercilio: vt vel damnent innocentes, vel solvere se noxios arbitrentur: cum apud Deum non sententia sacerdotum (duntaxat scilicet & indiscreta) sed reorum vita quærat. vide latè infra hoc eodem libro articulo nono capitis noni. In eandem sententiam intelligendus est Clemens Romanus lib. 8. Constitutionum Apostolicarum c. 1. cum ait. Non oēs, qui prophetæ munere vtuntur, sancti sunt, nec qui demones eiciunt, sunt præditi omnes pietate. Et enim Balaam filius Beor vates, cum esset impius, futura prædixit: item Caiphas, qui falsi nominis Pontifex erat. Multa enim diabolus vna cum suis demonibus prædicit, nec tamen ideo illi est vlla pietatis scintilla: infirmitas enim sunt oppressi propter voluntariam prauitatem. Perspicuum est, igitur impios quamuis prophetarum officio fungantur, non deponere ob prophetiam suam impietatem, nec eos, qui demones expellunt, sanctitatem acquirere, eod quod illi cedat.

Fallunt enim se mutuo (vt y qui ludos risus causa exeret) adul-

atq. eos, qui ipsis mentem adhibent, ad interitum perducunt. scribentis haec verba: presbiteri & ceteri ad hoc ordine tali ordine qui non est infirmitas & cetera ad infirmitatem videtur, talis sacerdotibus manum apponeat: et audet imitari ad infirmitatem non enim dicam orationem super diuina lymbula christi formiter enunciat. Ter. 27. Num. 24. 25. Act. 1. Malac. 1. ca. Ierem. 29.

atq. eos, qui ipsis mentem adhibent, ad interitum perducunt. scribentis haec verba: presbiteri & ceteri ad hoc ordine tali ordine qui non est infirmitas & cetera ad infirmitatem videtur, talis sacerdotibus manum apponeat: et audet imitari ad infirmitatem non enim dicam orationem super diuina lymbula christi formiter enunciat. Ter. 27. Num. 24. 25. Act. 1. Malac. 1. ca. Ierem. 29.

Articulus VII. Ante Eucharistia sumptionem, confessionem peccatorum, si conscientia moralis peccati grauat, prætulerit, mentemque diligenter eo esse preparandam.

Qvintam omnitempore Eucharistiam ab-Integra conscientia sumenda Eucharistia. Psal. 33.

que condemnatione nostri, & pungente conscientia, semper accipere possemus, & Plalmistam audire dicentem: Gustate & videte quoniam suavis est Dominus, & cum co canere: Eructauit cor meum verbum bonum. Tomo primo, Epistol. 28. ad Lucinum.

PANES propositio est ex lege non potuit comedere Dauid, nec socij eius, nisi se triduo mundos à mulieribus respondissent: non vtique à meretricibus, quod damnabatur à lege, sed ab vxoribus, quibus licite iungebantur. Populus quoque, quando accepturus erat legem in monte Sina, tribus diebus iussus est ab vxoribus abstinere. Tom. 2. in Apologia ad Pamma. cap. 6.

IGORAMVS absque charitate pacè, sine pace communionem. Legimus quoque in Euangelio: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte ibi munus tuum coram altari, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Si munera nostra absque pace offerre non possumus, quanto magis & Christi corpus accipere? Qua conscientia ad Eucharistiam Christi accedam, & respondebo amen, cum de charitate dubitem porrigentis. Tomo secundo, Epistola sexagesima secunda, ad Theophilum capite primo.

ISTASOROR, quæ, vt dicit, vim passa est, vt alteri iungeretur, si vult Christi corpus accipere, & nõ adul-

adultera nõ potest communicare nisi penitentia prius peracta.

1. Cor. 10. adultera reputari, agat penitentiam, ita duntaxat, vt secundo viro, qui non appellatur vir, sed adulter, à tempore penitentia non copuletur. qd ei durum videtur, & semel dilectum non potest derelinquere, nec præferre Dominum voluptati; audiat Apostolum conclamantem. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum: non potestis mensam Domini comunicare, & mensam demoniorum. & in alio loco: Quæ communicatio luci ac tenebris? qui consensus Christo & Belial? Tomo tertio Epistola 147. ad Amandum.

2. Cor. 6. Calciati pedes eius qui carnes agni comellurus est. Exod. 12. Ornamenta vrbium in plateis & porticibus, foro, atque gymnasijs, & mœnibus publicis intellige, quæ si referamus ad animarum statum: calciatos pedes eius, qui carnes agni comellurus est, & celebraturus pascha, legisse nos recordemur; & per solitudinem transcutium nec vestimenta nec calciamenta consumpta. Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 3. Esaiæ.

Leuit. 10. Iuxta tropologiam diximus, quod sacerdotes ingressuri tabernaculum, nec vinum nec hceram debeant bibere. Quibz nunc addimus: quod Nazareis quoque præceptum sit, qui se sanctificant Domino, vt vinum & sicerā, & omne quod est de vuis, non bibant, nec comedant, ne vquam quidem passam, & acetum ex vino. Sed & in Proverbijs præcipitur: Potentes si iracundi sunt, vinum non bibant: ne, cum biberint, obliuiscantur sapientia. Tom. 4. lib. 2. Commentariorum in caput 5. Esaiæ.

Luc. 8. Exod. 12. In ipsa captiuitate & transmigratione Aegypti, ibunt iuvenes & senes, qui in malitia roborati sunt, & ad perfectam vitia peruenierunt, nudi, vt omnia corū scelera pateant. Nihil enim occultum, quod non reuelabitur. Et discalciati, quia pascha Domini comedere non poterunt: quod qui comedit, accinctos habet lumbos, & tenet manu baculum, & calciatos stat pedibus: ne per sæculi huius solitudinem transiens, à serpentibus mordeatur. Tom. 4. lib. 1. Commentarior. in cap. 20. Esaiæ.

Sancti corpore & spiritu sui communicantes. Ioan. 6. 1. Cor. 5. SECVNDVM tropologiam possumus dicere: Omnes voluptatis magis amatores, quam amatores Dei, sanctificari in hortis, & liminibus: quia mysteria veritatis, dum non sunt sancti corpore & spiritu, nec comedunt carnem Iesu, nec bibunt sanguinem eius, de quo ipse loquitur. Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. Etenim pascha nostrum est immolatus Christus. Qui nõ foris, sed in vna domo, & intus comeditur. Tom. 4. lib. 18. Com. in cap. 66. Esaiæ.

2. Paral. 21. Pœna sancta violantium mors. Preparatio ad iungendū Christi sanguinem. Hoc notandum, quod egrotationibus, & longa infirmitate tabescere Dei ira sit. Vnde & Iorā filius Iosaphat infirmitate consumitur. Et Apostolus docet agrotare eos, & tabescere, & mori qui sancta violantur. Tom. 4. lib. 3. Cõ. in cap. 16. Hiere.

Preparatio ad iungendū Christi sanguinem. HIERVSALÈM non solum vestitur discoloribus, & calciatu hyacinthinis, sed & bysso accingitur, de qua tenuissima in veste pontificis fila texuntur. Et vxor in Proverbijs, quæ viro suo duas texuit chlamydes, & præsentis sæculi, & futuri, sibi de bysso & purpura dicitur fecisse vestimenta. Hac bysso accinguntur renes, quotiens pingua libidinis incontinua tenuanda sunt: nihilque in eis crassi humoris relinquatur: & implem præceptum Apostoli dicentis: State ergo suc-

cincti lumbos vestros in veritate: quasi alijs verbis diceret, bysso. Et Dominus ad Apostolos loquitur: Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris. Nisi enim astrinxerimus fluentia lumborum reumata, lucernas in manibus habere non possumus. Vnde & ad Iob loquitur Deus. Accinge sicut vir lumbos tuos, & comesturi agnum, calciatos pedes, tenentes baculum, stantes in Euangelij veritate, & ad Christi sanguinem præparati, lumbos accinctos habere dicuntur. Qua Zona mortificante lumbos Helias quoque & Ioannes baptista accinguntur. De quibus & penitens flebiliter ingemiscit, dicens. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Tom. 4. libro quarto, Commentariorum in cap. decimum sextum Ezechielis.

FABRICATI sunt, inquit, limen suum iuxta limen meum: vt nihil intereret inter sacrum & profanum, & postes suos iuxta postes meos: vt vnus laicorum & sacerdotum esset introitus. Vnde & Apostolus dicit. Probet autem se homo, & sic accedat ad corpus & sanguinem Domini, & vt grauius faceret, quod dicebat, sequentem iungit versiculum. Et murus erat inter me & eos: vt sacerdotalia sacrificia, & loca sacramentorum corporis & sanguinis Christi, breuissimus murus diuideret. Et pollueret, inquit, nomen sanctum meum, in abominationibus, quas fecerunt. Quid prodest habitationis vicinia, & medius inter celulum nostram & altare Domini paries: cum in his, quæ secreto facimus, & quæ turpe est etiã dicere, contaminetur, & polluat nomen Domini? Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 43. Ezechielis.

PASCHA facturi assunt de grege agnum & hædum, & qui primum pascha facere non poterunt, in secundo mense faciunt: quorum alterum ad iustos pertinet, alterum ad penitentes. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 43. Ezechielis.

CVM filios alienigenas incircuncisos corde & corpore inducatis in sanctuarium meum & pollutatis domum meam: audetis offerre panes, & ad ipem, & sanguinem, mystica sacramenta: & non intelligitis quod solueritis, & prætergressi sitis pactum meum in omnibus sceleribus & impietatibus vestris, & non seruaueritis præcepta sanctuariorum mei, neque posueritis custodes ceremoniarum mearum in sanctuario meo. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ezechielis.

VINVM non solum sacerdotes in ministerio non bibent atque leuitæ, sed ne ingressuri quidè sancta sanctorum: ne opprimatur mens, & sensus crassior fiat. Vnde & Apostolus. Bonum est, inquit, vinum non bibere, & carnem non manducare, & in alio loco: & vinum, in quo est luxuria: Manducauit enim populus & bibit, & surrexerunt Iudæe. Quod quæ concedit Timotheo, vt vini paululum bibat: perspicue demonstrat, cur hoc concesserit: propter stonachum, inquit, & frequentes infirmitates. Tom. 4. lib. 13. Com. in ca. 44. Ezech.

HERETICI vindemiauerunt primitias gentiũ, vt sub nomine Christiano introducerent eos in torcularia sua, vbi non calcatur vva, sed perditur: vbi non multum exprimitur, sed venenum. Et ingressi sunt sibi. Pulchrè dixit sibi: non enim ingressi sunt Deo, sed sibi ingressi sunt, alioquin Deo magis egressi sunt, dum recedunt de Ecclesia. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 5. Amos.

PVLCHRE intulit, quæ fecistis vobis: Non enim ea à Deo acceperunt, sed de propria mète finxerunt.

Non sanctificati non facile sancta retribuenda. Mat. 7. Exod. 19.

1. Cor. 7.

Ioan. 8.

Psal. 33.

Leuit. 21.

D. Thomas in 3. parte summe Theologicæ questio 82. Gratianus in Decreto ca. 1. q. 1.

Eodem modo Romanus 2. usque Gelasio intelligendus est cum hac de re scribit ad Elydiũ: Non, inquit, ad diuinitatis serij consecratione, cælestis spiritus inuocatum aduenit, si sacerdos qui eus adesse deprecat, plenus criminis actionibus comprobatur vide Gratianum cap. 1. 4. 1.

Iuxta hunc sequitur Gratianus interpretans non oppressi propter voluntariam prauitatem, nisi sententiam Dionysij ad Demophilũ

Ephes. 6.

Luc. 12.

Iob. 37.

Exod. 12.

4. Reg. 1. Marc. 2.

2. Cor. 11.

Peculiaris laici asseruit Eucharistia. Clemens Epistola ad Romanos: atræ Domini loquatur.

Exod. 12.

Penitentes secundo mense faciunt pascha.

Sacerdotes sacrificati sunt plane sabbrij. Rom. 14.

Ephes. 5.

1. Cor. 10.

1. Timoth. 5.

Poenitentia
præcedat
tionem Eu
charistia.

runt. Vnde migrare faciet eos Dominus tras Damascum, vt non bibant sanguinem Domini: sed transeant in Babylonem, & audiant per prophetam: Calix aureus Babylonæ inebrians omnes gētes. Damascus enim, vt crebro diximus, interpretatur sanguinem bibens, siue sanguis cilicij, vt per penitentiam ad bibendum Domini sanguinem prouocemur. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 5. Amos.*

Prius semus
dei templum
quam offeramus
Eucha
ristiam.

BREVITER possumus dicere, frustra aliquos Deo offerre munera, & elemosynas atque oblationibus putare Deum posse placari: cum ipsi nõ extruxerint in se templum spiritui sancto. Tunc enim profunt elemosynæ, & munera, quæ offeruntur in altari, cum quis seipsum edificauerit templum Dei, & post ædificationem templi, dona obtulerit in altari. *Tom. 5. Comment. ariorum in caput 2. Agg. 1.*

Postuunt cor
pus Christi
qui indignè
accedunt ad
altare.

POLLVMVS panem, id est, corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus, & dicimus; mensa Domini despecta est: non quod hoc aliquis audeat dicere, & quod impiè cogitat scelerata voce proferre: sed opera peccatorum despiciunt mensam Dei. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Malachia.*

Mat. 5. 6.

3. Tim. 2.
Reconciliatio
præcedat eu
charistiam.

DE nobis dici potest: Si creati à Deo sapientes habentesque naturam sacris congruam disciplinis, nostrum negligamus ingenium, & nos cedamus vitijis atque luxuriæ, & habentes masculum immolemus debile Domino. Debilis autem est & maculata nostra oratio, quando ira, inuidia in imicitijis, & alia animi perturbatione corrumpitur: si offerentes munus ad altare, & recordati, quod aliquid frater noster habeat aduersum nos, non ante pergimus, & satis ei facimus. Vnde & Apostolus præcipit: Volo ego viros orare in omni loco, leuantes sanctas manus, sine ire & disceptatione. Propriè sacerdotibus dicitur, vt dent gloriã nomini Domini per bonam conuersationem, ne nomen Dei maledicatur propter eos in gentibus, & mittat in eos egestatem bonorum omnium, & benedictiones eorum vertat in maledictionem. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Malachia.*

Sacerdotum
quanta san
ctitas esse de
beat.

Rom. 10.

VO LVIT Deus omnes quidem homines, sed præcipuè sacerdotes maculam non habere, & siue numerum, siue brachium ornare bonis operibus. In pectusculo significatur bona conscientia: in lingua sancta confessio: vt quod corde credimus ad iustitiam, ore confiteamur in salutem. In ventriculo quoque nihil habere mortiferum: sed quod nostram vitam sustentet ac vegetet. Nos autem omnia in contrarium vertimus: qui debueramus pleni ac mundi venire in solennitatibus Dei, & vel carnes agni comedere calciati, vel expletis septem hebdomadibus fructus operum nostrorum offerre Deo: vel in tabernaculis huius seculi viuere transeuntē, & dicere: Advena sum ego & peregrinus sicut omnes patres mei. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Malachia.*

Genes. 3.
Qui volupta
tibus est de
ditus panem
cælestem in
ter spinas co
medit.

POLLVIT Christi mysteria indignè accipiēs corpus eius & sanguinem. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 2. Malachia.*

MHIVIDETUR illud quod iuxta literã ad Adam dicitur: Inter tribulos & spinas panem tuum manducabis: hoc significare mysticè: quod quicquid que se sæculi voluptatibus dederit curisq; istius mundi, panem cælestem & cibum verum, inter spinas comedat. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 13. Matth.*

QVI debuerant paschate vicino præparare victimas, leuigare templi parietes, pauimenta ver-

rere, vasa mundare, & secundum ritum legis purificari, vt esu agni digni fierent congregantur in euntes consilium, quomodo occidant Iesum. *Tom. sexto libro quarto, Comment. ariorum in ca. vigesimum sextum Matthæi.*

Ioan. 1.

Exod. 12.
Præparatio
ad comedendum
pascha.

Exod. 3.

Ioan. 5.

Apocal. 14.

1. Corin. 11.

2. Cor. 10.

Mandis Eu
charistia est
mundis im
mundis im
munda.

Indigne cõ
municatiõ
põna.

1. Cor. 11.

ET calciati pedes in præparatione.] Diligentius obseruate, quod virtutem quandam animæ appellauerit pedes, quibus ingredimur in eo qui dicit: ego sum via, & quos nos oportet calciare in præparatione Euangelij pacis. In horum calciamentorum figuram, & illa calciamenta in Exodo præcesserunt, quæ habere pascha vescentibus imperatur, & his qui ad faciendum iter sunt parati. Sic enim, ait, manducabitis illud: lumbi vestri accincti, & calciamenta vestra in pedibus vestris, & baculi vestri in manibus vestris, & comedetis illud cum festinatione, pascha est enim Domini. Signum si quidem præparationis est, cum festinatione & calciatis pedibus comedere: vt corroborati paschali cibo, latam & horribilem possint eremum pertransire. Qui ergo adhuc ambulat, calciatur: Qui verd iam Iordane transiit in terram repromissionis intrauit, nudet pedē. Solue, ait, calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est. Si quis non est Iesus Naue, nec Apostolus, calciat pedes suos in præparatione Euangelij pacis. Si quis Apostolus est, & inter duodecim numerari poterit: nequaquam tollat in via calciamentum suum: nec ad scorpiones & colubros declinandos, calcaneum tegat: sed iam consumatus, atque perfectus, stet in terra sancta, & viuat in Christo, & sequatur agnum quocumque vadit. *Tom. sexto libro tertio Commen. in cap. 6. ad Ephesios.*

PRO qualitate vescentium, & mundum mundis, & immundum contaminatis fit. Alioquin infideles quosque ac pollutos, etiam panis benedictionis, & calix dominicus non iuuat: quia qui indignè comederit de pane illo, & de calice biberit, iudicium sibi manducat & bibit. Non possumus mensam Domini participare, & mensam demoniorum: nec valemus simul bibere calicem Domini, & calicem demoniorum. In nobis itaque est comedere munda vel immunda: si enim munda sumus, munda est nobis omnis creatura. Si autem immundi & infideles, sunt nobis vniuersa communia, siue per inhabitantem in cordibus nostris hæresin, siue per conscientiam delictorum. Porro si conscientia nostra nos non reprehenderit, & habuerimus fiduciam pietatis ad Dominum: orabimus spiritu, orabimus & mente: psallemus spiritu psallemus & mente, & procul erimus ab his, de quibus nunc scribitur: Polluta est eorum mens & conscientia. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum.*

ADHV cæca eorum erat in ore ipsorum & cætera.] Hæc de his qui Deum post acceptum manna dereliquerunt. Nam & nunc in Ecclesia si quis carne & sanguine Christi reficitur, & declinat ad vitia, nouerit sibi Dei iudicium imminere, sicut Paulus Apostolus ait: Qui acceperit corpus & sanguinem Christi indignè, iudicium sibi sumit & bibit. *Tom. septimo, Comment. ariorum in psalmum 77.*

ESCAM dedit timentibus se.] In fame pauit Eliam: in deserto populo Iudæorum manna pluit, & completum est id quod hic dicitur. hoc secundum literam. Escam autem dedit panem qui descendit de cælo: quo si digni sumus, paschimur.

Quant

Quanti enim martyres fame corrupti sunt & nunc sunt cum Domino. *Tom. 7. Comment. ariorum, in Psal. 110.*

Articulus VIII. Continentiam etiam à proprijs vxoribus accessurjs ad sacram Eucharistia synaxin iam olim in vsu fuisse.

MOYSES cum audisset siue Dominum, siue angelum loquentem in rubo, nequaquam valuit ad eum accedere, nisi soluisset corrigiam calciamenti sui, & abiecit vinctula nuptiarum. Nec mirum hoc da amico & Propheta & legisero Dei; cum omnis populus ad montem Sina accessurus, & Dei aditus eloquium tribus diebus sanctificari iussus sit, & se ab vxoribus abstinere. Quod quidem scimus (licet præposere faciam historiam ordinem confundendo) etiam ad Dauid fugientem ab Achimelech sacerdote dictum: Si mundi sunt pueri ab vxoribus? Et ille respondit: Ab heri & nudius tertius. Panes enim propositionis, quasi corpus Christi de vxorum cubilibus surgentes edere non poterant. Et nobis in transitu est contemplandum, quod dixit: si mundi sunt pueri ab vxoribus, videlicet quod ad munditias corporis Christi, omnis coitus sit immundus. *Tom. 2. lib. 1. contra Iouinianum cap. 11.*

Exod. 19.

1. Reg. 21.

Ab vxoribus
abstineant
Eucharistia
sumpturi.

Exod. 3.

Ioan. 5.

3. Theff. 5.

1. Cor. 7.

1. Reg. 21.

Exod. 19.

Pollutio im
pedis com
munionem.

Psal. 142.

nuptialis appareat turpido. Quibus sceminalibus accingi vult Apostolos Saluator dicens: Sint lumbi vestri accincti, & lucerne ardentes in manibus vestris, & Apostolus credensibus loquitur: State ergo accincti lumbos vestros in veritate. Et imitatores Christi audiunt illud, quod de eo scriptum est: Erit iustitia accinctus lumbos, & veritate circumdatus latera. Et hac ipsa Zoma, qui sanctus est, & ad virtutum culmen ascenderit, nequaquam violenter alstringitur: ne inuitus bonum continentia obseruare videatur, & in sudore vultus sui comedere panem, sed præceptum Domini facere voluntate. *Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ezechielis.*

Luc. 12.
Ephes. 7.

QVI sanctus sacerdos est, & comedit pascha Domini, accingatur baltheo castitatis, & audiat cum Apostolis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Ioelis.*

Cassida à
baltheo ac
cingenti sa
cerdotes.

EGREDIATUR sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo: vt in tempore ieiunij, vocationis & cætus, & sanctificationis Ecclesie electio nis senum, congregationis paruulorum, & regnum vbera, non seruiat sponsus, & sponsa operi nuptiali: quibus & lege permissum est, vt ad bella non procedant. Vnde & Apostolus recedendum parumper à coitu præcipit, vt vacare possimus orationi. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Ioelis.*

Deut. 20.
1. Cor. 7.

QUOD QUÆ sequitur: Plangent familie & familie, siue tribus & tribus seorsum: familia domus Dauid seorsum, & vxores siue mulieres eorum seorsum: hoc significat quod tempore tribulationis & luctus non debeamus seruire concubugijs, & operari nuptiarum. Vndet & Iherosolimitate propinqua dicitur ad Iudæos: Egrediatursponsus de cubiculo suo, & sponsa de thalamo suo. Et impendente diluuiio Noc imperatur: Ingredere in arcam, tu, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum, & postea finito diluuiio, dicitur ad eum: Egredere tu & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorum: vt qui in arca impendente discrimine fuerant separati, redditi mundo, & generationi & liberis seruirent. Hoc autem non solum fit tempore angustia, sed & in tempore orationis: quando volumus Dominum deprecari dicente Apostolo ad Corinthios: Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Igitur & nunc tribus Domus Dauid, & tribus domus Nathan, & tribus domus Leui, & tribus domus Semei à suis vxoribus separantur: vt plangent vniuersum & primogenitum Dominum Iesum, de quo dixerant: Sanguis eius super nos & super filios nostros. In Dauid regia tribus describitur, hoc est, Iuda; in Nathan prophetalis ordo describitur. Leui refertur ad sacerdotes, ex quo ortum est sacerdotium: In Semei doctores accipiuntur: Ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt. Reliquas tribus tacuit, quæ non habent aliquod priuilegium dignitatis. In eo autem quod ait: Omnes tribus reliquæ, & tribus, & tribus seorsum, & vxores eorum seorsum: vniuersas absque nomine comprehendit. *Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 13. Zabatia.*

1. Cor. 11.

Genes. 7.

Genes. 8.

1. Cor. 7.

Matth. 27.

Ex tribus Se
mei magi
strorum a
gmina pulle
larunt.

Si quis è sacerdotibus semine fluxerit, ad sacerdotalem mensam prohibetur accedere: & è contrariò vidua, cuius cum Sara defecerunt mulieria, propter continentiam & castitatem recipitur in domum patris, & de templi ærario alitur. *Tom. 3. Epistola 128. ad Fabiolam.*

Si ingrediamur ad sancta, & stemus in conspectu Domini, capita nostra operire debemus: Quia nõ iustificabitur in cõspectu Domini omnis viuens: & ab infantia cor hominis est appositum ad maliciã. Deniq; & sceminalibus intrinsecus vtimur, ne vlla in conspectu Dei polluta conscientia, & operis

Si laicis imperatur vt propter orationem abstineant se ab vxorum coitu: quid de Episcopo
Ddd sen

Qui quotidie allabatur vi-
simas est ob-
lacurus sit ca-
sus.

Prasentia
corporis Chri-
sti prae panis
est propositio-
nis.

Joan. 6.
Cognovimus
Christo per
Eucharistiam

Eucharistia
spiritualis
efficit homi-
nem.

Robur addit
armaturam
spiritualis
lem suppedi-
tat.

Spiritualis
sancta ebrie-
tas digne sa-
crificantium
Psal. 108.

Act. 2.

Matth. 26.
Genes. 43.

fentiendum est, quotidie pro suis populique peccatis illabatur Deo oblaturus est victimas Relegamus Regum libros, & inueniemus sacerdotem Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid & pueriseius, nisi interrogaret, vtrum mundi essent pueri à muliere nò vtique aliena, sed coniuge. Et nisi eos audisset ab heri & nudius tertius vacasse ab opere coniugali, nequaquam panes, quos prius negauerat, concessisset. Tantum interest inter panes propositionis, & corpus Christi, quantum inter vmbra & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipsa, quae per exemplaria praefigurantur. Castitas propria & pudicitia sacerdotalis, nò solum ab opere immundo se abstineat, sed etiam à iactu oculi, & cogitationis errore mens Christi corpus confectura sit libera. Tom. 6. lib. 1. Commentariorum, in cap. 1. ad Titum.

Articulus IX. Fructum sacramenti Eucharistiae in sola haberi Catholica Ecclesia, eumq; multiplicem existere, nec tantum post eum in remissione peccatorum.

Vis scire quomodo cum Christo vnum corpus efficiamur? Doceat te ipse qui condidit. Qui comedit carnem meam & bibit meum sanguinem: hic in me manet, & ego in illo. Sicut enim misit viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui comedit me, viuunt propter me. Ille est panis, qui de caelo descendit. Tom. 2. lib. 2. aduersus Iouinianum, cap. 16.

PONAMVS verba, quae in Origenis libr. 3. continentur: dicamus, quod illam carnem, quae fit visura Dei salutare, anima diligit & nutriat, & foueat, disciplinis erudiens, & caelesti faginans panens, & Christi sanguine irrigans; vt resecta & nitida, possit libero cursu virum, id est, spiritum sequi, & nullo debilitatis pondere praegravari. Tomo secundo, libr. 1. aduersus Rufinum, cap. 6.

BABYLON (id est, impiorum multitudo, cuius principes sunt rectores tenebrarum diaboli) facta est in subuersione sua mirabilis. Vnde Prophetae praecipitur vt vescens in mensa Domini, & illius saturatus cibo, diligentius contempletur, quae ventura sunt sibi: diciturque per eum ad omnes credentes, vt comedentes & bibentes corpus & sanguinem Domini, vertantur in principes Ecclesiae; & cum Apostolis audiant. Surgite: arripiantque fidei clypeum de armatura Apostoli Pauli, in quo possint ignita diaboli iacula extinguere. Tom. 4. lib. 6. Commentariorum, in cap. 21. Esau.

IN EBRIABO animas sacerdotum, qui habent scientiam Dei: de quorum ore interrogant legem Domini, qui credunt in eum: ad quem Propheta canit: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Et perspicuum est nequaquam id dici de his sacerdotibus, qui sunt filij Leui, sed de his in quorum typum praefecit Melchisedech. Ebrietas autem sacerdotum & in Apostolis comprobatur: quando seruebant sine, & musto pleni dicebantur. Vnde & locus in quo comprehensus est Dominus vocatur Gethsemani, quod in lingua nostra vallem pinguedinis sonat. Cumque sacerdotes pingues fuerint doctrina Domini, & inebriati in conuiuio Ioseph di-

xerint: Calix tuus inebrians quam praeclarus est: tunc erit hoc quod nunc Dominus pollicetur. Et populus meus bonus adimplebitur. Quae omnia nunc ex parte tribuuntur: tunc autem dabuntur in pleno, quando viderimus faciem ad faciem, & corpus humilitatis nostrae fuerit refectionis gloria commutatum. Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 31. Hieremia.

NOTANDVM quod ebrietas hoc in loco in bonam partem ponatur: de qua & in Cantico dicitur: Comedite amici: bibite & inebriamini charissimi. Quia ebrietas & Ioseph inebriatus est cum fratribus suis in meridie. Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 31. Hieremia.

VEREOR ne ista panis contritio etiam in nostra ciuitate inueniatur Hierusalem, in qua visio pacis cernitur, quem conteret Dominus quando irascitur, & indignos nos iudicat pane. Atque vnam saltem in pondere & sollicitudine mereamur accipere, & arentem linguam nimia siccitate, extremus Lazari digitus irroret. Tomo 4. libr. 1. Com. in cap. 4. Ezechielis.

NIHIL ita vescentis animum roborat, quomodo panis vitae est: de quo scriptum est: Et panis confirmat cor hominis. Ibidem.

QVOMODO supra diximus, per septem annos aduersariorum arma succendi: sic per septem menses sordibus hereticorum terramundabitur. A primo enim mense, quando pascha Domini celebramus, & exterminatorem Aegypti, agni in postibus nostris cruore vitamus, vsq; ad exitum anni, hoc est, vsque septimum mensem, quando tabernacula figimus, & inter caeteras frondes, palmarum quoque ramis protegemur: vt perfecta contra hostes victoria demonstraretur. Tom. 4. lib. 11. Com. in cap. 39. Ezechielis.

REDDIT causas cur Dei donum sit frui posse diuitijs. Quoniam non multum recordabitur dierum vitae suae. Aduocat quippe eum Deus in letitia cordis sui: non erit in tristitia, non in cogitatione vexabitur, adductus letitia & voluptate praesenti. Sed melius est iuxta Apostolum, spiritualem escam, & spiritualem potum à Deo datum intelligi, & videre bonitatem in omni labore suo: quia ingenti studio & labore vera possumus contemplari bona. Tom. 5. Com. in cap. 5. Eccles.

QVOD dicere potest ad Dominum: Calix tuus inebrians quam praeclarus est, & inebriatur cum Nohe, & licet in Aegypto constitutus, tamen in conuiuio Ioseph cum Patriarchis & fratribus suis vino madet: Ille quae magnitudine letitiae, & quotidiano gaudio cum Apostolis, versus in ecstasi appellabitur musto plenus. Tomo 5. Com. in cap. 1. Aggae. Vide in Commentaria in cap. 9. Zachariae in fine.

LAETA BITVR coreorum cum biberint vinum: quod expressum est de vinea Sorech. Tom. 5. Com. in cap. 10. Zachariae.

PERICLITATVR qui sine caelesti pane ad optatam mansionem peruenire festinat. Vnde & angelus loquitur ad Eliam: Surge & manduca quia grandem viam ambulaturus es: Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 15. Matthaei.

CVM crediderint in Deo patre, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet Dominus, & in similitudinem Ioseph regnans in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Matthaei.

Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti.]

Psal. 22.

Can. 5.
Genes. 43.

Confirmat
animum.

Exod. 12.
Diabolus
pellitur.
Leuit. 23.

Letitiam
cordis & so-
lidam volu-
ptatem ad-
fert.
1. Cor. 10.

Psal. 22.
Genes. 9.
Ingens gau-
dium dignè
communicat.
Genes. 43.

Vitium e-
terne vitae.
3. Reg. 19.

Psal. 22.

Anima spiri-
tuali effici-
tur tota.

Suauitas Do-
mini depre-
henditur.
Innocentiam
restituit, &
dilectionem
Dei decla-
rat.

Joan. 6.
Vita datur
mors suga-
tur.

Joan. 6.
Angelorum
cibus.

Pabulum
anime.

Corroborat.

Refectio ani-
me.

Pinguis ci-
bus.

Joan. 6.

Indas non
eiudem me-
riti cum a-
lijs Aposto-
lis.

ueti.] Hoc est quod in quodam Psalmo legimus: Manducauerunt & biberunt omnes pingues terrae. Iuxta hoc exemplum: qui Saluatoris pane saturatus, & calice inebriatus fuerit, potest laudare Dominum, & confendere in montem Oliueti: vbi laborum resectio, dolorisque solatium, & veri luminis notitia est. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Matthaei.

ANIMA, quae visura est salutare Dei, caelesti pane nutrienda, fouenda & faginanda & Christi sanguine irriganda, vt resecta & nitida, possit libero cursu virum sequi & nulla debilitate ac pondere praegravari. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 5. ad Ephesios.

MANDUCAVERUNT & adorauerunt corpus Christi omnes diuites terrae cognoscetes quia suauis est Dominus. Tom. 7. Com. in Psal. 21.

PRAE DICABO illam dilectionem tuam in Ecclesia, qua tuo me sanguine redemisti: baptismo abluisti: ac pane caelesti & sacris dapibus adimpletum me innocentiae vitae melioris restituiti. Tom. 7. Com. in Psal. 25.

PRAE PARASTI Domine cibum nostrum in comunione beati corporis ac sanguinis tui: quod si dignè hauriamus, iudicium mortis effugimus. Tu es enim panis vitae de caelo descendens, & vitam tribuens mundo. Tom. 7. Com. in Psal. 64.

PANEM caeli dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Ipse homini cibum praebuit qui dixit: Ego sum panis vitae, qui de caelo descendi: Qui manducauerit ex eo, viuunt in aeternum. Ex hoc enim pane caeli sancti reficiuntur & angeli. Tom. 7. Com. in Psal. 77.

IMMENS A pietas Domini, vt terreno victu esurientes pascat: sic, & qui eum desiderauerit, caelesti pane replet. Tom. 7. Com. in Psal. 77.

ET panis cor hominis confirmat: qui descendens de caelo vitam tribuit mundo. Tom. 7. Com. in Psal. 103.

PANE caeli saturauit eos. Sicut illi de caelis fluente Manna resecti sunt: ita nos hodie in Ecclesia corpore agni accepto reficimur. Tom. 7. Com. in Psal. 104.

ET adipe frumenti satiat te. Granum frumenti Dominus noster Iesus Christus est. Istud granum frumenti pinguisimum est, medullam habet, adipem habet. Felix ille qui in frumento isto adipem intelligit. Ego corpus Iesu in mysterio Eucharistiae intelligo, de quo Iohannes. Qui comederit carnem meam & biberit meum sanguinem, vitam aeternam habebit. Si quando imus ad mysterium, qui fidelis est, intelligit: si in maculam ceciderit, periclitatur. Tom. 7. Com. in Psal. 147.

Articulus X. Impios etiam sicut Iudam accipere corpus Christi.

OPPONIS mihi, Gomor manna, vnamque mensuram, & vestitum, & capillos, & barbam & calciamenta, ex aquo fuisse Israelitarum: quasi non & nos Christi corpus aequaliter accipiamus, vna est in ministerijs sanctificationis, Domini & serui, nobilis & ignobilis, regis & militis: quanquam pro accipientium meritis diuersum fiat quod vnum est. Qui enim indignè manducauerit & biberit, reus erit violati corporis & sanguinis Christi. Nunquid, quia & Iudas de eodem calice, de quo & caeteri Apostoli, vnus cum reliquis erit meriti. Tom. 2. lib. 2. aduersus Iouinianum, cap. 14.

ET ENIM homo pacis meae in quo speravi: qui edebat panes meos, &c.] Manifestissime hic Iudam denunciat proditorem, sicut ipse Dominus in Euangelio ait. Cui ego panem intinctum dederam, ipse est, & alibi. Leuabit aduersum me calcaneum. Quod autem ait: Qui edebat, hoc est, qui caelestem cibum, vitam huic mundo dantem fumebat, & alijs distribuebat, cum esset Apostolus: ipse hanc vitam morti propter cupiditatis precium destinauit. Tom. 7. Com. in Psal. 40.

QVI simul mecum dulces. Iuxta illud: Qui intingit mecum manum in paropside, leuabit contra me calcaneum suum. Vel cibus dulcis, id est, corpus & sanguis Christi, quod ipse accepit indignus. Tom. 7. Com. in Psal. 54.

Articulus XI. Datum à Christo Domino Eucharistiam in Emaus, eandemque sub altera tanquam specie inter dum Hieronymi tempore sumptam fuisse.

PAVLA repetito itinere vidit Nicopolim, quem prius Emaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleophae domum in Ecclesiam dedicauit. Tom. 1. Epist. 27. ad Eustobium, cap. 3. in Epitaphio Paula.

ATQVE vti in Eucharistiam semper absque condemnatione nostri & pungente conscientia accipere possemus, & Psalmistam audire dicentem: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus, & cum eo canere: Intrauit cor meum verbum bonum. Tom. 1. Epistola 28. ad Lucianum.

TRAVERAT Iacobus frater Domini, se non comesturum panem ab illa hora qua biberat calcicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursumque post paululum. Afferre ait Dominus, mensam & panem, statimque addidit: Tulit panem & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobulo & dixit ei. Frater mi comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Tom. 1. in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum in Vita Iacobi iusti fratris Domini.

CANON scripturarum est, quem saepe exposuimus: Omnia non ad totum referenda esse sed ad partem maximam, vt tibi. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, & alibi. Omnes qui venerant ante me fures fuerunt & Latrones, & Paulus ad Corinthios. Omnibus ait, omnia factus sum, vt omnes lucrificarem, & ad Philippenses. Omnes quae sua sunt, quaerunt, non quae Iesu Christi. Tom. 4. Epist. 1. 6. ad Damasum.

SCIO Romae hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiant: quod nec reprehendo, nec probo. Vnusquisque enim in suo sensu abundet: sed ipsorum conscientiam conuenio, qui eodem die post coitum communicant, & iuxta Persium noctem flumine purgant quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur Ecclesias? an alius in publico, alius domi Christus est? quod in Ecclesia non licet, nec domi licet. Nihil Deo clausum est; & tenebrae quoque lucent apud eum. Tom. 2. Epistola. 50. in Apologia ad Pammachium, cap. 6.

AD confutandam calumniam Pharisaeorum, veteris recordatur historia: quando Dauid fugiens Saulem venit in Nohe, & ab Achimelech sacerdote susceptus, postulauit mercedem: qui cum panes laicos non haberet, dedit ei consecratos: quibus non licet veluti nisi solis sacerdotibus & leuitis. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 12. Matthaei.

Joan. 13.

Matth. 26.

Cleophae do-
mus Ecclesie
in qua in-
trauit vna
specie eua-
charistiae.

Vnius speciei
memoria dicitur
taxat.

Videtur hic
fuisse panis
Eucharistiae
eandemque
speciem ad-
hibuisse vni-
uersis.

Idcirco hic
Psalm. 9.
Joan. 13.
1. Cor. 9.

Philipp. 2.
Petros ad
approbat pri-
uacum sub
na specte
mimoneu-
cium pu-
blicam appro-
basse consen-
dum.

Et locus sa-
ctus cetera ca-
sanda quae
inter publicam
& priuacum
communionem
distinguit
quasi priuacum
vnius speciei
sumptum fac-
rit vsu, et
publica non
quam vnde
Iohannes
Hesselius
1. Reg. 21.
1. 15. p. 101.

specie priu-
ata.

dei & nostri de Christi aduentu intelligi volunt: sed illi vota sua differunt in futurum, nos quasi iam transacta retinemus. Diem autem pro tempore accipe: quamquam sub Onia Iosephus hæc facta contendat, qui profugus in Aegyptum, cum turba plurima Iudeorum ædificauit templum & altare, & prophetiam Christi cassa implere temeritate conatus est. Ita autem vnum altare dicitur, quo modo vna fides, vnum baptisma & vna Ecclesia. Et titulus iuxta terminum eius Domino: haud dubium, quin Euangelium & Apostolorum scripta significet. Quomodo enim iuxta tropologicam intelligentiam supra terra Iuda Aegyptio formidabilis, siue solennis, vetus significat testamentum: sic & titulus in terminis Aegypti, Euangeliorum historia demonstratur. Denique iungit. Et erit in signum & in testimonium, Dominice videlicet passionis. Tunc ij, qui crediderint, concurrentibus Aegyptijs contra Aegyptios: & pugnantem viro contra fratrem suum, & ciuitate contra ciuitatem dicant: cum persecutionis tempus irruerit, implorabunt Dominum misericordiam, statimque Saluator adueniet, id est, Iesus. Hoc enim in lingua nostra sonat. Et cognoscetur Dominus ab Aegyptijs: & cognoscent eum, & colent eum in hostijs & muneribus: vota que uocabunt Domino & soluent. Respondeant Iudæi: Lege præceptum ut altare non fiat nisi in loco vno, quem elegerit Dominus Deus: & hostia tantum à Leuitici generis hominibus immolentur: Ecce Esaias aperte docet quod Aegyptij cognoscant Dominum, & colant eum: & hostias & munera offerant: & vota uoeant atque persoluant. Si Aegyptij sacerdotium habent impletur & in illis Pauli testimonium dicentis: Translato sacerdotio necesse est, ut & legis translatio fiat. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 19. Esaiæ.*

CERNAMVS in Tyro extructas Ecclesias Christi: consideremus opes omnium, quod non rependantur nec thesaurizentur: sed dentur his qui habitant coram Domino: qui seruientes altari participant cum altari. Ministrant autem Tyrij non ad diuitias, nec ad cumulandas sacerdotum opes, sed ad victus necessaria supplenda: ut iuxta Apo-

bit me, & in eodem loco. Immola Deo sacrificium laudis. De his victimis & holocaustis per Osee Dominus loquitur. Misericordiam volo, & non sacrificium: scientiam Dei magis quam holocausta, quæ offeruntur super altare Domini. Quod Ioannes in Apocalypsi in caelo se uidisse testatur, sub quo erant animæ martyrum. Ex quo vnus de Seraphin carbonem forpice comprehensum ad Esaiam detulit labia purganda. Hoc est altare, hoc tabernaculum, ad cuius similitudinem omnia in Exodo facta referuntur, in quibus sunt oblatae victimæ spirituales Deo, alioquin de corporalibus hostijs & holocaustis supra idem testatur Deus. Ut quid mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus: Plenus sum holocaustis taurorum & arietum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo. Domus enim mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus: Non vni genti Iudæ, nec vno Hierosolymæ vrbis loco, sed in toto orbe terrarum. Nequaquam taurorum, hircorum & arietum, sed orationis. *Tom. 4. lib. 15. Com. in cap. 56. Esaiæ.*

Post diuitias maris & fortitudinem gentium: greges quoque Camelorum, & dromades Madiam & Ephra promittuntur Hierusalem: qui omnes venient de Saba, portantes aurum & thus, & quod his maius est, annunciantes Domini salutare, vniuersæ quoque; oves Cedar congregabuntur Ecclesiae, & arietes Nabaoth venient, siue vt in Hebraico scriptum est, ministrabunt & offerentur siue offerent victimas super altare Domini, vt domus eius in clyta fiat. *Tom. 4. lib. 17. Com. in cap. 60. Esaiæ.*

Quod in Hebraico scriptum est: Arietes Nabaoth ministrabunt tibi & offerent super placabili altari meo: propriè super his intelligitur, qui de gentibus electi in sacerdotium, ministri sunt saluatoris. *Tom. 4. lib. 17. Com. in cap. 60. Esaiæ.*

PRAEMIA eorum qui sanctificant Sabbathum & nullo pondere pregrauantur, quod in nouo testamento offerent sacrificium, pro quo Lxx. ipsum verbum Hebraicum posuere Minha, quod pessima consuetudine, imo scriptorum negligentia, Manna in nostris libris legitur, & inferent oblationem, quæ Hebraicè dicitur: Toda, & in gratiarum actionem verti potest, & quam laudem Lxx transfulerunt, inferent, inquam, in domum Dauid haud dubium, quin in Ecclesiam. *Tom. 4. lib.*

psal. 49. Of. 6.

Apocal. 6.

Supra cap. 1. Sacrificium orationis quod per synchaoth est sacrificium missæ vniuersæ offerendum.

Vltimo sa. per altare Domini ab omnibus offerendum.

Sacrificium propitiatorij & Eucharistici in Ecclesia hic ius vocabulis proprijs Hebraicis expressum.

PRO sacerdotali officio, qui holocaustum & victimas omneque sacrificium offerre consueuerat, rediguntur in vltimum gradum, & erunt ianitores domus in ignominiam sempiternam: vt ab vniuerso videantur intrante & exeunte, de qua sublimi dignitate, ad quem vltimum gradum peruenierint. Sacerdotes autem, inquit, id est, Leuitæ, qui sunt filij Sadoch, hoc est, iustorum, siue iusti Dei, & qui tempore terroris vniuersi Israhelis, custodierunt ceremonias sanctuarij mei: ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi, & stent in conspectu meo, vt offerant mihi adipe, hoc est, pinguisimam hostiam, & sanguinem, viam scilicet & placentem hostiam Deo: & ipsi ingredientur sanctuarium meum, & accedent ad mensam meam, vt accedant thymiama mihi, & omnem ritum sacrificij custodiant. Si aut hoc ita est, vt qui in tempore erroris & persecutionis idola sua sequuti, quæ de suo corde confixerant, & non solù voce, sed & subscriptione manus asseruerunt Dei filium creaturam, & seruiert creaturæ magis, quam creatori: quomodo sibi sacerdotale & pontificiale assumunt fastigium, & audent offerre victimas Deo cultores quondam idolorum? Sed vt ardentissimus poeta testatur: quicquid à multis peccatur, inultum est: multitudo peccantium impetrabiliorem fecit impijs veniam: vt qui redacti in laicos pristina sacrilegij sui debuerant scelera deplorare, nunc resupini in pontificali folio sedent, & rudent nobis simulatæ fidei naufeas, imò oportet, perfidia aperta compendia. *Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ezech.*

AD præsens tempus, & ad Ecclesiam, quæ nunc laborat in mundo, & ad caelestia ire festinat, referenda sunt omnia: vt de vniuerso mundo eligantur, alij in possessionem Dei, qui sanctum possideant, alij, qui ad maiora profecerint, teneant sancta sanctorum. In ministris quoque ordo diuersus Sacerdotum & Leuitarum, quorum alij orationibus suis atque virtutibus quotidie sacrificia offerunt Deo: alij in secundo & minori gradu sunt, vt eis ministrent: ad extremum sit dux, siue princeps, qui tantum possit, vt contra vnam tribuum possessionem accipiat: vniuersæ meritum compenset merita plurimorum. *Tom. 4. libro 13. Com. in cap. 46. Ezech.*

Degradatio deiectio atque spirituales quedam capitis diminiutio.

An Ariani facti Episcopi in locum pristinum positi post penitentiam restitui.

Diuersus ordo sacerdotum.

Alij quotidiè orationibus Deo offerunt sacrificia.

chabæorum liber, tribus tantum annis fuisse commemorant. Ex quo perspicuum est, tres istos & semis annos, de Antichristi dici temporibus, qui tribus & semis annis, hoc est mille ducentis nonaginta diebus, sanctos persequutus est, & postea corrutus in monte in clyto & sancto. A tempore igitur *εὐδελχισμῶν* (quod nos iuge sacrificium interpretati sumus) quando Antichristus orbem obtinens, Dei cultum interdixerit, vsq; ad internitionem eius, tres & semis anni, id est, mille ducenti & nonaginta dies complebuntur. *Tom. 4. lib. 7. Com. in cap. 12. Danielis.*

AN non contemptus Dei est, quando me iubente, vt vnum in Hierusalem esset altare, per omnes montes & colles idola fabricati sunt, quibus irriterent Dominum? Altaria quoque idcirco fecerunt: non vt mihi placerent, sed vt multis hostijs immolatis carnes earum comederent; iuxta illud, quod Dominus loquitur in Euangelio: Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducauistis de panibus, & saturati estis. Omne enim studium victimarum in eo habent, vt deuorent hostias, non vt per ea placeant Deo: nec suscipiet eas Dominus, quas non illi, sed suo ventri immolauerunt, & gutturi vnum autem esse altare in Ecclesia, & vnam fidem & vnum baptisma, Apostolus docet, quod hæretici deserentes, multa sibi altaria fabricati sunt: non ad placandum Deum, sed in delictorum multitudinem: propterea leges Dei accipere non merentur, cum eas, quas acceperant ante, contempserint. Illi multas immolant hostias, & comedunt carnes earum: vnam Christi hostiam deserentes: nec comedentes eius carnem, cuius caro cibus credentium est. Quicquid fecerint, sacrificiorum ordinem, ritumque simulantes, siue dederint elemosynam, siue pudicitiam repromittant, siue humilitatem simulent, fictisque blanditijs simplices quosque decipiant: nihil de huiusmodi sacrificijs Dominus suscipiet. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 8. Osee.*

PART sacrificium & libatio de domo Domini, & luxerunt, &c. Iuxta *ἀναγνώστη* ille nobis sensus videtur. Postquam sponsa, quæ receperat doctrinam Dei, à sponso fuerit separata, & pro bysini lineisque vestibus, cilicio circumdata, id est, habitum lucis admissit: tunc perit si-

Vltimis iem poribus Antichristi auferendum est iuge sacrificium.

Ioan. 6.

Sicut vna est ecclesia vniuersa, vnum baptisma: ad et vnam altare.

Ioan. 6.

psal. 50.

Aegyptij christiani sacerdotium & sacrificia habent distinctum à Iudaico.

Hebr. 7.

1. Cor. 9. apud Tyrios altare sumum.

bunt vineas cum Noe, bibent vinum earum, & inebriabuntur, & audient à Domino Salvatore: Bibite amici mei, & inebriamini. Bibent autem vinum, quod se in regno patris cū Apostolis suis nouum bibiturum esse pollicitus est. Hæc est vinea Sorech: cuius vinum quotidie in mysterijs bibimus. Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 3. Amos.

Post passionem Domini immolauerunt hostias, de quibus dicitur. Sacrificium Deo spiritus contribulatus & cor contritum: & in alio loco. Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Tom. 5. Com. in cap. 1. Iona.

Reliquias Israel à me auersas ponam in tribulatione, & coangustabo, & faciam federe sine sacerdote, sine altari, sine propheta; vt quæ per beneficium non fenserunt, intelligant per supplicia. Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 2. Michea.

De Aethiopicis ad meliora conuersis paulò post in hoc libro infert. Ultra flumina Aethiopiæ inde supplices mei, filij disperforum meorum de ferent mun' mihi. Sive vt in Lxx. habetur: de finibus flumiorum Aethiopiæ suscipiam dispersos meos, & offerent hostias mihi. Tom. 5. Com. in ca. 2. Sophonia.

Eccc ego saluabo eum de terra Orientis] Hæc promissio plenissimè rebus ipsis in Ecclesia sub Domino Salvatore completur. Quando iam ab Oriente & Occidente incensum offertur nomini Domini in omni loco, & sacrificium mundum, nequaquam in victimis veteris testamenti, sed in sanctitate Evangelicæ puritatis: de quo incenso, et alibi legimus. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et quod sit hoc incensum sequens sermo demonstrat. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Tom. 5. libro 2. Com. in cap. 8. Zacha.

POLLVIMVS panem, id est, corpus Christi quando indigni accedimus ad altare, & fordidi mundum sanguinem bibimus. Tom. 5. Com. in ca. 1. Malachia.

Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis] Regula scripturarum est: Vbi manifestissima propheta de futuris textitur, per incerta allegoria: non extenuare, quæ scripta sunt. Ergo proprie nunc ad sacerdotes Iudæorum sermo fit Domini, qui offerunt cæcum & claudum & languidum ad immolandum: vt sciant, carnalibus victimis spirituales victimas succelluras. Et nequaquam taurorum, hircorumque sanguinem, sed thymiamam, hoc est, sanctorum orationes Domino offerendas, & non in vna orbis prouincia Iudæa, nec in vna Iudæa vrbe Hierusalem, sed in omni loco offerri oblationem nequaquam immundam, vt à populo Israel, sed mundam, vt in cerimonijs Christianorum. Sic futurorum hic textit vaticinium, vt præsens tempus nõ deserat. To. 5. Com. in cap. 1. Malachia.

Quidam putant hoc, quod ad Iudæos specialiter dicitur: eod. onod victimæ eorum sunt im-

re dicitur, quod ipsi sacerdotes sint colandi & purgandi, vt purum aurum remaneat & argentum. Qui cum colati & emundati fuerint, tunc offeret, Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum; quod offerunt pro Ecclesia, & Ecclesiæ membris. Tom. 5. Com. in cap. 3. Malachia.

Vinum Libani possumus appellare mistum & conditum thymiamate, vt odorem suauissimum habeat: vel vinum Libani, quod Domino libatur in templo: de quo in Zacharia sub Libani vocabulo legimus: Aperi Libane portas tuas. To. 5. lib. 3. Com. in cap. 1. Osea.

Quia generaliter dixerat spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino offerenda; nec apposuerat taurum, siue vitulum, & arietem vel ouem, hircumque pro peccato: docet quod sit ipsum holocaustum: Agnum, inquiens, anniculum immaculatum faciet holocaustum: & non certis diebus, sed quotidie: nec qualibet hora, sed mane, mane, faciet illum: per singula vide licet mane, quando orto Sole; lucis est exordium. De quo mane Dauid loquitur in Psalmo: Mane exaudies vocem meam: mane astabo tibi: & videbo. & in alio loco, Ad vesperum demorabitur fletus, & in matutino lætitia. Et iterum. Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Quis sit autem iste agnus immaculatus, siue perfectus & anniculum, Esaias plenius docet, dicens: Sicut ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus in conspectu tendentis se sine voce, & non aperuit os suum. Et Hieremias. Ego autem sicut agnus innocens ductus ad victimam non cognoui. Et Ioannes Baptista. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Iste est agnus, qui immolatur in Aegypto: de cuius sanguine armantur postes fidelium, & exterminator excluditur. Anniculus autem, quia prædicauit annum Domini acceptabilem, & diem retributionis. In holocausto itaq; istius agni immaculati, & anniculi qui mane semper offertur, faciet ipse princeps sacrificiū siue Manaa: & similia, siue donū mane, mane, sextam partem ephi, subauditur similia: Sacrificium hoc Deo legitimum, iuge atque perpetuum: quod nulla intermittitur die, sed omni tempore orto Sole semper offertur: vt sic implicatur id, quod in fine huius capituli ponitur: faciet agnum in sacrificium, & oleum, mane, mane, holocaustum sempiternum. Tom. 4. lib. 1. 4. Com. in cap. 46. Ezechiel.

Homo iste paterfamilias Deus est, qui circa vineam suam, id est, Ecclesiam septem circumdedit, vel murum vrhis, vel angelorum auxilia: & fodit in vinea siue Ecclesia altare. Tom. 5. lib. 4. Cō. in cap. 2. Matth. Cano. 46.

Quid tam Dei opus, quàm scripturas legere, in Ecclesia prædicare, sacerdotium cupere; ante altare Domini ministrare? Sed & hæc nisi aliquis omni diligentia custodierit cor suum, de cupiditate laudis oriuntur. Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 5. ad Galat.

Quanto iusto sacerdotes mundiores: Tão magis placet deo eorum sacrificia. De vino quod inter missarū mysteria Christi sanguis efficitur, domini no libatur et offertur loquitur. Insignis et euidens locus pro sacrificio Ezechielis admodum notad.

Psal. 5.

Psal. 29.

Esai. 3.

Hier. 11.

Ioan. 1.

Exod. 12.

Iuge quotidiā aut et matutinū ecclesie sacrificiū.

In ecclesia Dei fossano altare.

Sacrosanctum opus ante altare dominū ministrare.

Sacrificium vocat sacras epulas.

Leuit. 8. Melchisedech pane et vino simplici puraque sacrificio Christi dedicavit sacramentū.

Quotidie cōtinuum mysticum celebratur, semper Christus credentibus immolatur.

Episcopus quotidie deo illibat as offert victimas.

Pingue conuiuium Eucharisticum.

Altare siue mensa Domini.

Psal. 22.

Exod. 12.

Tomo secundo Epistola 62. ad Theophilum cap. primo. ORDINEM sacerdotij Melchisedech multis modis interpretantur: quod solus & rex fuerit & sacerdos, & ante circumcissionem functus sacerdotio, vt non gentes ex Iudæis, sed Iudæi à gentibus sacerdotium acceperint; neque vnctus oleo sacerdotali, vt Moyse præcepta constituunt, sed oleo exultationis, & fidei puritate; neque carnis & sanguinis victimas immolauerit, & brutorum animalium sanguinem dextra susceperit, sed pane & vino simplici puroque sacrificio, Christi dedicauerit Sacramentum. Tom. 3. epistol. 12. 6. ad Euagrium.

Quo d autem, ait, epulemur, quoniam hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus est; ad eundem parabola superioris pertinet sensum, in qua dicitur: Sic dico vobis, quia gaudium erit coram Angelis Dei, super vno peccatore penitentiam agente. Et cœperit epulari. Hoc conuiuium quotidie celebratur: quotidie pater filium recipit: semper Christus credentibus immolatur. Tom. 3. epistol. 146. ad Damasum.

Si Laicis imperatur, vt propter orationem abstineant se ab vxorum coitu: quid de Episcopo sentiendum est, qui quotidie pro suis populi que peccatis, illibatas Deo oblaturus est victimas. To. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum.

Articulus III. Sanctam Eucharistiam Hieronymi sententia oblationem, sacrificium, vi-

Et docuit Apostolos suos, vt quotidie in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui Pater noster, &c. recitando totam orationem dominicam Tom. 2. li. 3. Dialogo. aduersus Pelagianos c. 5.

Quid autem voluerint pro hoc loco Lxx. dicere: Trade omnia hæc gentibus: legenti est perspicuum, quod non scripturæ verba, sed suū sensum posuerint: eod. quod omnia mysteria legis & templi transferenda sint ad Ecclesias nationum. Post passionem ergo Domini faciet Dominus nequaquam populo Iudæorum, sed omnibus gentibus in monte Sion pingue conuiuium, holocausta medullata, & vinum vindemiæ defecata, &c. Tom. 4. lib. 3. Com. in cap. 25. Esai.

Hoc altare quod respicis, ipsa est mensa coram Domino: quæ in similitudine nrbi ardet, & nõ comburitur: de qua sanctus loquitur ad Dei. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Tom. 4. lib. 12. Com. in cap. 41. Ezechielis.

Si didicimus solemnitates spirituales, consequenter docebimur, & victimas spirituales. Assumitur vitulus de armento, siue taurus liber, nullo pressus iugo, hoc est, onere peccatorum, & immaculatus, qui peccatum non fecit, nec dolus est inuentus in ore eius: vitulus nouellus, cornua efferens & vngulas: vt in ipso muedetur & expietur sanctuarium. Et tollit, inquit, sacerdos de sanguine eius, quod erit pro peccato omnium: qui alijs verbis agnus appellatur in Exodo & in Eu-

est: ne quædam hostiæ in alterum diem referentur, & ne in alium diem maneant: quod si remanserint, immundæ sint, est igitur sensus. Immundas quotidie victimas cedite, & contaminata offerre sacrificia, & sacrificare de fermento laudem: quod iuxta Moysi præcepta Deo penitus non offertur. Pro laude Iuxta præcepta interpretatus est Aquila: quæ Hebraicè dicitur Toda. & vocata, inquit, voluntarias oblationes, quas Hebræi appellant nedaboth, id est, spontaneas, Vltroneum autem sacrificium ad læticiam pertinet: quod Latine epulum possumus appellare. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 4. Amos.

Secundum dicitur Ecclesiasticus vir, qui immolauit agnum immaculatum & anniculum & indutus est Christo: si tulerit de carnibus eius, & ligauerit in summitate vestimenti sui, & ipsa summitas tetigerit scripturarum panem: qui confirmat corda credentium: aut coctionem: Apostolicas epistolas, quæ quasi veteris legis carnes concludunt, & decoquant, & conditas præbent esui: aut vinum, quod lactificat cor hominis: aut oleū, in quo exhilaratur facies audientis: aut omnem cibum: vel lac, quo alitur Corinthij & olera, qui bus vescuntur infirmi, & cætera his similia: non statim, quasi sanctificata ea comedent, quibusq; ea data fuerint. Non enim ex eo, quod dicuntur, sed eo, quod suscipiuntur. sanctificant audientes: quia multi auditores legis sunt, & non factores. Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 2. Agga.

Ad confutandam calumniam Phariseorum, veteris recordatur historia: quando Dauid fugiens Saulem, venit in Nobæ, & ab Abimelech sacerdote susceptus, postulauerit cibos: qui cum panes laicos non haberet, dedit ei consecratos: quibus non licebat vesci, nisi solis Sacerdotibus. & Leuitis, & hoc tantum interrogauit, si essent mundi pueri à mulieribus, & illo respondente, ab heri & nudius tertius, non dubitauit panes dare: magis arbitratu (propheta dicente: Misericordiam volo, & non sacrificium) de famis periculo homines liberare, quàm Deo offerre sacrificium. Hostia enim placabilis Deo hominum salus est. To. 6. lib. 2. Com. in cap. 12. Matth.

Holocavista medullata offeram tibi] Id est, offeram tibi corpus Christi. Tom. 7. Com. in Psal. 65.

Articulus IIII. Eucharistiam prius oblatam, quàm sumptam & manducatam fuisse, ac proinde offerri corpus & sanguinem Christi non esse idem, quod nobis Christi sum ad manducandum dari.

Christus in typo sanguinis sui non obtulit quam, sed vinum. Paulus in nauim panem frangit & non caricas. Tom. 1. lib. 2. aduersus Iovinianum cap. 4.

Tantus, inquit, Israel sanguis effusus est,

Leuit. 7. Vocabula et nomina sacrificij Eucharistici.

Psal. 103.

1. Cor. 2.

Roma. 14.

1. Reg. 21. Panes alij sunt laici et alij sunt consecrati.

Corporis Christi oblatio.

Sic agnus paschalis primum immolabatur, deinde manducabatur.

Matth. 26.

Actor. c. 27.

pro peccatoribus, totius creaturae gloriosus sanguis effusus est. Cumque merentibus minora non dederis, in meritis maiora tribuisti. Nunquam de disti mihi hadum, ut cum amicis meis epularer. Erras Israhel: dic potius, ut tecum epularer. Aut potest esse tibi aliqua iucunditas, nisi patre tecum celebrante conuiuium? Saltem exemplo docere praesent. Reuerso filio iunioris & pater letatur & pueri. Manducemus, ait, & epulemur, non manducate & epulamini. At tu ea mente, quia inuides fratri, quia a patris recedis aspectu, & semper in agro es, nunc quoque vis eo absente inire conuiuium. Nunquam dedisti mihi hadum. Nunquam pater deteriora dat munera, habes vitulum immolatum: ingredere, manduca cum fratre. Quid hadum quaris, cui agnus est missus? Et ne similes, te nescire quod missus est; Ioannes tibi cum in eremo demonstrauit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et pater quidem, quasi clemens & penitentiam tribuens, te hortatur ad vitulum, non immolans hadum, quem stare fecit ad sinistram. Tu vero in sine seculi, ipse tibi es hadum immolatum Antichristum; & cum amicis tuis, spiritibus immundis, eius carne saturandus, exple to vaticinio. Tu confregisti caput Draconis magnum: dedisti eum escam populis Aethiopum. Cum autem filius tuus hic, qui deuorauit omnem substantiam suam, viuens cum meretricibus, venit, occidisti ei vitulum saginatum. Confitetur & nunc Israhel saginatum vitulum fuisse, qui caesus est: intelligunt venisse Christum, sed torquentur inuidia, & nolunt fratre non pereunte, saluari. *Tom. 3. epistola 146. ad Damasum.*

CVM crediderint in Deo patre, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de vino eorum bibet Dominus, & in similitudinem Ioseph regnans in Aegypto, inebriabitur cum fratribus suis. *Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Matth.*

CVM ministraret in sanctis sacrificijs, rursum inuitum ordinauimus presbyterum, & vt reliquis fratribus Domini sacramenta conficeret. *Tom. 2. epistola 60. Epiphanijs ad Ioan. Hierosolymitanum.*

Articulus V. Sacrificium Missae à Melchisedech typice praefiguratum, & à Malachia praedictum fuisse.

RECURRE ad Genesim: & Melchisedech regem Salem Hierosolomitanae principem inuenies ciuitatis: qui iam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit, & mysterium Christianum in Saluatoris corpore & sanguine dedicauit. *Tom. 1. epist. 17. ad Marcellianum cap. 2.*

DIDYMI, Hypoliti, Irenaei, Eusebii Caesariensis, & Emisiani, Apollinarij, Eustathij, horum omnium opiniones diuersis argumentationibus ac diuerticulis deprehendi ad vnum computum peruenisse, vt dicerent Melchisedech hominem fuisse chanaanum, regem vrbs Hierosolymae, quae primum Salem, postea Iebus, ad extremum Hierusalem appellata sit: nec mirum esse, si sacerdos Dei altissimi describatur absque circuncisione, & legalibus caeremonijs, & genere Aaronicum Abel quoque & Enoch & Noe placuerint Deo, & victimas obtulerint: & in Iob volumine legimus, quod ipse & oblato munerum fuerit, & sacerdos. & quotidie pro filijs suis hostias immolauit: & aiunt ipsum quoque Iob non fuisse degenerem Leui, sed de stirpe Esau, licet aliud Hebraei autment. Quomodo autem Noe inebriatus in

domo sua, & nudatus atque derisus à Mediano filio suo, typum Saluatoris praebuit, & Cham populi Iudaeorum: Samson quoque amator meretricis & pauperis Dalila, multo plures hostium mortuus, quam viuis occidit: vt Christi exprimeret passionem: omnesque penè sancti & patriarchae & prophetae in aliqua re figuram expresserunt Saluatoris: sic in Melchisedech, eod, quod Chanaanus fuerit, & non de genere Iudaeorum, in typum praecessisse sacerdotis filij Dei, de quo dicitur in Psalmo 109. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Ordinem autem eius multis modis interpretantur: quod solus & rex fuerit & sacerdos; vt ante circuncisionem sanctus sacerdotio; vt non gentes ex Iudaeis, sed Iudaei à gentibus sacerdotium acceperint; neque vnctus oleo sacerdotali, vt Moyse praepcepta constituunt, sed oleo exultationis, & fidei puritate; neque carnis & sanguinis victimas immolauerit, & brutorum animalium sanguinem dextra susceperit, sed penè & vino simplici puroque sacrificio Christi dedicauerit sacramentum. Afirmat Apostolus, quod Aaron sacerdotium, id est, populi Iudaeorum & principium habuerit & finem; Melchisedech autem, id est, Christi & Ecclesiae, & in praeteritum & in futurum, aeternum sit, nullumque habuerit auctorem, & quod translato sacerdotio, legis quoque mutatio fiat: vt nequaquam de Agar ancilla & monte Sina, sed de Sara libera, & arce Sion egrediatur verbum Domini, & lex Dei de Hierusalem: & difficultatem rei proximo exaggerat, dicens: Super quo multus nobis sermo est, & in interpretabilis, quia id illius temporis non fuit, Hebraeis enim, id est, Iudaeis persuadebat, non iam fidelibus, quibus passim proderet sacramentum. Verum tamen si vas electionis stupet ad mysterium, & de quo disputat, ineffabile confitetur: quanto magis nos vermiculi, & culices, solam debemus scientiam inficitiae confiteri, & amplissimum domum paruo quasi foramine ostendere; vt dicamus duo sacerdotia inter se ab Apostolo comparata, prioris populi & posterioris. Et hoc agit tota disputatione, vt ante Leui & Aaron, sacerdos fuerit Melchisedech ex gentibus: cuius tantum praedicat meritum, vt futuris sacerdotibus Iudaeorum, in lumbis benedixerit Abraham: totumque quod sequitur in laudes Melchisedech, ad Christi typum referri, cuius profectus Ecclesiae sacramenta sint. Verum quia amanter interrogas, & vniuersa, quae didici, fidei auribus instillanda sunt: ponam & Hebraeorum opinionem, quae videlicet haec est. Et Melchisedech rex salem protulit panem & vinum: erat autem sacerdos Dei excellentissimus: benedixitque illi, & ait; Benedictus Abram Deo excelso, creauit caelum & terram: & benedictus Deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manu tua, & dedit ei decimas ex omnibus. Reuera stultum est, id quod in typo dicitur, eod, quod Christi sacerdotium finem non habeat; & ipse rex & sacerdos nobis vtrunque donauerit, vt simus genus sacerdotale & regale; & quasi angularis lapis vtrumque parietem coniunxerit, & de duobus gregibus bonus pastor vnum effecerit gregem; sic quosdam referre ad *2. a. y. h. v.* vt historiae auferant veritatem & dicant, non fuisse regem, sed in imagine hominis angelum demonstratum, cum efficacissimè nitantur Hebraei Melchisedech regem Salem filium Noe Sem ostendere, &c. *Tom. 3. epistola 126. ad Euagrium.*

SCI O Pontificem cui praepcepta nunc dantur à plerisque Christum intelligi; & id, quod dictum est super patre & matre non inquinabitur, de virginali Mariae partu edisseri: multoque facilius est super Domino interpretatio, qui audit in Psalmo. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Et Zacharia. Audi Iesu sacerdos magne, & cui sordida peccatorum nostrorum vestimenta tolluntur, vt recipiat gloriam, quam apud patrem habuit, priusquam mundus esset. *Tom. tertio epistola 128. ad Fabiolam.*

MELCHISEDECH autem Apostolus ad Hebraeos sine patre & matre commemorans, ad Christum refert; & per Christum ad gentium Ecclesiam omnis enim capitis gloria refertur ad membra: eod, quod praeprium habens Abraham, benedixerit, circuncisio, & in Abraham Leui, & per Leui Aaron, de quo postea sacerdotium. Ex quo colligi vult sacerdotium Ecclesiae habentis praeprium, benedixisse circuncisio sacerdotio synagogae. Quod autem ait: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: mysterium nostrum in verbo ordinis, significatur, nequaquam per Aaronem: irrationabilibus victimis immolandis, sed oblatio pane & vino, id est, corpore & sanguine Domini Iesu. *Tom. tertio in quaestionibus seu tradisitionibus Hebraicis in ca. decimum quatuordecimum Geneleos.*

IOSEPHVS refert apertis repente ianuis templi & spontè referatis, quas multi homines claudere vix poterant, vocem de adytis templi exiisse dicentium: Transeamus ex his sedibus. In quo consideranda sermone propriae, quod non dixerint recedamus, sed transeamus ad populum gentium. Vnde & velum templi à summo vsque deorsum scissum est in duas partes, vt omnes Iudaeorum caeremoniae panderentur, & eo tempore impleretur, quod in hoc eodem propheta dicitur: Ex Sion egredietur lex & verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit inter multas gentes vsque in longinquum. In omnem enim terram exiit sonus eorum, & in terminos orbis terrae verba eorum, & in omni loco offerretur Deo sacrificium, incensum, & hostia munda, quando propheticus sermo completus est. Recordabuntur, & redibunt ad Dominum omnes fines terrae, & adorabunt in conspectu eius omnes familiae gentium. *Tom. 4. lib. 1. 4. Com. in cap. 52. Esai.*

INEBRIABO animam Sacerdotum, qui habent scientiam Dei: de quorum ore legem Dei interrogant, qui credunt in eum: ad quem propheta canit: Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Quod autem sequitur iuxta Septuaginta filiorum Leui, in Hebraico non habetur. Et perspicuum est, nequaquam id dici de his sacerdotibus, qui sunt filij Leui, sed de his, in quorum typum praecessit Melchisedech. Cum sacerdotes pingues fuerint doctrina Domini, & inebriati in conuiuium Ioseph; tunc erit hoc, quod nunc Dominus pollicetur; & populus meus bonis meis adimplebitur, & canet Calix tuus inebrians quam est proclarus. *Tom. quarto libro 6. Com. in cap. 31. Hieremie.*

QUIDAM sex viros, sex interpretantur Angelos, qui Dei pareant voluntati. Ip-

sumque vnum qui habebat indumenta Pontificis Saluatorem intelligunt: iuxta id, quod sacerdos est, & magni consilij Angelus: illudque quod dicitur: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech *Tom. quarto libro tertio Comment. aior. in cap. 9. Ezechielis.*

QUIA dixerat: Aufer Cidarim, tolle coronam: subiunxit, neque hoc, neque illud: id est, regnum cessabit, & sacerdotium. Vnde qui postea vsque ad Christi aduentum reges fuerunt pariter & sacerdotes: quorum vnus Hyrcanus Pontifex diadema capiti suo imposuit, frustra sibi hoc & illud voluit vendicare, cum ei regnum non deberetur post Sedechiam, sed illi, cui repositum erat, & qui fuit expectatio gentium: de quibus loquitur & Malachias: Vos sacerdotes, qui contaminatis nomen meum, & post paululum. Non est voluntas mea in vobis, & victimas non suscipiam de manibus vestris. Ab ortu enim Solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Quae munda oblatio sine sanguine hircorum, arietum atque taurorum in Christi completur aduentu: quando venit desideratus gentibus, & ortus est Sol iustitiae, in cuius penne est sanitas. *Tom. quarto lib. 7. Comment. a. in cap. vigesimum primum Ezechielis.*

CHRISTVS est princeps & Pontifex secundum ordinem Melchisedech, & hostia & sacerdos: qui in conspectu patris nobiscum caelestem comedit panem, & vinum bibit, de quo loquitur in Euangelio. Non bibam de genimine vitis huius, nisi cum biberò illud nouum in regno patris mei: in illo videlicet regno, de quo & ipse alibi, ait. Regnum Dei intra vos est. Clausaque erit porta. Nemo enim potest passionis Domini, corporisque eius; & sanguinis, pro maiestate rei, sacramenta cognoscere. Tantaque bonitatis & clementiae est princeps noster, vt cum solus sedeat in porta, quae clausa est, & panem coram Domino comedat, velit mensae suae atque conuiuij plures habere confortes, & dicat. Ecce ego sto ad ostium, & pulso; si quis aperuerit mihi, ingrediar ad eum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. *Tom. quarto libro decimo tertio Comment. aiorum in caput quadragesimum quatuordecimum Ezechielis.*

POSTQUAM sacerdos fuerit emundatus purificationis ordine, quae in Moisaica lege scripta est, septem dies numerabuntur ei, vel perfectus numerus penitentudinis, vel post consumptionem mundi, quando ad veram transtunum ogdoadem: vt introeat sancta sanctorum (hoc est, interioris atrium) & possit ministrare in sanctuario, & semper offerre pro peccato conscientiae victimam: nec vllum sit tempus, quo non recordetur (maculatum fuisse super patre & matre, filio & filia, fratre & sorore. Multa quippe facere cōpellimur in seculi huius angustijs constituti vel conditione carnis, vel fragilitate naturae. Qui autem talis extiterit, vt ministrare in sanctuario, & atrium ingrediatur interioris, & offerat semper Deo sacrificium, ita vt verus sacerdos sit, immo imitator eius, de quo scriptum est. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: iste nullam habebit haereditatem, nisi Deum, qui est haereditas eius: nec accipiet possessionem in Israhel, hoc est, inter vulgus ignobile, sed inter sacer-

Christus agnus immolatus.

Ioan. 1.

Matth. 23.

Psal. 23.

Conuiuium Ioseph cum fratribus typus conuiuii Christi cum Apollolis. Eucharistia cum Deo offeruntur sacrificium: cum à fidelibus in ministerium sacramentum dicitur.

Gen. 14.

Melchisedechi typus Christi panem & vinum obtulit & mysterium Christianum in corpore et sanguine saluatoris dedit canit.

Iob. 1.

Gen. 9.

Iudic. 16. Omnis subterpariarcha & propheta in aliqua re figuram expresserunt Saluatoris. Melchisedechi cum sacrificio in pane & vino typus sacrificij Christi in carne Antiquitatis sensum et consensum de sacrificio Melchisedechi vnde de eum pas. fin apud dicitur nos utrosque apud Rosensem & Tiletanum in aliter parte apologetice fo. 391.

Iudaei infidelibus nati Paulus proderet mysteria sacramenti arcana.

Ineffabile mysterium sacrificij Melchisedech & Christi.

Scopus disputationis Paulinae de sacrificio Melchisedechi in epistola ad Hebraeos.

Gen. 14.

Hebraeorum opinionem de Melchisedech panem.

Psal. 103. Zach. 3.

Omnis capitulum gloria refertur ad membra.

Mysterium Christianum vocat sacrificium Lustraticum.

Lib. 6. de bello Iudaico cap. 12.

Matth. 27.

Esai. 2.

Psal. 18.

Malach. 1. In omni loco offerretur Deo sacrificium & hostia munda. Psal. 71.

Psal. 108.

Sacrificium missae cum conuiuium Ioseph comparatur.

Gen. 43.

Psal. 22.

Reges simul & sacerdotes apud Iudaeos.

Malachia 1. c. mentibus sit sacrificij missae.

Psal. 109. Christus hostia & sacerdos.

Matth. 26.

Luc. 17.

Nemo potest maiestate mysteria eucharistiae cognoscere.

Leuit. 4. c.

Omnis sacerdos non est offerendo Christi est imitator.

Psal. 109.

Carti. 3. Pfallm. 72.

dots, vt dicat de eo Dominus: Ego sum hereditas, & ego possessio eorum. Quem cum inuenierint, loquentur, ac dicent: Tenebo eum & non dimittam illum: & Pfallent cum Propheta. Pars mea Dominus Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ez. ecb.

AARON, id est, carnale sacerdotium & non iuxta ordinem Melchisedech murmurat aduersus legem, sed frustra: Statim enim synagoga perfunditur lepra, & extra castra proiecta, completo tempore ipso Moyse orante reducit in castra. To. 5. Com. in cap. 2. Sophonia.

Christus princeps caput omnium sacerdotum.

VERE Iesus est magnus sacerdos: cui omnes dei antistites comparati parui sunt & nihil. Si enim iste magnus dicitur sacerdos, vtique ad distinctionem eorum dicitur, qui minores sunt. Minores autem sunt omnes, qui extra eum & post eum sunt: vt quomodo primogenitus est omnis creaturae, & primogenitus ex mortuis, sic princeps & magnus sit in vniuersis sacerdotibus. Tom. 5. Com. in cap. 1. Ag. 6.

Pfal. 109.

NOSTRUM post Iudaeos aliter haec edisserunt, quod sacerdos magnus sit, ad quem dicitur. Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Qui quoniam per se videri non potest, propheta ostenditur, stans coram Angelo Domini: quem volunt magni consilij esse Angelum: no quod aliter & aliter sit; aut duas personas recipiamus in filio: sed quod idem atque vnus. & quasi homo fordidatus ostenditur, & quasi Angelus mediator hominum & Dei apparere dicatur. Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 4. Zacharia.

Ind. eorum in pfa. 109, explicatio solidi co arguitur.

INTERROGANTUR de Christo, cuius sit filius. Interrogatio Iesu nobis vsque hodie proficit contra Iudaeos. Et hi enim, qui consitentur Christum esse venturum hominem simplicem, & sanctum virum asserunt, de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti a Domino. Si simplex homo est, & filius tantum Dauid, quomodo Dauid vocetur Dominum suum, non erroris incerto nec propria voluntate; sed spiritu sancto. Testimonium autem, quod posuit de Psalmo 109, sumptum est, Dominus igitur Dauid vocatur, non secundum id, quod de eo natus est. sed iuxta id quod natus ex patre semper fuit, praeniens ipsam carnem suam patrem. Iudaei ad deludendam interrogationis veritatem, friuola multa confingunt: vernaculum Abraham asserentes, cuius fuerit filius Damasus Elizeer, & ex ipsius persona scriptum Psalms 109. quod post caedem quinque regum, Dominus Deus, Domino suo dixerit Abraham, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quos interrogemus: quomodo dixerit Deus Abraham ea quae sequuntur. Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante Luciferum genuit. Et iurauit Dominus, & non poenitebit eu, tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Et respondere cogamus, quomodo Abraham ante Luciferum sit genitus, & sacerdos fuerit secundum ordinem Melchisedech: pro quo Melchisedech obtulerit panem & vinum & a quo decimas praedae accepit. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 2. Matth. Cano. 49.

Gen. 14. 15.

TUNC commutauit, quando melchisedech obtulit panem & vinum. Immutauit vultu: quia quantum aduentus Christi appropinquabat, tantum illae figurae apertae erant: quia antea hostias offerebant, sed postea spiritualiter fuit impletum in nouo testamento, secundum ordinem melchisedech, non dixit, secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem melchisedech. To. 7. Co. in Psal. 32.

Melchisedech sacrificium eiusque essentiam.

Voluntarie sacrificabo tibi Domine. Bene voluntarie: quia propria voluntate ipse sacerdos & hostia pro delictis populi obtulit se patri, vt hoc sacrificium vitam tribueret mundo. Voluntarie sacrificabo tibi. Vox Ecclesiae. Voluntarie dicit, id est, no necessitate aut coacte, sed voluntarie, secundum illud: Providentes gregem non coactum, sed spontaneum. To. 7. Com. in Psal. 53.

sedech, non dixit, secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem melchisedech. To. 7. Co. in Psal. 32.

Voluntarie sacrificabo tibi Domine. Bene voluntarie: quia propria voluntate ipse sacerdos & hostia pro delictis populi obtulit se patri, vt hoc sacrificium vitam tribueret mundo. Voluntarie sacrificabo tibi. Vox Ecclesiae. Voluntarie dicit, id est, no necessitate aut coacte, sed voluntarie, secundum illud: Providentes gregem non coactum, sed spontaneum. To. 7. Com. in Psal. 53.

ET factus est in pace locus eius. Quod Hebraice dicitur in Salem. Videtur ergo secundum literam dicere Hierusalem, in qua fuit rex Melchisedech. Legimus: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Non dixit secundum Aaron ordinem: sed Melchisedech. Quid voluit dicere: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech? Manifestum est quod in illo loco de Christo dicitur. Sed quid, ait, secundum ordinem Melchisedech? Aaron victimas obtulit, Aaron hostiarum sanguinem fudit. Melchisedech nihil horum fecit, sed tantummodo panem & vinum obtulit. Hoc ergo fecit Melchisedech, & propterea dicitur secundum ordinem Melchisedech. To. 7. Co. in Psal. 75.

TU es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Id est, nequaquam sacerdos eris secundum victimas Iudaicas, sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quomodo enim Melchisedech rex Salis, obtulit panem & vinum: sic & tu offeres corpus tuum & sanguinem verum panem & verum vinum. Iste Melchisedech ista mysteria, quae habemus, dedit nobis. Ipse est, qui dixit: Qui manducauerit carnem meam, & sanguinem meum. Secundum ordinem Melchisedech tradidit nobis sacramentum suum. To. 7. Co. in Psal. 109.

Articulus V. I. Sacrificium Missae a Christo Domino institutum esse.

SALVATOR generis humani pascha fecit in coenaculo, & magno latoque coenaculo, atque omni sorde purgato stratoque; & ad spirituale coenaculum preparato: vbi mysterium corporis & sanguinis sui tradidit discipulis, & aeterna nobis agni immaculati reliquit festiuitatem. To. 4. lib. 12. Co. in c. 41. Ezechielis: vide etiam Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ezechielis locum praecedenti articulo obseruatum.

CVM autem fecerit princeps spontaneum] Vbi nos legitimus immaculatum, & in Hebraico scriptum est, tamim Aquila perfectum interpretatur. Et vbi Lxx. minha Theodotio sacrificium. Aquila & Symmachus donum transferunt. Pro eo autem quod nos diximus spontaneum Lxx. μεταβολη. i. confessionem verterunt: & p. principe, ducem: hoc enim nati significat. Adhuc autem sermo de principe est, de quo Efaias loquitur. Ecce testimonium in gentibus. Dedit eum, principem & praepotorem in gentibus. Et Ezechiel. Et ego Dominus ero eis in Deum: & Dauid princeps in medio eorum. Cum igitur iste princeps fecerit spontaneum, & dixerit. Voluntaria siue spontanea oris mei beneplacita fac Domine. Spontaneum autem holocaustum, vt totum se offerat Deo. & pacifica voluntaria, quod in prioribus non inuenitur. Scriptum est enim. Et facient sacerdotes holocaustum eius & pacifica eius: Et desponsione ac voluntarijs, quibus nunc dicitur, omnino reticetur, vt no necessitate faciat, sed voluntate: post holocaustum offerat pacifica & reconcilietur Deo. Vnde & virginitas maior nuptijs, quia non exigitur, nec redditur, sed offertur. Pro

Christi sacerdotium eiusque essentiam.

Pfal. 109. Differentia sacrificij Aaronici & Melchisedech. Gen. 14.

Christus Melchisedech ista mysteria, quae habemus de dedit nobis.

Mysterium corporis & sanguinis sui ipse Christus instituit.

Appellationes sacrificij.

Efaie 55. Ezech. 44.

Pfal. 118.

Pfal. 117.

Pro pacificis, quae Hebraice dicuntur sciamim, Lxx. salutaria interpretantur: vt ipsa conciliatio pacificorum, salus sit offerentis. Cum ergo hoc fecerit princeps aperietur ei porta, vel iuxta Lxx. aperiet tibi portam quae respicit ad Orientem: illam videlicet portam, de qua scriptum est. Haec porta Domini, iusti intrabunt per eam: & vnde oriatur sol iustitiae. Et faciet, inquit, holocaustum suum & pacifica sua: de quibus nunc diximus. Faciebat autem quia spontaneum sacrificium est, & non alij pro eo facient sacerdotes, videlicet sicut fieri solet in die sabbathi. Ergo omni tempore holocaustum & pacificum, quod offertur voluntarie, referatam habet portam Domini: nec obferuat sabbatum, sed omnes dies ei reputantur in requiem. Denique postquam obtulerit holocaustum & pacifica, statim egreditur, & clauditur post eum ianua, siue claudit ianuam: vt seruetur Principi priuilegium suum, nec sacrificia eius populo miscantur. Et quia generaliter dixerat, spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino: nec apposuerat taurum siue vitulum, & arietem, vel ouem, hircumque pro peccato: docet quod sit ipsum holocaustum: Agnum, inquit, anniculum immaculatum faciet holocaustum: & non certis diebus, sed quotidiene: nec qualibet hora sed mane, mane faciet illum: per singula videlicet mane, quando orto sole, lucis exordium est. De quo mane Dauid loquitur in Psalmo: Mane exaudies vocem meam: mane astabo tibi, & videbo. Et in alio loco: Ad vesperum demorabitur aetuis, & in matutino laetitia. Et iterum. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Quis sit autem ille agnus immaculatus, siue perfectus & anniculus, Efaias plenius docet, dicens: Sicut ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus in conspectu tudentis se sine voce, & no aperuit os suum. Et Hieremias. Ego autem sicut agnus innocens ductus ad victimam, non cognoui. Et Ioannes Baptista. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. In sacrificio itaque istius agni immaculati & anniculi, qui mane semper offertur, faciet ipse Princeps sacrificium. Sacrificium hoc legitimum Deo iuge ac perpetuum: quod nulla intermittitur die, sed omni tempore orto sole semper offertur, vt impleatur quod in fine huius capituli ponitur: faciet agnum in sacrificium & oleum mane, mane, holocaustum sempiternum. Tom. 4. lib. 14. Comment. in cap. 46. Ezechielis.

Aperitissimum loc. pro Christi sacrificio

Pfal. 5.

Pfal. 29.

Pfal. 62.

Esa. 55.

Hier. 11.

Ioan. 1.

Matutinum quotidianum sacrificium Christianorum

Verum Pascha habet Sacramentum

Genes. 14.

Christi Melchisedech veritatem sui corporis & sanguinis representat. Matthaei. vide articulo superiori consimilem locum ex Tomo septimo Com. in Psal. 109. ascriptum.

quam simul omnia membra confluuerint. Tomo 2. in Dialogo contra Luciferianos cap. 2. In hac parte ministerij nempe in exercendis sacrificijs laborare, in eo praecipua Christianorum salus sita est. Tom. 2. epist. 60. ad Ioannem Hierosol. c. 11. CONVIVIUM siue epulum in Ecclesia quotidiene celebratur: quotidiene pater filium recipit: semper per Christum credentibus immolatur. Tom. 3. epist. 146. Ad Damasum. Ieiunium, & preces, & vigiliae, & holocausta tunc proficiunt, cum recedimus a vitijs, & flemus antiqua peccata. Sin autem in sceleribus permanentes, putauerimus, votis atque sacrificijs redimere nos, vehementer erramus iniquum arbitratemur Deum. To. 4. li. 3. Com. in cap. 14. Hieremia. vide Tomo 4. lib. 6. Com. in cap. 31. Hieremia. Porro altare Christi expiatur sanguine, vt orationes sanctorum mundae permeent ad Deum. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 43. Ezechielis. SACERDOTES pro nobis offerent holocausta, pro pace peccatorum nostrorum, & salute nostra; per ignem Spiritus sancti, omnia, quae cogitamus, loquimur, & facimus, in spiritualem substantiam conuertantur, & huiuscemodi Dominus delectatus sacrificijs nobis placabilis fiat. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 43. Ezechielis. Pro sacrificio, hoc est, dicitur. Aquila & Symmachus donum interpretantur, quod in Hebraico dicitur minsa, & proprie non pertinet ad hostiam, sed ad ea quae ex similia, & polenta, & oleo offeruntur in sacrificio. Holocaustum vero est quod totum offertur Deo, & sacro igne consumitur. Pacifica quando reconciliamur Deo, & pro nobis Apostolus loquitur. Precamur pro Christo, reconciliamini Deo. Et in eodem loco. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Iste autem Princeps, cui primitiae de animalibus offeruntur, ipse est & Rex: vt in crucis quoque titulo demonstratur, Hebraice, Graecis, & Latinis literis. Nitentibusque Iudaeis, vt deponeretur titulus triumphalis, gentium in Pilato turba respondit. Quod scripti, scripti. Sub principe, inquit, erunt. Pulchre sacerdotalis dignitas commonetur, cui sit subiecta officio, vt sciat se sacrificia & libamina, quae offeruntur ex vino, pro populo offerre debere in cunctis solennitatibus tam videlicet in Kalendis, id est, neomenijs, quam in sabbathis; quando tenebris cuncta operientibus, lunaris exordium luminis est, & in requie sabbathorum: vt faciat videlicet pro peccato ad expiandum pro domo Israel, quae est Ecclesia Dei viuientis, columna & firmamentum veritatis. Ista est enim domus Dei viuientis, & domus Israel, quae expiatione suorum indiget peccatorum. Tom. 4. lib. 14. Com. in cap. 45. Ezechielis. VNIVERSA mundi elementa Christi sanguine sanctificantur: vt cum quis expiatus fuerit atque mundatus, ingrediatur portam atrij interioris, & possit Domini arcana cognoscere: & consequenter venire ad septimam diem mensis primi, & consequi requiem, & Domino offerre sacrificium, tam pro ignorantia, de qua Dauid loquitur: Delicta iuuentutis meae & ignorantiae meae ne memineris: quam pro paruulo, qui cum ad perfectum viri mensuram peruenerit, destruet ea quae paruuli sunt, & loquetur confidenter. Dum essem paruulus, loquebar vt paruulus, quasi paruulus sapiebam. Siue, pro eo, qui errore est deceptus, & non tam voluntate, quam boni opinione peccauit. Completis autem duabus

quam simul omnia membra confluuerint. Tomo 2. in Dialogo contra Luciferianos cap. 2.

In hac parte ministerij nempe in exercendis sacrificijs laborare, in eo praecipua Christianorum salus sita est. Tom. 2. epist. 60. ad Ioannem Hierosol. c. 11.

CONVIVIUM siue epulum in Ecclesia quotidiene celebratur: quotidiene pater filium recipit: semper per Christum credentibus immolatur. Tom. 3. epist. 146. Ad Damasum.

Ieiunium, & preces, & vigiliae, & holocausta tunc proficiunt, cum recedimus a vitijs, & flemus antiqua peccata. Sin autem in sceleribus permanentes, putauerimus, votis atque sacrificijs redimere nos, vehementer erramus iniquum arbitratemur Deum. To. 4. li. 3. Com. in cap. 14. Hieremia. vide Tomo 4. lib. 6. Com. in cap. 31. Hieremia.

Porro altare Christi expiatur sanguine, vt orationes sanctorum mundae permeent ad Deum. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 43. Ezechielis.

SACERDOTES pro nobis offerent holocausta, pro pace peccatorum nostrorum, & salute nostra; per ignem Spiritus sancti, omnia, quae cogitamus, loquimur, & facimus, in spiritualem substantiam conuertantur, & huiuscemodi Dominus delectatus sacrificijs nobis placabilis fiat. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 43. Ezechielis.

Pro sacrificio, hoc est, dicitur. Aquila & Symmachus donum interpretantur, quod in Hebraico dicitur minsa, & proprie non pertinet ad hostiam, sed ad ea quae ex similia, & polenta, & oleo offeruntur in sacrificio. Holocaustum vero est quod totum offertur Deo, & sacro igne consumitur. Pacifica quando reconciliamur Deo, & pro nobis Apostolus loquitur. Precamur pro Christo, reconciliamini Deo. Et in eodem loco. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Iste autem Princeps, cui primitiae de animalibus offeruntur, ipse est & Rex: vt in crucis quoque titulo demonstratur, Hebraice, Graecis, & Latinis literis. Nitentibusque Iudaeis, vt deponeretur titulus triumphalis, gentium in Pilato turba respondit. Quod scripti, scripti. Sub principe, inquit, erunt. Pulchre sacerdotalis dignitas commonetur, cui sit subiecta officio, vt sciat se sacrificia & libamina, quae offeruntur ex vino, pro populo offerre debere in cunctis solennitatibus tam videlicet in Kalendis, id est, neomenijs, quam in sabbathis; quando tenebris cuncta operientibus, lunaris exordium luminis est, & in requie sabbathorum: vt faciat videlicet pro peccato ad expiandum pro domo Israel, quae est Ecclesia Dei viuientis, columna & firmamentum veritatis. Ista est enim domus Dei viuientis, & domus Israel, quae expiatione suorum indiget peccatorum. Tom. 4. lib. 14. Com. in cap. 45. Ezechielis.

UNIVERSA mundi elementa Christi sanguine sanctificantur: vt cum quis expiatus fuerit atque mundatus, ingrediatur portam atrij interioris, & possit Domini arcana cognoscere: & consequenter venire ad septimam diem mensis primi, & consequi requiem, & Domino offerre sacrificium, tam pro ignorantia, de qua Dauid loquitur: Delicta iuuentutis meae & ignorantiae meae ne memineris: quam pro paruulo, qui cum ad perfectum viri mensuram peruenerit, destruet ea quae paruuli sunt, & loquetur confidenter. Dum essem paruulus, loquebar vt paruulus, quasi paruulus sapiebam. Siue, pro eo, qui errore est deceptus, & non tam voluntate, quam boni opinione peccauit. Completis autem duabus

Praecipua Christianorum salus consistit in exercendis sacrificijs. Epulum quoque sidianum.

Per sacrificium placatur Deus.

2. Cor. 5. Noster in sacrificio prae figurat per omnia sacrificia veteris legis. Ioan. 19.

1. Tim. 3.

Per sacrificia abolentur peccata.

Pfal. 24.

1. Cor. 13.

Exod. 12.

1. Cor. 5.

1. Timot. 4.

Leuit. 23.

Omne sacrificium prae-
vitiu peccati
delet.

Cant. 4.
Spiritalis
ebrietas in sa-
crificio alia
vitiu.

bus solennitatibus primi mensis, hoc est, prin-
cipii & septimae eius, venit ad quartum decimum
diem mensis, in quo Pascha solennitas est: de qua
scriptum est: Etenim Pascha nostrum immolatus
est Christus. Tunc comedimus septem diebus a-
zyma in requie & securitate rerum omnium, quan-
do fermentum, malitiae & nequitiae destruentes,
māducamus azyma sinceritatis & veritatis: prin-
cipe nostro, hęc cuncta pro nobis offerente, & pri-
mum pro seipso. Suscepit enim corpus humanū,
& per peccatum destruxit peccatum: qui pro no-
bis dolere & portat iniquitates nostras, deinde pro
domo sua, quod in Lxx. scriptum est, sed in He-
braico non habetur, id est, pro Ecclesia, & pro om-
ni populo terrae, vniuerso videlicet humano ge-
nere. Saluator enim omnium hominum, &
maximē fidelium, & ipse est propitiatio pro pec-
catis nostris, & non solum pro nostris, sed omni
mundo. Oblato autem vitulo pro vniuerso popu-
lo terra, in septem diebus reliquis Dominicae
passionis, septem vituli, & septem arietes immac-
lati offeruntur quotidie, vt holocausto & igne
Dominico concrementur. Septem autem vituli
& septem arietes sunt, qui configurantur Domi-
nicae passioni: vt imitentur verum vitulum, & ve-
rum arietem, & sanguine martyrum per septem
dies totius mundi peccata purgantur. Hircus
quoque caprarum offertur pro peccato quotidie,
septem videlicet diebus: Attendendumque dili-
gentius, quod in sacrificio ephi per arietem, & o-
lei hin, offeruntur quae lege praecpta sunt. In ob-
latione autem hirci, nec ephi, nec (vt Lxx. tran-
stulerunt) coctio ponitur: qui pro ephi trans-
tulit. Hin verò, quae olei certa mensura est, assumi-
tur in sacrificio vituli & arietis: vt fomentum lu-
minis sempiterni, & requiem laboris & sanitatem
lassitudinis, post placationem peccatorum accipe-
re possimus. In septimo quoque mense, quinta
decima die mensis, hoc est scenophegiarum, idem sa-
crificiorum & oblationis ordo seruandus est, tam
pro peccato, quam pro holocausto, & in sacrificio
& in oleo: vt festiuitatem Domini, fugatis tene-
bris, & orto lumine olei consequamur: clariores-
que habeamus solennitates, in quibus nobis om-
nia peccata donantur. *Tom. 4. lib. 14. Commentariorum
in cap. 45. Ezechielis.*

HAERETICI suspicantur quod in sacrificio
rum multitudine placent Deum, & Ecclesiastici
quod faciendo elemosynas redimant peccata
in quibus permanent: cum omne sacrificiū prae-
terita peccata deleat, non praesentia: ideo non in-
ueniunt Dominum; quia auferuntur à talibus, &
procul recedit. *Tom. quinto, lib. 1. Commentariorum
in cap. 5. Osee.*

QVOD autem in Lxx. dicitur: Et bibent san-
guinem eorum quasi vinum: in Hebraeo non ita
legimus: sed bibentes inebriantur quasi vino,
vt audiant illud de Cantico Cantorum: Bibite
amici & inebriamini. Et ita placebit eorum ebrie-
tas, quasi altaris sacrificium, & quasi cornua siue
anguli altaris. *Tom. quinto, lib. 2. Commentariorum in
cap. 9. Zachariae.*

**Articulus VIII. Sacrificium Missae sacrificij
veteris legis successisse, ac bonorum omnium,
quae per illa significabantur, veluti
consummationem ac per-
fectionem esse.**

SAMVEL in Heli mortuo, & in occiso Saul,
veterem legem abolitam monstrat. Porro in
Sadoch atque Dauid, noui Sacerdotij, nouique impe-
rij sacramenta testatur. *Tom. 3. epist. 103. ad Paulinū.*
MELIUS est vt Sion, id est, speculam in subli-
mibus collocatam, interpretetur Ecclesiam: De
qua & quinquagesimus Psalmus canit: Benigne
fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt edifi-
centur muri Hierusalem: vt acceptabile fiat in ea
sacrificium iustitiae, oblationes & holocausta, &
vitulos, quos filio poenitenti pater clemētissimus
immolauit. *Tom. quarto, libro quarto Commentariorū
in caput 12. Esaiā.*

DICITUR ad principem Iudaeorum vt con-
uertatur de lege ad Euangelium, & victimarum
imaginibus derelictis, transferat se ad spiritum sa-
crificij veritatem. *Tom. quarto, lib. 7. Commentariorū
in caput 22. Esaiā.*

SVRLATIS caeremonijs Dei à populo Iudaeo-
rum, ad nos cum sacerdotio transit & legislatio,
dicente Scriptura: Constitue Domine legislatio-
nem super eos: & in alio loco. Legem pone mihi
Domine in via tua. *Tom. 4. lib. 5. Commentariorum
in cap. 16. Ezechielis.*

POSITVS Hierusalem subuersionem & ca-
ptiuitatem populi ad Ducem Israel sermo dirigi-
tur, quem nemini dubium est significari Sedechi-
am, in quo Regem Israel de stirpe Dauid imperi-
um finium est. Venit, inquit, tibi dies, quae longo
tempore praefinita est in te: & propter te sacerdoti-
um & regnum interit populi Iudaeorum. Cida-
ris enim in signum Pontificis est: corona, hoc est, dia-
dema Regis indicium est. Nōne haec est cidaris, &
haec corona, quae nihil fecit iudicio: sed ad imita-
tionem Regis Babylonij, quos volebat, exalta-
bat, & quos volebat, humiliabat? Propterea non
semel, nec iuxta Lxx. bis, sed tertio iniquitatem
ponam tibi in perpetuum: quae non statim tibi re-
putata est, sed donec veniat Christus, cuius est iu-
dicium: & tradat ei pater Regnum, & sacerdotiū,
& Ecclesiam de gentibus congregatam. Non e-
nim pater iudicat quemquam: sed omne iudici-
um dedit filio, & in alio loco: Deus, ait, iudicium
tuum regi da: & iustitiam tuam filio Regis. Iste
est, cui repositū est imperium, & sacerdotiū sempiternum,
de quo loquebatur & Iacob. Non deficiet Princeps
ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat
cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium.
In eo loco vbi nos interpretati sumus: Nonne haec
est: pulchrè transtulit Symmachus neque hoc, neque
illud. Quia enim dixerat: Aufer cidarim, tolle
coronam: subiunxit, neque hoc, neque illud: id est
regnum cessabit & sacerdotium. Vnde qui postea
ad Christi aduentū Reges fuerunt pariter & Sacer-
dotes: quorum vnus Hyrcanus Pontifex diadema
capiti suo imposuit, frustra sibi hoc & illud sibi
voluit vendicare, cum ei regnum non deberetur
post Sedechiam, sed illi cui repositum erat, & qui
fuit expectatio gentium: de quibus loquitur & Mal-
chias: Vos Sacerdotes qui contaminatis nomen
meum: & post paululum. Non est voluntas mea
in vobis, & victimas non suscipiam de manibus
vestris. Ab ortu enim solis vsque ad occasum,
magnum est nomen meum in gentibus: & omni
loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio
munda. Quae munda oblatio sine sanguine
hircorū, arietum atque taurorū, in Christi
completur aduentu: quādo venit desideratus
cunctis gentibus, & ortus est sol iustitiae

Prasfiguratio
noui sacerdo-
tij.

Sacrificia ve-
teris legis sa-
crificium no-
uae legis ad-
umbrant.

Peteres vi-
dima fue-
runt imagi-
nes veri no-
stri spiri-
tuali sacrificij.

Psal. 6.
Psal. 26.

Veteri sacer-
dotio & ve-
teribus sacri-
ficijs successit
noui legis sa-
crificium.

Isa. 5.
Psalm. 71.

Genes. 49.

Malac. 1. 6.

Ibid.

Exod. 24.

In isto san-
ctorum acce-
dunt Sacer-
dotes ad Do-
minum.

Pro diuersi-
tate temporū
& qualitate
peccati va-
ria sacrificia
in lege vete-
ri.

Esai. 1.

Math. 12.
Implex sab-
bathum.

Solennitates
spirituales
& victimae
spirituales.

Exod. 12.
Tom. 1.

Carnalibus
Iudaeorū vi-
tium spiri-
tuales Chri-
stianorū vi-
tium successit
seruati.

iustitiae, in cuius pennis est sanitas. *Tom. 4. lib. 7.
Comment. in cap. 21. Ezechielis.*

SACERDOTE autem, qui vescuntur in cel-
larijs, in quibus multae diuitiae continentur, ipsi
sunt, qui appropinquant ad Dominum: De quibus
Scriptura testatur, quod Moyses appropinquaue-
rit ad Dominum: & ceteri accedere non potue-
runt. In edificatione templi mystici, & in Ecce-
siae Sacramento multi sunt Sacerdotes & Apосто-
lici viri, qui accedunt ad Dominum: & non in quo-
libet loco, sed in sancta sanctorum. Quodque iuxta
Lxx. dicitur: Filij Sadoch, qui interpretatur, iu-
stus: in Hebraico non habetur: Ibi, inquit, Sacer-
dotes ponent sancta sanctorum, & oblationem,
hoc est, victimam holocausti, & pro peccato, &
pro ignorantia: vt non solum iuge offerant sacrificiū,
sed pro diuersitate temporum, & qualitate pec-
cati, atque ignorantiae, sciant placare Dominum:
quia ipse locus sanctus est, & Sacerdotalis in eo di-
gnitas commemoratur, quae possit rogare pro ceteris.
Tom. 4. lib. 13. Comment. in cap. 42. Ezechielis.

ADHVC Sacerdotibus praecipitur. In quibus
obseruandum, quod non dixerit absolute: & sab-
batha sanctificabunt: vel iuxta Esaiam: Neome-
nias, & sabbatha vestra odit anima mea, sed cum
distinctione sabbatha mea. Vnde & in Euange-
lio scriptum est: Sacerdotes in templo sabbathū
violant, & absque culpa sunt: non sabbathum Dei,
sed sabbathum litterae, sabbathum Iudaeorum: quod
recte violant qui sunt genus electum, regale, sa-
cerdotale. *Tom. 4. lib. 13. Comment. in cap. 44. Ezechielis.*

Sed didicimus solennitates spirituales, conse-
quenter docebimur & victimas spirituales. Assu-
mitur vitulus de armento, siue taurus, vt interpre-
tatur Symmachus, liber & nullo pressus iugo,
hoc est, onere peccatorum, & immaculatus: qui
peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore
eius: vitulus nouellus, cornua efferens & vngulas:
vt in ipso mundaetur & expietur sanctuarium.
Et tollit, inquit, sacerdos de sanguine eius, quod
erit pro peccato omnium: qui alijs verbis agnus
appellatur in Exodo & in Euangelio, Baptista o-
ne dicente: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mun-
di. Sanguis autē ipse est preciosus, in quo redimi-
mur in passione Domini saluatoris: cuius carnibus
alimur & sanguine potamur. *Vide plura sequētia pro
ximo articulo notata: Tom. 4. lib. 14. Com. in c. 45. Ezechielis.*

REGVLA scripturarum est: Vbi manifestissi-
ma Prophetia de futuris textitur, per incerta alle-
goriae non extenuare quae scripta sunt. Ergo pro-
prie nunc ad sacerdotes Iudaeorū sermo est Do-
mini, qui offerunt coccum, & claudum, & langui-
dum ad immolandum: vt sciant carnalibus victi-
mis spirituales successuras victimas. Et nequaquam
taurorum hircorumque sanguinem, sed thimiama,
hoc est, sanctorū orationes Domino offerendas, &
non in vna orbis prouincia Iudaea, nec in vna vr-
be Iudae Hierusalem, sed in omni loco offerri
oblationem nequaquam immundā, vt à populo
Israel, sed mundam, vt in caeremonijs Christiano-
rum &c. *Tom. quinto Commentariorum in caput primum
Malachiae.*

Non difficile est docere, quomodo vniuersa pro-
cepta non occides, non adulterabis, non furaberis
non falsum testimonium dices, & cetera his limi-
tia, vna charitatis obseruatione tenentur. Hoc o-
stendere est arduum: quomodo hostiae quoque
quae in Leuitico sunt praecptae, & ciborum vel
abstinentia vel permisso: cum alia munda alia

immunda: solennitatum quoque iugis per annos
recurrunt, in vno charitatis praecpto recapitulen-
tur. Nisi forte quis eò se transferat vt affirmet le-
gem spirituales esse, & imaginibus & exemplari-
bus nos celestium deseruisse, an tequam verus po-
tiffex adueniret qui postquam semel seipsum offe-
rens victimam, suo sanguine nos redemit, omnis
illa praefata legis varietas & difficultas, in ipsius su-
per homines dilectione completa est. *Tom. 6. lib. 3.
Com. in cap. 5. ad Galatas.*

**Articulus IX. Missae sacrificium veteris memo-
riam & honorem sanctorum celebrari, & si
illud Deo tantummodo non san-
ctis offeratur.**

OLATO vitulo pro vniuerso populo ter-
ra, in septem diebus reliquis dominicae pas-
sionis septem vituli & septem arietes immacula-
ti offeruntur quotidie, vt holocausto & igne Do-
minico concrementur. Septem autem vituli & se-
ptem arietes sunt, qui configurantur Dominicae
passioni: vt imitentur verum vitulum & verum
arietem, & sanguine martyrum per septem dies
totius mundi peccata purgantur. *Tom. 4. lib. 14.
Com. in cap. 45. Ezechielis.*

**Articulus X. Sacerdotes offerentes & cele-
brantes, casti, castibet ac sobrii
esse debent.**

INGREDIAMUR ad sancta, & stemus in conspe-
ctu Domini, capita nostra operire debemus:
Quia non iustificabitur in conspectu Domini om-
nis viuens. Et ab infantia cor hominis appolitu-
m est ad malitiam. Denique & feminalibus intrinse-
cus vitium: ne vlla in conspectu Dei polluta con-
scientiae, & operis nuptialis appareat turpitudine.
Quibus feminalibus accingi vult Saluator Apo-
stolos, dicens: Sint lumbi vestri accincti, & lucer-
nae ardentes in manibus vestris. Et Apostolus cre-
dentibus loquitur: State ergo accincti lumbos ve-
stros in veritate. Et imitatores Christi audiunt il-
lud quod de eo scriptum est. Erit iustitia accin-
ctus lumbos, & veritate circumdatus latera. Et haec
ipsa zona, qui est sanctus, & ad virtutum culmen
ascenderit, nequaquam violenter altringitur: ne
inuitus bonum continentiae obseruare videatur,
& in sudore vultus sui comedere panem, sed praec-
ptum Domini facere voluntate. Denique quan-
do foras egreditur & miscet se populo, sacerdotia
vestimenta deponit in gazophylacio, in quo
Dominicae diuitiae conferuntur: & alijs vtuntur
vestibus sacerdotes, aliaque doctrina ad vulgus ig-
nobile, ne sanctificetur populus in stolis eorum.
Tom. 4. lib. 13. Comment. in cap. 44. Ezechielis.

PRORO quod sequitur: Vt omnis Sacerdos,
quando ingressurus est atrium interius, vinū non
bibat: perspicuum est ebrietate & sicca statum
mentis euerit, & non plenē nos sapere, quando vi-
ni fatietate animus occupatur. Ebrietas autem
non solum in potione vini, sed in omnibus rebus
ostenditur, quibus & in contractibus, & in nego-
tjjs saeculi, & damnis ac lucris, amore & odio mens
inebriatur, & fluctuat & statum suum tenere
non potest. Et quia fragili carne circumdamur,
& cogimur pro victu & vestitu & necessarijs,
quae ad corpus pertinent, aliqua facere, quae fa-
cere non debemus: saltem hoc à nobis exigitur,
vt quando in nos reuertimur, & scimus
cur nati sumus, & interiora atque adyta templi
ingre-

Martyres co-
sueverunt
Domini e-
passioni, &
imitantur
Christum et
eorum sa-
guine peccata
purgantur

Psal. 142.
Gen. 8.

Luc. 11.
Ephes. 7.

Esai. 11.

Sacerdotum
mundiciae.

ingredimur, recedamus à vitijis sæculi, & ne mini ma quidem peccata faciamus. Per quæ ostenditur & peccare nos pro necessitatibus carnis peccata leuia: & rursum esse tempus, quando atrium ingredientes interius, ab omni ebrietate mundi alieni esse debemus. Tomo 1. lib. 13. Comment. in cap. 44. Ezechielis.

Quod quæ sequitur: Et ad mortuum hominẽ non ingrediatur, ne polluatur: propriè sacerdotis officij est, morticina non tangere, vt qui pro aliorum vitijis deprecatur, ipse ad altare mundus accedat. De quibus mortuis & Saluator loquitur in Euangelio: Dimitte mortuos, vt sepeliat mortuos suos. Tomo quarto, libro 13. Comment. in cap. 44. Ezechielis.

Caput VIII. De Cæmonijs & alijs ritibus ad Missam pertinentibus.

Articulus I. Vno in Calice offerendo ex Apostolica traditione aquam esse miscendam.

NON SI horrent sacco membra deformia, sed sic melius Christo obuiam rapietur in nubibus. Nulla Euriporũ amœnitate perfruitur: sed de latere Domini aquam vitæ bibit. Tom. 1. epist. 41. ad Rufinum.

Articulus II. Vasa sacra in vsu fuisse Hieronymi tempore, ad diuina mysteria peragenda.

OBTESTOR te coram Deo & Christo Iesu & electis Angelis eius, ne vasa templi Domini, quæ solis Sacerdotibus videre concessum est, facile in publicum proferas; ne sacrarium Dei quifquam prophanus aspiciat. Oza arcam, quam non licebat tangere, attingens, subita morte prostratus est, neq; enim vas aureum & argenteum tam charum Deo fuit, quàm templum corporis virginalis. Præcessit vmbra, nũc veritas est. Ezechias Dei thesaurum monstrat Aegyptijs: sed Assyrij non debuerunt videre quod cuperent. Denique frequentibus bellis Iudæa conuulsa, vasa primũ Domini capta atq; trãslata sunt; & inter epulas & cubinarum greges, quia palma vitiorum est, honesta pollucere, Balthasar portat in phialis. Tom. 1. epistola 22. ad Eustochium cap. 10.

NEPOTIANVS erat sollicitus si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pauimenta terfa, si ianitor creber in porta, vela semper in ostijs, si sacrarium mundum, si vasa luculenta, & in omnes cæmonias pia sollicitudo disposita, non minus, non maius negligebat officium. vbicunque eum quæreret, in Ecclesia, inuenires. Tom. 1. epistola 3. ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani.

Nihil Exuperio Tholosano Episcopo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro, &c. Tomo 1. epistola quarta ad Rufinum, capite 10.

Articulus III. Linteamine puro obuolendum corpus Domini.

ET accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda. Ex simplici sepultura Domini, ambitio diuitum condemnatur: qui nec in tumultis quidem possunt carere diuitijs. Possumus autem iuxta intelligentiam spiritualem &

Mat. 8.

Vide Cyprianum lib. 2. epist. 3. An brosum l. 5. de Sacram. c. 7. Hieronymi in quæst. super librum Paralipomenon. Augustinum de dogmat. Eccles. c. 5.

4. Reg. 20.

Vasa sacra non prophandanda.

Daniel. 5.

Nepotiani pia sollicitudo in omnes cæmonias.

Corpus Domini canistro vimineo sanguis portat in vitro.

hoc sentire, quod corpus Domini non auro, gemmis & serico, sed linteamine puro obuolendum sit, quanquam & hoc significet, quod ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui pura mente eum susceperit. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 27. Matth.

Articulus IIII. Minister sacrificiorum Diaconus.

EPHANIUS fratrem Hieronymi per multos Diaconos apprehendi iussit, & teneri os eius; ne fortè liberari se cupiẽs, adiuraret nos per nomẽ Christi: & primum Diaconum ordinauit, proponens ei timorem Dei, & compellans vt ministraret. valdè quippè obnitebatur, indignum se esse contestans. Tom. 2. Epist. 60. quæ est Ephaniij ad Ioannem Hierosolymitanum.

Articulus V. Laicos non esse proprio nomine dictos sacerdotes, sed tantum metapboricè & κατὰ χριστικῶς.

ORTHODOXVS. Quoniam obstinatè tenes, aliam esse rationẽ Episcopi, aliam Laici, ad compendium tibi cõcertationis tribuo, quod postulastis: nec me pigebit, locum te faciente, manum tecum conferere. Expono mihi, cur laicum venientem ab Arrianis recipias, Episcopum non recipias. LVCIER. Recipio laicum, qui se errasse cõfiteatur; & Dominus maullt penitentiam peccatoris, quàm mortem. ORTHOD. Recipe ergo & Episcopum; qui errasse se cõfiteatur, & Dominus maullt penitentiam peccatoris, quàm mortem. LVCIER. Si errasse cõfiteatur, cur Episcopus perseuerat: deponat sacerdotium, concedo veniam penitenti. ORTHOD. Respondebo tibi & ego sermonibus tuis. Si laicus se errasse cõfiteatur; quomodo laicus perseuerat? Deponat sacerdotium laici, id est, baptisma; & ego do veniam penitenti. Scriptum est enim: Regnum quippè nos & Sacerdotes Deo & patri suo fecit. & iterum, Gentem sanctam, regale sacerdotium, populum acquisitum. Omne, quod non licet Christiano, commune est tam Episcopo, quàm laico. Tom. 2. in Dial. aduersus Luciferianos. cap. 2.

Articulus VI. Quædam etiam alia ad Canonem vel reliquas sacrificij partes pertinentia, similiter in Missa recitata fuisse.

ILLVD audiens admiratus sum, quod quidam, qui solent vltro citroq; portare rumculos, & ijs, quæ audierunt, semper addere, vt tristitias & rixas inter fratres concitent, te quoque turbaerunt, & dixerũt, quod in oratione quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere: Domine, præsta Ioanni vt rectè credat. Noli nos in tantum putare rusticos, vt hoc tam apertè dicere poterimus. quanquam enim hoc in corde meo semper orem, tamen vt fatear simpliciter veritatem, nunquam in alienas aures protuli; ne te viderer parui pendere, dilectissime. quando autem cõplemus orationem secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus, & pro te quoq; dicimus: Custodi illum, qui prædicat veritatem. Vel certè ita: Tu præsta Domine, & custodi, vt ille verbum prædicet veritatis: sicuti occasio sermonis se tulerit, & habuerit oratio consequentiam. Tomo secundo, epistola sexagesima, capite secundo, quæ est Ephaniij ad Ioannem Hierosolymitanum.

CVM celebraretur collecta in Ecclesia vilæ quæ est iuxta Monasterium nostrum, ordinari cum

Linteamine puro obuolendum Domini corpus.

Diaconi officij ministrare sacrificio.

Sacerdotium laici est baptisma.

Apostol. 1. c.

Basilius de Spiritu sancto libro, capite 27.

Oratio vocatur Canon vbi oratur pro viuis & defunctis.

Compendia sine complementum Canonis lege Georgij vbi celiũ dicitur ex veteribus pro Canone Missæ peccatiari libello disputantem.

naui eum Diaconum. Tom. 2. epistol. 60. cap. 1. IN loco sancto, qui vocatur Bethel ego Epiphanius & Ioannes Hierosolymitanus Episcopi collectam ex more Ecclesiastico fecimus simul.

LEGI MVSI in Euangelio. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te; dimitte ibi munus tuum coram altari, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Si munera nostra absque pace offerre non possumus, quanto magis & corpus Christi accipere? Quia conscientia ad corpus Christi accedam, & respondebo Amen, cum de charitate dubitem porrigentis? Quæro te, vt patienter me audias, nec veritatem adulationem putes. Quisquam ne tibi inuitus cõmunicat? Quisquam ne extenta manu vertit faciem, & inter lacras epulas Iudæ osculum porrigit? Tu offers osculum, illi colla submitunt. Nouimus canones Ecclesiasticos: non ignoramus ordines singulorum: & lectione, & quotidianis exemplis vsque ad hanc aetatem multa didicimus, multa experti sumus, &c. Tomo secundo epistola 62. ad Theophilum cap. 1.

Christi corpus in pace & charitate accipiendum.

Osculum pacis in mysterijs datur.

Canones Ecclesiastici cognoscendi.

Vt oratio Dominica in Canonæ Missæ recitaretur dicitur Christus ipse suos apostolos, vt de Gregorius Niagnum li. 7. Epistolari epistola 63. ad Ioannem Episcopum Syracusanũ.

Psal. 31.

Pius error in Canone corrigitur.

audent dicere: Qui sedet super Cherubin & Seraphin. Nam & super Cherubin sedere Deum, scriptum est; vt ibi: Qui sedes super Cherubin, ostendere. Super Seraphin verò sedere Deum, nulla Scriptura commemorat: & ne ipsa quidem Seraphin circa Deum stantia, excepto præsentis loco, in Scripturis sanctis omnibus inuenimus. Tom. 3. epist. 123. ad Damasum.

NON PUBLICè recitantur offerentium nomina, & redemptio peccatorum mutatur in laudẽ, nec meminerunt viduæ illius in Euangelio, quæ in gazophylacium duo æra mittendo, omnium diuitum vicit donaria. Tom. 4. lib. 2. Comm. in caput 11. Hieremie.

Offerentium nomina in sacrificio recitata, vide Cyprianum lib. 3. Epistolæ, epistola 13. 14. 16. 18. & Sermone de Lapsis: continebantur nomina in dyptychis, id est, tabulis duabus, quarum altera viuorum, altera mortuorum nomina complectebatur. vide in eruditissimis notationibus Iuris Canonici postremò recogniti ac restituti Iussu Gregorij XIII. ad cap. 24. quæst. 1. c. Sanè.

NOSTRA munera, i. Ecclesiæ, quæ offerimus de primitiis nostris, respicit Deus, sicut respexit quodam sacrificia Abel. Tom. 5. lib. 2. Com. in c. 5. Amos.

Quod quæ sequitur: Vsq; ad torrẽtem Occidentis: de 67. Psalmo interpretabimur, in quo scriptũ est: Cantate Domino, Psalmm dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. Nisi enim mala opera in nobis occiderimus, Christus non ascendet super nos: Cùm autem illa occiderint, & Christum habuerimus autigam, tunc nobis proficientibus, & ad meliora pergentibus, in eodem Psalmo imperabitur: Cantate Deo: psallite Domino, qui ascendit super cælum cæli ad Orientem. Vnde & in mysterijs, primum renunciamus ei, qui in Occidente est, nobisq; moritur cum peccatis, & sic versi ad Orientem, pactum inimus cum sole iustitiæ, & ei seruituros nos esse promittimus. Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 6. Amos.

ET hymno dicto exierunt in motem Oliueti] Hoc est quod in quodam Psalmo legimus. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Matthæi.

Articulus VII. Peruersus gestus Diaconorum sacrificio stantium, & se sacerdotibus præferentium ab Hieronymo refellitur.

SEN DICIS quomodo Romæ ad testimoniũ Diaconi Presbyter ordinatur? quid mihi proferens vnus vrbis consuetudinem? quid paucitatem, de qua ortum est supercilium in leges Ecclesiæ, vindicas? Omne quod rarum est plus appetitur. Pulchrum apud Indos pipere pretiosius est. Diaconos paucitas honorabiles, Presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterum etiam in Ecclesia Romæ Presbyteri sedet, & stant Diaconi: licet paulatim increbescantibus vitijis, inter Presbyteros absente Episcopo sedere Diaconum viderim, & in domesticis conuiujs benedictiones Presbyteris dare. Discant, qui hoc faciunt, non se rectè facere, & audiant Apostolos: Non est dignum, vt relinquentes verbum Dei, ministremus mensis. Sciant quare Diaconi constituti sint. Legant Acta Apostolorum, recordentur conditionis suæ. Qui prouchitur de minori ad maius prouchitur. Autigitur ex Presbytero ordinetur Diaconus, Ecc 5 vt Pre-

Psal. 79.

Mat. 12.

Cur in mysterijs, primum renunciamus ei, qui in Occidente est, tum ad Orientem nos conuertam.

Hymnus est Canon. Psal. 21.

Austum reprehendit Hieronymus

Diaconi infiores Presbyteris.

Act. 6.

Traditio A-
postolica ex
veteri Testa-
mento sum-
pta de gradu
Diacon &
Sacerd.
Leuit. 8.
Num. 3. 4.
1. Par. 9.

vt presbyter minor Diacono comprobetur, in quem crescit ex paruo: aut, si ex Diacono ordina- tur presbyter, nouerit se lucris minorem, sacer- dotio esse maiorem. Et vt sciamus traditiones A- postolicas sumptas de veteri Testamento, quod Aaron & filij eius atque Leuitae in templo fuerut, hoc sibi Episcopi, Presbyteri, & Diaconi vindicent in Ecclesia. Tomo 2. Epistola 85. ad Euzerium.

Articulus VIII. Ad altare Dei munera offerre, & tam ab omni populo, quam a Sacerdotibus pro vniuersis supplicare moris olim fuisse.

Oratio pro
vniuersis in Ca-
none.

Ritus myste-
riarum.

ADMIRATVS sum quod quidam te turba- uerint & dixerint, quod in oratione quan- do offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dice- re. Domine praesta Ioanni vt recte credat. Quan- do complemus orationem secundum ritum my- steriorum, & pro omnibus, & pro te quoq; dici- mus: Custodi illum, qui praedicat veritatem. Vel certe ita: Tu praesta Domine, & custodi, vt ille verbu praedicet veritatis: sicut occasio sermonis fetulerit, & habuerit oratio consequentiam. To. 2. epist. 60. cap. 2.

Altare hosti-
as immola-
tas deuorat.

IN vinea, id est, Ecclesia extruxit torcular: quod quidam altare significari putant. Sicut enim ad torcular omnes vuae comportantur atq; calcantur, vt ex eis exprimatur vinum: sic altare omnes populi suscipit fructus, & immolatas hostias deuorat: iuxta illud quod de Benjamin, in cuius tribu templum fuit & altare, legitur: Benjamin lupus rapax, mane comedet, & ad vesperam dabit escam. Tom. 2. lib. 2. Com. in cap. 5. Esai.

Gen. 49.

DECIMUM genus in catalogo virtutu patris est: Panem suum esurienti dedit. Per quod docemur eleemosynam non futuris faciendam, sed esurien- tibus: nec dandam panem his, qui ructant plenitu- dine, sed his qui inanitate cruciatur. In pane autem omnis continetur cibus. Et significanter dicitur, suum: ne de rapinis & vfuris, & alieno malo pane quaesitum vertamus in misericordiam. Redem- ptio enim animae viri, propria diuitiae. Quod multos sacre conspicimus, clientes & pauperes, & agricolas, vt taceam de militantium & iudicu violentia: qui opprimunt per potentiam, vel sur- ta committunt, vt de multis parua pauperibus tri- buant, & in suis sceleribus gloriantur. Publiceq; Diaconus in Ecclesia recitet offerentium nomi- na: tantum offert illa, tantum ille pollicitus est: placenteq; sibi ad plausum populi, torquente eos conscientia. Damusque materiam miseris, vt gau- deant ad ea, quae tribuunt, & non lugeant ad ea, quae rapuerint. Tom. 4. lib. 6. Com. in ca. 18. Ezech.

Prou. 13.

Ad altare
Dei munera
offerbantur

Vide supra
hoc cap. art.
6. ex Com. in
cap. 11. Hier.

VICTIMAM & pro peccato, & pro delicto siue ignorantia comedent Sacerdotes, de quibus scri- ptum est: Peccata populi mei comedent. Nec tan- tum gaudendum est ad oblationem munerum, quantum timendum ad honoris condemnationem, si co abutantur indignè. Primitiua iuxta lit- teram sunt animantium & inanimantium, quae prima nascuntur, & quae primum terra gignit. Primitiuae quoque ciborum nostrorum sacerdoti- bus offeruntur, vt nihil gustemus nouarum fru- gum, nisi sacerdos ante gustauerit. Hoc autem faci- mus, vt reponat sacerdos benedictionem & ob- lationem nostram in domo sua: siue vt ad impre- cationem suam, Dominus benedicat domib; no- stris. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 4. Ezech.

Osce 4.

Cur offerretur
Sacerdo-
tibus mune-
ra & primi-
tiae ciborum.

Cur offerretur Sacerdotibus munera & primitiae ciborum.

BREVITER possumus dicere: frustra aliquos Deo offerre munera, & eleemosynas atque obla- tionibus putare Deum posse placari: cum ipsi in se non extruxerint templu Spiritui sancto. Tunc enim profunt eleemosynae & munera, quae offeruntur in altari, cum se ipsum quis aedificauerit templum Dei, & post aedificationem templi dona obtulerit in altari. Tomo quinto Commentariorum in cap. 2. Aggei.

Quando pro-
funt munera,
quae in altari
offeruntur

Articulus IX. Sacerdotalia sacrificia, altaria & loca Sacramentorum corporis & sanguinis Christi, videmque Sacerdotum & laicorum loca in templo discreta, & seruata esse debent.

FABRICATI sunt, inquit, limen suum iuxta li- men meum: vt nihil interesset inter sacrum & prophanum, & postes suos iuxta postes meos, vt vnus laicorum & sacerdotum esset introitus. Vnde & Apostolus dicit. Probet autem se homo, & sic accedat ad corpus & sanguinem Domini. Et vt grauius faceret, quod dicebat, sequentem iungit versiculum: Et murus erat inter me & eos: vt sacerdotalia sacrificia, & loca sacramentorum corporis & sanguinis Domini Iesu Christi vnus breuissimus murus diuideret. Et pollueret, inquit, nome sanctum meum, in abominationibus, quas fecerunt. Quid prodest habitationis vicinia, & medius inter cellulam nostram, & altare Domini paries: cum in his quae secreto facimus, & quae turpe est etiam dicere, contaminetur & pollua- tur nomen Domini. To. 4. li. 13. Com. in ca. 43. Ezech.

2. Cor. 31.

Articulus X. Fidelis populus accepturus Eu- charistiam: sacrificanti & porrigenti respondebat Amen.

SI munera nostra absque pace offerre non pos- sumus, quanto magis & corpus Christi accipe- re: Quia conscientia ad corpus Christi accedam, & respondebo Amen, cum de caritate dubitem por- rigentis: Tom. 2. epist. 62. cap. 2.

SCHOLIA.

Hic luculentissimis verbis Eucharistiam Christi cor- pus appellat, & quod Amen responderet ut a fidelibus qui ea sumebant, meminit. Alludit ad locum Pauli 1. Cor. 14. Quo modo, inquit, Apostolus dicit, Amen super tuam benedictio- nem? Et in τὴν εὐχαριστίαν, super tuam Eucharistiam, est in Graeco textu, & verbo εὐχαριστίαν εἰς τὸν ἄγιον πνεῦμα. Intelligendus igitur Paulus de oratione, consecratione siue benedictione, qua in sacrificio Liturgico translemetur panis in corpus Christi.

Cap. IX. De Sacramento Penitentiae.

Articulus I. Penitentiae virtutem, quae in fide fundatur, vt in omnibus peccatoribus: ita in adul- teris ante baptismum ad consequendam iustitiam requiritur.

PsE Matthaeus (secundum illud quod dicitur a Salomone: Iustus accusator est sui in principio ser- monis. Et in alio loco: Dic tu pec- cata tua, vt iustificeris) Matthaeu se & publicanu nominat: vt osten- dat legentibus nullum debere salutem despera- re, si ad meliora conuersus sit: cum ipse de Publi- cano in Apostolum sit repente mutatus. Tom. 6. li. 1. Comment. in cap. 9. Matth. Cap. 13. fac. 11.

Prou. 18.

Penitentia
Matthaei.

Hic

Galat. 2.
Philemonis
penitentia.

Ios. 3.

Penitentia
auecedu ba-
ptismu.

2. eeb. 1.

Quatuor he-
rejes tonimia-
ni.

Secunda he-
rejis quod se-
mel baptiza-
ti non possunt
amplius pec-
care.

Genes. 13.

Diabolum au-
ditor herese-
on.

Partitionis
ordo seruat⁹
in consuetudo

Secunda he-
rejis scriptu-
rarum nube
opprimunt.

Hic Philemon cum ob confessionem Chri- sti, Paulus Romae esset in carcere, credidit in Chri- stum & ab eo baptizatus digna poenitentia mac- ularum vitae prioris absterfit, in tantum vt is Apo- stolus conuersationis eius testis fieret: qui quon- dam Petrum increpauerat, non recto pede in Eu- angelij veritate gradientem. Quantum igitur ad peccatum & ad facinus pertinet, quo Domi- nus leserat, veniam non meretur: quantum ve- ro ad Apostoli testimonium qui scit eum plene esse conuersum, grandi pondere premitur qui ro- gatur: vt qui a seruo fugitiuo atque raptore, mi- nister Apostoli factus erat. Tom. 6. lib. vnico Com. in cap. 1. ad Philemon. Tol. 21. fac. 2.

JORDANEM conuersum esse retrorsum non legitur in historia, nisi quando circa in ipsum intrauerit: quasi retrorsum ambulasset illa aqua, sic stetit quasi murus, & illa alia aqua perambu- lauit in mare. Quid ergo intelligitur per hoc? Iordanis interpretatur descensio eorum. Illi in- telliguntur: qui veniunt ad baptismum. Quando viderunt Martyres pati persecutiones multas, co- uersi sunt in mare hoc est, in gentilitate negauerunt. Postea Dominus per suos praedicores vocauit illos: Couertimini ad me, & ego reuertar ad vos. Et conuersi fuerunt postea multi ad Deum. Illa aqua perambulauit in mare, ij sunt infideles, qui ambulauerunt in mare, id est, in mare perditio- nis. Tom. 7. Com. in Psal. 113. Tol. 147. fac. 2.

Articulus II. Baptizatos in Christo, non posse in peccata relabi falsum & Hereticum dogma esse.

DICIT virgines, viduas & maritatas, quae se- mel in Christo lotae sunt, si non discrepent ceteris operibus, eiusdem esse meriti. Nititur ap- probare, eos qui plena fide in baptismate renati sunt, a diabolo non posse subuerti. Tertium pro- ponit inter abstinentiam ciborum, & cum gra- tiarum actione perceptionem eorum; nullam esse distantiam. Quartum, quod extremum, esse omnium qui suum baptismum seruauerint, vnam in regno celsorum remunerationem. Haec sunt si- bila serpentis antiqui: his consilij draco de Para- diso hominem expulit, nam & saturitatem ieiunij praefendo, reponiuit eos immortales fu- turos, quasi nunquam possent corrui: & dum diuinitate aequalum Deo pollicetur, expulit eos de paradiso, vt qui nudi, & expediti, & absque vl- la macula virgines, Domini confortio frueban- tur, deiecit in vallem lachrymarum, tunicis con- suti, & pelliceis vestirentur. Sed ne leclorem diu- tius morer sequar vestigia partitionis expositae, & aduersus singulas propositiones eius, scriptu- rarum vel maxime nitar testimonij: ne querulus garriat, se loquentia magis, quam veritate, supe- ratum, quod si expleuero & illum vtriusque tes- tamenti nube oppressero, assumam exempla fa- cularis quoque literatura, ad quam & ipse pro- uocat: doceboque, etiam inter Philosophos, & e- gregios in republica viros, virtutes voluptatibus, id est, Pythagoram, Platonem & Aristidem, Ari- stippo, Epicuro, & Alcibiadi ab omnibus solere praeferrari. Vos quae vtriusque sexus virgines, & continentes, mariti quoque & digami, vt conatus meos orationibus adiuuetis. Tom. 2. aduersus Iouinia- num lib. 1. cap. 2.

DICTUM est, quod si quis peccauerit, aduocatum habebimus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quod cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eu, & mandata eius non custodit mendax est, & in eo veritas non est, qui autem seruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc sci- mus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambula- re. Propterea, inquit, scribo vobis filij mei: Om- nis qui natus est ex Deo, non peccat, vt non pec- cetis: & tam diu sciat is vos in generatione Domi- ni permanere, quam diu peccaueritis. Inimod qui in generatione Domini perseverant peccare non possunt. Que enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quomodo dies & nox miseri no queunt, sic nec iustitia & iniquitas, pec- catum & bona opera, Christus & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pec- toris, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam ingressus fuerit diabolum: pro- tinus Christus recedit. Vnde & David post pec- catum, Redde mihi, ait, latitiam salutaris tui sci- licet quam peccando amiserat. Qui dicit se nosse Deu & mandata eius non custodit, mendax est, in eo veritas non est. Christus veritas appellatur: Ego sum, inquit, via, veritas & vita. Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonum & non facienti illud peccatum est. Quo modo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fi- des sine operibus mortua. Nec grande putemus vnum Deum nosse, cum & daemones credant, & contremiscant. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eligat ad- uersarius de duobus quod vult, optionem enim damus. Manet in Christo an non manet? Si ma- net, ita ergo ambulet, vt Christus. Si autem teme-

re dicere videretur, adiecit: Quicumque autem re- nouati fuerint, ostendi eos aqua & non spiritu baptizatos. Quod in Simone mago legimus. Vnde & Iohannes dicit: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est, & in hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. & in fine Epistolae: Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eu, & malignus non tangit eum. Reuera fortis obie- ctio, & quae indissolubilis permaneret, nisi ipsius Iohannis testimonio solueretur. statim enim intu- lit: Filioli custodite vos a simulachris. Si omnis qui natus est ex Deo, non peccat & a diaboli ten- tati non potest, quomodo praecipit vt caueant ne tententur? Et in eadem rursus Epistola. Si dixe- rimus quia peccatum non habemus, ipsi nos sedu- cimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, vt remittat no- bis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quia non peccauimus, mendacem faci- mus eum, & verbum eius non est in nobis. Ex- istimo quod Iohannes baptizatus ad baptizatos scri- pserit, & quod omne peccatum a diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem post baptismum peccatorum, & Iouinianus meus dicit: Ne tangas me, quoniam mundus sum. Quid ergo? contraria sibi Apostolus loquitur? Mini- me. In eodem quippe loco cur hoc dixerit, sta- tim edisserit: Filioli mei haec scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habebimus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quod cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eu, & mandata eius non custodit mendax est, & in eo veritas non est, qui autem seruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc sci- mus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambula- re. Propterea, inquit, scribo vobis filij mei: Om- nis qui natus est ex Deo, non peccat, vt non pec- cetis: & tam diu sciat is vos in generatione Domi- ni permanere, quam diu peccaueritis. Inimod qui in generatione Domini perseverant peccare non possunt. Que enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quomodo dies & nox miseri no queunt, sic nec iustitia & iniquitas, pec- catum & bona opera, Christus & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pec- toris, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam ingressus fuerit diabolum: pro- tinus Christus recedit. Vnde & David post pec- catum, Redde mihi, ait, latitiam salutaris tui sci- licet quam peccando amiserat. Qui dicit se nosse Deu & mandata eius non custodit, mendax est, in eo veritas non est. Christus veritas appellatur: Ego sum, inquit, via, veritas & vita. Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonum & non facienti illud peccatum est. Quo modo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fi- des sine operibus mortua. Nec grande putemus vnum Deum nosse, cum & daemones credant, & contremiscant. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eligat ad- uersarius de duobus quod vult, optionem enim damus. Manet in Christo an non manet? Si ma- net, ita ergo ambulet, vt Christus. Si autem teme-

Apost. 3.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 5.

Obiectio
soluitur.

1. Ioan. 1.

Lacorum
a vniuersis
apud Ioanem
dissoluitur.

1. Ioan. 2.

2. Cor. 2.

Psal. 50.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 14.

Fides sine o-
peribus mor-
tua.

1. Ioan. 2.

Dilectate
cogitringit lo-
uinianduz.

Ecc 4 rariun

rarium est similitudinem virtutū Domini polliceri, non manet in Christo, quia non ingreditur vtrū Christū. Ille peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur, non maledixit, & tanquam agnus coram tunc dente sic non aperuit os suum, ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil. Qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit Deus: nos autem iuxta Epistolam Iacobi, multa peccamus omnes, & nemo mundus à peccatis, nec si vnus quidem die fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse à peccatis? Tene murque rei in similitudinem prauaricationis Adam. Vnde & Dauid, Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et Beatus Iob: Si fuero iustus, os meum impia loquetur: & si sine crimine, prauus inueniar. Et si purificatus niue & lotis mundis manibus, satis me sordē tinxisti, & exeratū est me vestimētum meum. Verum ne penitus desperemus, arbitantes nos post peccata baptismi non posse saluari, statim hoc ipsum temperat. Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed etiā pro totius mundi. Hoc ad credentes post baptismum loquitur, & aduocatum pro delictis eorū Dominum pollicetur. Nec dicit: Si quid peccaueritis, aduocatum habetis apud patrē, Christū, & ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne vos diceret non plena fide baptismum consecutus, sed aduocatum, inquit, habemus apud patrem Iesum Christum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non solum pro Ioannis aliorumque peccatis, sed etiam pro totius mundi. In toto autem mundo & Apostoli sunt, omnesque credentes. Ex quibus liquido comprobatur, post baptismum posse peccari, frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum, si peccari non potest. *Tomo secundo libro secundo, contra Iovinianum capite primo, Folio 163. facie prima.*

PETRUS A Apostolos, ad quem dictum fuerat. Qui lotus est, non necesse habet vt iterum lauet: Et: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus, Simon, Simon, ecce inquit, sathanas postulauit vos, vt cribraret sicut triticū. ego autem rogauit pro te, ne deficeret fides tua. Et in eodem loco: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem, spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quod si ante crucem dictum responderis: certe post crucem in oratione dominica dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Si non peccamus post baptismum, cur nobis poscimus peccata dimitti, que in baptisate iam dimissa sunt? Quid oramus ne intremus in tentationem, & vt liberemur à malo, si diabolus tentare non potest iam baptizatos? Aliud autem est, si ad Catechumenos hæc oratio pertinet, & non conuenit fidelibus & Christianis. Paulus electionis vas, castigat corpus suum & in seruitutem redigit, ne alius prædicans ipse reprobos inueniatur. Et datus est mihi, inquit, stimulus carnis, angelus Satanæ qui me colaphizet. Et ad corinthios, Timeo, inquit, ne sicut serpens decepit Euam in astutia sua, ita corruptantur sensus vestri à simplicitate, quæ

est in Christo. Et alibi: Cui autem aliquid donastis, & ego? nam & ego quod donasti, si quid donauit, propter vos, in persona Christi, vt non circumueniamur à sathana. Non enim eius ignoramus astutias. Et rursus: Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem Deus, qui non dimittet vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum. vt possitis sustinere. Et qui sibi videtur stare videat ne cadat. Et ad Galatas: Currebatis benè, quis vos impediuit veritati non obedire? Et alibi: Voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel, & iterum, sed impediuit nos sathanas. Et ad maritos: Et iterū reperimini ad idipsum, ne tentet vos sathanas, propter incontinentiam vestram. Et rursus: Dico autem, spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt non quæ vultis, illa faciatis. ex vtroque compacti necesse est, vt vtriusque contra se substantiæ bella patiamur. Et ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus rectores tenebrarum istarum, aduersus spiritumalia nequitie in cœlestibus. Et existimat aliquis securos & dormientes nos esse debere post baptismum? Nec non ad Habreos: Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt donum cœlestē, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque nihilominus bonum Dei verbum virtutisque sæculi futuri, & prolapsi sunt, renouari iterum ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsum filium DEI, & ostentui habentes. Certè eos qui illuminati sunt & gustauerunt donum cœlestē, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque bonum Dei verbum, negare non possunt baptizatos: si autem baptizati peccare non possunt, quo modo nunc Apostolus dicit, Et prolapsi sunt? Verum ne Montanus, & Nouatus hic rideant, qui contendunt, non posse renouari per pœnitentiam eos, qui crucifixi sunt sibi metipsum filium Dei, & ostentui habuerunt: consequenter hunc errorem soluit, & ait: Confidimus de vobis dilectissimi, meliora & viciniora salutis, tamen si ita loquimur: non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & nunc ministratis. Et reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non susciperet. Ita locutus sum, inquit, Apostolus, vt vos à peccatis retraherem, & desperationis metu facerem cautiore. Cæterum confido de vobis, dilectissimi, meliora & viciniora salutis. neque enim iustitiæ Dei est, vt obliuiscatur bonorum operum, & ministerij quod propter nomen eius exhibuistis, & exhibetis in sanctis, & tantum meminerit peccatorum. Sed & Apostolus Iacobus, sciens baptizatos posse tentari & propria correre voluntate, Beatus, ait, vir, qui fuserit tentationem: quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quæ repromisit Deus diligentibus se. Ac ne putaremus, secundum illud Genesios, vbi scribitur, Abraham à Deo fuisse tentatum, nos quoque tentari à Deo: Nemo, inquit, cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentor. Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat, vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua ab-

2. Cor. 7.
1. Cor. 10.
Galat. 5.
1. Thess. 2.
1. Cor. 7.
Gal. 5.
Vtriusque contra se substantiæ bella patiamur.
Ephes. 6.
Hebr. e. 6.
Post baptismum non debemus esse securi & dormientes.
Hæresis hæc Ioviniani à Montano non nato traxit originem.
Si nulla merces bonorum operum in ihm esset Deus.
Iacob 2.
Genes. 22.

tractus & illectus: Dehinc concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum autem cum consummatum fuerit generat mortem. Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est. Sic in bonis operibus perfectior est Deus, non est enim volentis neque currentis, sed miserentis & adiuuantis Dei, vt peuenire valeamus ad calcem: sic in malis atque peccatis, semina nostra sunt inuentura & perfectio Diaboli. Cum viderit nos super fundamentum Christi aedificare scœnum, ligna, stipulam, tunc supponit incendium. Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides preciosos, & tentare non audebit: quamquam & in hoc non sit certa & secunda possessio. Sedet quippe Leo in insidijs & in occultis, vt interficiat innocentem. Et vasa figuli probat fornax, homines autem iustos, tentatio tribulationis. Et in alio loco scribitur: Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara te ad tentationem. Rursus idem Iacobus loquitur: Estote factores verbi & non auditores tantum. Si quis auditor est verbi & non factor: iste similis est viro, qui considerat vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit illū & statim recedens oblitus est, qualis sit. Frustra monuit, vt iungeret opera fidei, si post baptismum peccare non poterat. Qui totam legem, inquit, seruauerit, & peccauerit in vno, factus est omnium reus. Quis nostrum absque peccato? Concluse DEVS omnia sub delicto, vt omnibus miseretur. Petrus quoque, Nouit, inquit, Dominus pius de tentatione erueret. Et de falsis doctoribus: Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbidæ exagitate, quibus caligo tenebrarum reseruat. Superba enim vanitatis loquentes pellicient in desiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugerant, & ad errorem reuerſi sunt. Nonne tibi videtur pinxisse sermo Apostolicus nouam, imperitiæ factionem? aperit enim quasi fontes scientiæ, qui aquam non habent doctrinarum: promittunt hymbrem, velut nubes propheticæ, ad quas perueniat veritas DEI, & turbidibus exagitantur dæmonum, atque vitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est. Immundus est autem apud Deum omnis qui exaltat cor suum, vt qui paululum refugerant à peccatis, ad suum reuertantur errorem, & suadent in luxuria, ciborum carnisque delicias. Quis enim non libenter audiat: Manducemus & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapientes & prudentes prauos vocat, eos verò qui dulces sunt in sermonibus non audiunt. Ioannes Apostolus, imò in Iohanne Saluator scribens angelo Ephesi Ecclesiæ, Scio, inquit, opera tua, & laborem & patientiam tuam, & quia sustinisti propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto vnde cecideris, & age pœnitentiam & prima opera fac, sin autem, veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi pœnitentiam egeris. Similiter & ceteras Ecclesias, Smyrnam, Pergamum, Tyathiram, Sardis, Philadelphiam, Laodicæam, ad pœnitentiam prouocat, & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinauerunt vestimenta sua, & ambu-

laturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autem dicit: Memento: vnde cecideris, & emissurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini: & scio vbi habitas, vbi sedes est sathanæ, & in mente habe qualiter acceperis, & audieris, & serua, & pœnitentiam age, & reliqua: vti que eidem dicit, qui credit, & baptizatus est, & stans quondam corruit per delictum. *Ibidem capite secundo.*

PAVLVS PER de veteri testamento exempla distuleram quia solent, vbiunque contra eos facit, dicere, lex & propheta vsque ad Ioannem, cæterum quis ignorat, sub altera dispensatione DEI omnes retro sanctos eiusdem fuisse merito, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo ante Abraham placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate, seruiuit ille legi & tempori suo, seruamus & nos Euangelio, & tempori nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt. Dauid electus secundum cor DOMINI, qui omnes eius fecerat voluntates, & qui in quodam Psalmo dixerat: Iudica me DOMINE, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum & in DOMINO sperans non infirmabor: Proba me DOMINE, & tenta me, vt renes meos & cor meum: postea tentatur à diabolo, & post peccatum penitens loquitur: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnam peccatum magna deleri vult misericordia. Salomon amabilis Domini & cuius Deus fuerat reuelatus, quia amator mulierum fuit, à Dei amore discessit. Manassen impijssimum regem, post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber Dierum restitutum refert. Et Iolias vir sanctus, in campo Magedo ab Aegypto rege confoditur. Iesus quoque filius Iosedech sacerdos magnus, quamquam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus Ecclesiam copulauit, tamen secundum litteram, post sacerdotium fordidatus inducitur: & stat diabolus à dextris eius, & candida illi vestimenta deinceps redduntur. Superfluum est de Moyse & Aaron scribere, quod ad aquam contradictionis offenderint Deum, & terram repromissionis non intrauerint, cum beatus Iob angelos quoque & omnem creaturam peccare posse commemorat, dicens: Quid enim, nunquid homo coram Deo mundus est? aut in operibus suis sine macula vir? Si contra seruos suos non credit & aduersum angelos suos paruum quid reperit, quanto magis habitantes in domibus luteis, de quibus & nos ex eodem luto sumus? Tentatio est vita hominis super terram. Et cecidit Lucifer, qui mittebat ad vniuersas nationes. Et ille, qui in Paradiso deliciarum inter duodecim nutritus est lapides, vulneratus à monte DOMINI ad inferna descendit: Vnde & Saluator in Euangelio: Videbam, inquit, Sathanam quasi fulgurde celo cadentem. Si altissima illa sublimitas cecidit, quis cadere non possit? si in celo ruina, quanto magis in terra. Et tamen cum ceciderit Lucifer, imò post casum coluber antiquus, virtus eius in lumbis eius, & potestas eius super vmbilicum ventris: obumbrantur in eo arbores magnæ, & dormit iuxta iuncum & calamum, & caricem. Ipse est rex omnium, quæ in aquis sunt, vbi scilicet voluptas & luxuria, & pro

Matt. 11.
Ex veterite flamento cœlesti superiorum b. res. 1. Cor. 10. Reg. 13.
Psal. 25.
Psal. 50.
3. Reg. 11.
2. Para. 33.
4. Reg. 23.
Zach. 3.
Num. 20.
Iob. 4.
Iob. 7.
Esa. 14.
Luc. 10.
Iob. 40.

pago & irrigatio nuptiarum. Quis enim denu-
dabit faciem vestitus eius? Et portas vultus ei
quis aperiet? Saginantur in eo nationes Actio-
pum, partiantur cum Phœnicum gentes. Ac ne
fortitan tacitè legentis cogitatio putaret eas,
tantum Phœnicum gentes & populus Actio-
pum significari, quibus draco in escam datus sit,
statim de ijs, qui per mare huius sæculi transe-
unt, & ad portum salutis peruenire festinant,
dicitur. Et in nauibus piscatorum caput eius
stat, sicut incus infatigabilis, reputat ferrum
vt paleas & sicut lignum putre, æs & omne au-
rum maris sub eo est, sicut lutum seruescere
facit abyssum, sicut vas æneum: æstimat ma-
re, sicut delectum, & tartarum abyssu, vt cap-
tium omne altum videt. Et arbitratur Iou-
nianus meus facilè sibi eum posse succumbere.
Quid loquar de sanctis viris & do angelis, qui
cum creaturæ DEI sint, possunt vtique recipere
peccatum? Filium Dei tentare ausus est, &
prima eius & secunda sententia reperculsus, ni-
hilominus caput leuat, & tertio vulneratus, vs-
que ad tempus recedit, differens magis tenta-
tionem, quam auferens: & nos nobis blandi-
mur de baptisate: quod sicut priora peccata
dimittit, sic in futurum seruare non potest, ni-
si baptizati omni custodia seruauerint cor su-
um. *ibid. cap. 3.*

Non aucter & falso putas, & amanter stu-
dioseque fecisti, vt nouam mihi ex veterem ite-
res quæstionem quæ ante litteras tuas plero-
que in oriente decepit, vt per simulatam hu-
militatem, superbiam discerent, & dicerent cum
diabolo: In cælum ascendam super fydera cæ-
li ponam thronum meum, & ero similis altissi-
mo. Quæ enim potest alia maior esse teme-
ritas, quam DEI sibi non dicam similitudi-
nem, sed æqualitatem vindicare, & breui sen-
tentia omnium hæreticorum venena comple-
cti, quæ de philosophorum & maximè Py-
thagore, & Zenonis, principis stoicorum fon-
te manarunt? Illi enim, quæ Græci appellant *αδ-
δν*, nos perturbationes possumus dicere, ægri-
tudinem videlicet, & gaudium, spem, & me-
tum, quorum duo præsentia, duo futura sunt,
asserunt extirpari posse de mentibus, & nullam
fibram radicemque vitiorum in homine om-
nino residere, meditatione, & assidua exerci-
tatione virtutum. Aduersum quos & Peripa-
teticis, qui de Aristotelis fonte descendunt,
fortissimè disputant, & Academici noui quos
Tullius sequitur, & eorum non dico res, quæ
nullæ sunt, sed vmbra & vota subuertunt.

Hoc est enim, hominem ex homine tollere,
& in corpore constitutum esse sine corpore: &
optare potius quam dicere: dicente Apostolo:
Miser ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Et quia Epistolaris breuitas non
potest omnia comprehendere strictim tibi vitæ
da describam.

Vnde & illud Virgilianum est: Hinc me-
tuunt cupiuntque dolent, gaudentque, nec au-
ras respiciunt, clauæ tenebris & carcere cæco.
Quis enim potest aut non gestire gaudio aut mœ-
rore contrahi, aut spe extolli, aut timore terre-
ri? Quamobrem & grauissimus poëta Flaccus
scripsit in Satyra: Nam vitij nemo sine nasci-
tur: Optimus ille est, qui minimis vrgetur. Pul-

chrè quidam nostrorum ait: Philosophi patri-
archæ hæreticorum, Ecclesiæ puritatem peruer-
sa maculauere doctrina: vt nesciant illud di-
ctum de humana fragilitate. Quid gloriatur
terra, & cinis? præsertim cum Apostolus dicat:
Video aliam legem in membris meis, repugnan-
tem legi mentis meæ. & ducentem me in capti-
uitatem: Et iterum: Non enim quod volo, hoc
ago, sed quod nolo id operor. Si, quod non
vult operatur, quo modo stare potest hoc, quod
dicitur, posse hominem sine peccato esse si ve-
lit? Qua ratione potest esse, quod velit, cum A-
postolus asserat se, quod cupiat implere non
posse? Cumque ab eis quaerimus, qui sint illi
quos absque peccato putant, noua strophæ elu-
dere cupiunt veritatem: se non eos dicere, qui
sint, vel fuerint, sed qui esse possint. Egregij do-
ctores dicunt esse posse, quod nunquam fuisse
demonstrant, dicente scriptura: Omne quod
futurum est, iam factum est in priore tempore.
Neque nunc mihi necesse est, ire per singulos
sanctorum, & quasi in corpore pulcherrimo,
nauos quosdam & maculas demonstrare: quod
plerique nostrorum simpliciter faciunt, cum
paucis sententiis scripturarum possint hære-
ticorum & per eos philosophorum argumenta
conuinci. Quid enim dicit vas electionis? Con-
clulit Deus omnia sub peccato, vt omnium mi-
sereatur. Et in alio loco: Omnes enim pecca-
uerunt, & indigent gloria Dei. Ecclesiastes quo-
que per quem se cecinit ipsa patientia, liberè
protestatur & dicit: Non est homo iustus super
terram, qui faciat bonum & non peccet. Et ite-
rum: Si peccauerit populus tuus, nõ est enim ho-
mo qui non peccet. Et quis gloriabitur castum se
habere cor? & non est mundus à sorde, ne si v-
nius diei fuerit super terram vita eius. Vnde &
Dauid dicit: Ecce in iniquitatibus conceptus
sum, & in delictis concepit me mater mea. Et
in alio Psalmo: Non iustificabitur in conspectu
tuo omnis viuens. Quod testimonium sub no-
mine pietatis, noua argumentatione deludunt.
Aiunt enim ad comparisonem DEI nullum
esse perfectum, quasi scriptura hoc dixerit, ne-
que enim ait: Non iustificabitur viuens: sed:
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vi-
uens. Quando enim dicit, in conspectu tuo,
hoc intelligi vult, quod, etiam qui hominibus
sancti videntur, Dei scientiæ atque notitiæ ne-
quaquam sancti sint. Homo enim videt in
facie, DEVS autem in corde. *Tomo secundo,
aduersus Pelagianum, ad Ctesiphontem capite primo.*

SEN vt dicere ceperam, exponam breuiter
principum & sociorum tuorum nomina, vt ani-
maduertas, qualium consortio gloriaris. Ma-
nichæus electos suos, quos inter animas Plato-
nis in cælestibus collocat, dicit omni carere pec-
cato, nec, si velint, posse peccare: ad tanta enim
eos virtutum culmina transcendisse, vt carnis
operibus illudant. Priscillianus in Hispania
pars Manichæi, de turpitudine cuius te discipu-
li diligunt plurimum verbum perfectionis &
scientiæ sibi temerè vindicantes, soli cum solis
clauduntur mulierculis, & illud eis inter coi-
tum amplexusque decantant: Tum pater om-
nipotens sæcundis imbribus æther Coniugis
in gremium lætæ descendit: & omnes Magnus
ait: magno commixtus corpore, factus. Qui qui-
dem

*Terentia
um
Eccl. 20.
Rom. 7.*

Rom. 18.

Rom. 3.

Eccl. 7.

2. Paral. 6.

Proverb. 20.

Iob 14.

Psal. 50.

Psalm. 145.

1. Reg. 16.

*Origo hære-
tici.*

*Priscilliani-
storum im-
pudicitia.*

dem partem habent Gnosticæ hæreses de Ba-
siliidis impietate venientes. Vnde & vos as-
seritis, eos, qui absque legis scientia sunt, pecca-
ta vitare non possent. *ibidem capite secundo, Fol. 264.
facie secunda.*

SCRIPTA iam ad Ctesiphontem Epistola,
in qua ad interrogata respondi, crebra fratrum
expostulatio fuit, cur promissum opus vltra
differrem, in quo pollicitus sum, me ad cun-
ctas eorum, qui & *αδδν* prædicant quæstionu-
culas responsurum: nulli enim est dubium, quin
Stoicorum, & Peripateticorum, hoc est, vete-
ris Academicæ, ista contentio sit, quod alij eorum
asserant *αδδν*, quas nos perturbationes possumus
dicere, ægritudinem, gaudium, spem, timo-
rem, & eradicari, & extirpari posse de menti-
bus hominum, alij frangi eas, regi atque mode-
rari, & quasi infrenes equos quibusdam lupatis
coerceri. Quorum sententias & Tullius in
Tusculanis disputationibus explicat: & Orige-
nes Ecclesiasticæ veritati, in Stromatibus suis
miscere conatur: vt præteream, Manichæum,
Priscillianum, Euagrium, Hiperboritam, Iou-
nianum, & totius penè Syriæ hæreticos, quos
sermone gentili Abin, & Paanin, id est, peruer-
sos & Manilianos, Græcè *τοχεταις* vocant quo-
rum omnium ista sententia est, posse ad perfe-
ctionem, & non dicam ad similitudinem, sed
æqualitatem DEI, humanam virtutem & sci-
entiam peruenire: ita vt asserant se ne cogitatio-
ne quidem, & ignorantia, cum ad consumma-
tionis culmen ascenderint, posse peccare. *Tomo se-
cundo, in Proemio in Dialogo aduersus Pelagianos Fol.
268. facie 1.*

DIc mihi: si tibi videtur hoc, quod cum Dei
adiutorio paulo ante dicebas, posse hominem
non peccare, si velit, in perpetuum dicas, an ad
tempus breue? Critobul. Superflua interroga-
tio est, si enim, ad tempus & breue, dixero, nihil
minus refertur ad perpetuum, quidquid enim
ad breue dederis, hoc concedes & in perpetuum.
Atticus. Quid dicas, nõ fatis intelligo. Crit.
Ita ne durus es vt manifesta nõ sentias? Atti-
cus. Non me pudet nescire, quod nescio, & de
quo futura est disputatio, debet inter vtrum-
que conuenire, quem sensum habeat. Critobul.
Ego hoc assero, qui potest vno die se abstinere,
à peccato, posse & altero, qui duobus posse & tri-
bus, qui tribus posse & triginta, hoc ordine pos-
se & trecentis & tribus millibus, & quamdiu-
cunque se voluerit abstinere. Atticus. Dic er-
go simpliciter, posse hominem in perpetuum cf-
se sine peccato si velit? Possumus ne omne, quod
volumus? Critobul. Nequaquam: neque enim
possum, quidquid voluero: sed hoc solum di-
co hominem sine peccato esse posse, si velit.
Atticus. Quæ, vt mihi respondeas. Hominem
me putas an bellua sis, ipse me belluam
conferbor. Atticus. Si ergo vt dicis homo sum,
quo modo cum velim & satis cupiam non pec-
care, delinquo? Quia voluntas imperfecta est.
si enim verè velles, verè vtique non peccares. At-
ticus. Ergo tu qui me arguis, non verè cupere,
sine peccato es, quia verè cupis? Critobul. Quasi
ego de me dicam quæ peccatorem esse confiteor,
& non de paucis & raris, si vero voluerint non
peccare. Atticus. Interim ex meo tuoque iudi-
cio, & ego, qui interrogo, & tu qui respondes, pec-

*Disputat con-
tra δδδν
αδδν.*

catores sumus? Critobul. Sed possumus non ef-
fe, si velimus. Atticus. Dixi de me velle non
peccare: te quoque hoc sentire, non dubium est.
Quo modo ergo quod vterque volumus, vter-
que non possumus? Critobul. Quia plenè non
volumus. Atticus. Da ergo, qui maiorum no-
strorum planè voluerint, & potuerint. Crito-
bul. Hoc quidem non facilè est ostendere, ne-
que enim quando dico hominem posse esse si-
ne peccato si velit, aliquos fuisse contendo, sed
simpliciter posse esse, si velit. aliud namque est,
esse posse, quod Græcè dicitur *δδδν*: aliud est,
esse quod ipsi appellant *ἐπέχειν*: Possum esse
medicus, sed interim non sum, possum esse fa-
ber, sed necdum didici. quidquid igitur possum
licet necdum sim, tamen ero, si voluero. Atticus.
Aliud sunt artes, aliud id, quod super artes est.
Medicina & fabrica, & artes cætera inueniuntur
in plurimis: siue peccato autem esse perpetuo,
diuinæ solius est potestatis. Itaque aut da
exemplum, qui absque peccato fuerint in per-
petuum: aut si dare non potes, confitere imbeci-
llitatem tuam: & noli ponere in cælo os tuum,
vt per esse, & esse posse, stultorum illudas auri-
bus. quis enim tibi concedet, posse hominem fa-
cere, quod nullus vnquam hominum potuerit?
An tu dialecticis ne imbutus quidem es? Si enim
potest homo, non posse, tollitur: si autem non
potest, posse subuertitur. Aut concede mihi a-
liquem potuisse, quod fieri posse contendis: aut,
si nullus hoc potuit, inuitus teneberis, nullum
posse, quod possibile iactitas. Inter Diodorum
& Chrysiippum, valentissimos dialecticos, *περί
ἀδδν* ista contentio est. Diodorus id solum
posse fieri dicit, quod aut sit verum, aut verum
futurum sit, & quidquid futurum sit, id fieri ne-
cesse esse, quidquid autem non sit futurum, id
fieri non posse. Chrysiippus verò, & quæ non
sunt futura, posse fieri dicit, vt frangi hoc mar-
garitum etiam si id nunquam futurum sit. Qui
ergo aiunt hominem posse esse absque peccato,
si velit, non poterunt hoc verum probare, nisi
futurum docuerint. Cum autem futura incer-
ta sint omnia, & maximè ea, quæ nunquam fa-
cta sunt, perspicuum est, eos, id futurum dicere,
quod non sit futurum: Ecclesiaste hanc confir-
mante sententiam: Omne quod futurum est iam
factum est in priori sæculo. *Tomo secundo libro pri-
mo, Dialogorum aduersus Pelagianos capite secundo, Fol.
ducentesimo septuagesimo. Et passim sequentibus. Ibi-
dem, tercio, quarto, quinto, sexto, septimo, octauo, nono,
capitibus.*

TRANSEAMVS ad Euangelia, & ad Aposto-
licos signiculos clarissima Christi lampade com-
pleamus. Omnis, ait, qui irascitur fratri suo sine
causa, reus erit iudicio. Qui autem dixerit Raka-
quod interpretatur vanus, & absq; cerebro, reus
erit concilio: laud dubium, quin sanctorum &
angelici Senatus. Qui autem dixerit fatne, reus
erit gehennæ ignis. Quis nostrum potest huic
vitio non subiacere, cum etiam pro otioso ver-
bo redditori simus rationem in die iudicij? Si
ira & sermonis iniuria, atque interdum iocus,
iudicio concilioque, & gehennæ ignibus dele-
gatur: quid merebitur turpium rerum appeti-
tio, & avaritia, quæ est radix omnium malorum?
Si, inquit, offers donum tuum ad altare, & ibi
fueris recordatus, quia frater tuus habet aliquid
aduersus te, dimitte ibi donum tuum ante alta-

*Distinctio
physica.*

*Diodori &
Chrysiippi
Dialectica
contentio.*

Eccles. 1.

*Matt. 5.
Ex Euan-
gelis probas
post bap-
tismi homi-
nes posse pec-
care.*

Matt. 12.

Matt. 5.

re, & vade primum, reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Mea est potestas, vt non habeam aliquid contra fratrem meum, vt autem ille aduersus me habeat, aut non habeat, in illius voluntate consistit. Quid ergo faciam, si ille reconciliari noluerit obsecrem? Flectam genua? sed audire contemnet. An obtorto collo nolentem in ius amicitiae traham? Et quae est maior inimicitia, quam amicitias necessitate sociare? Neque enim dixit: roga eum vt tibi concilietur: sed reconciliare primum fratri tuo, & sic offeres munus tuum ad altare. Tomo secundo libro secundo, Dialogorum aduersus Pelagianos capite quarto, Folio ducentesimo octuagesimo quarto, facie prima.

1. Ioan. 3. Luc. 4.

Latini oppugnat eandem heresim ex nouo testamento.

Luc. 1.

Mat. 9. Mat. 17.

Luc. 9.

Luc. 14.

Luc. 16.

Luc. 17.

Iacob. 3.

Luc. 17.

Luc. 18.

per oportet orare, & nunquam desicere. Frustra semper oramus, si in nostro arbitrio est facere, quod volumus. Dixerunt Apostoli: Ecquis potest saluus esse? Audiunt à Domino: Quae impossibilia sunt apud homines possibilia apud Deum sunt. Ergo aliqua, quae apud homines impossibilia sunt, certè ea esse possibilia, ex eo ostenditur, quod apud Deum possibilia sunt. Si ergo & apud Deum possibile, homini si velit, donare impeccantiam, non ipsius merito, sed sua clementia, & apud homines nequaquam possibile liberi arbitrij potestate, quod nutu donantis accipitur.

NON suffecerat Apostolis, dudum super dignitate quaesisse, quis eorum maior esset: sed in ipso necessitatis & passionis articulo scribitur de eis: Facta est contentio inter illos, quis illorum maior esset. Optimum reuera tempus, instante cruce de dignitate contendere. Simon, inquit, Simon: ecce fathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua. Et certè iuxta vos in Apostoli erat positum potestate si voluisset, vt non deficeret fides eius: qua vtique deficiente, peccatum subingreditur. In quibusdam exemplaribus tam graecis quam Latinis inuenitur scribente Luca. Apparuit illi angelus de caelo confortans eum: haud dubium quin Dominum Saluatorem. Et factus in agonia prolixior orabat: factusque est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Saluator in passione ab angelo confortatur: Critobulus meus non indiget auxilio Dei, habens liberi arbitrij potestatem: & tam vehementer orabat: vt guttae sanguinis prorumperent ex parte, quem totum erat in passione futurus. Quid, inquit, dormitis, surgite & orate, ne intretis in tentationem. Debit iuxta vos dicere: Quid dormitis? surgite & resistite: liberum enim habetis arbitrium, & semel vobis à Domino concessa potestate, nullius alterius indigetis auxilio: si enim hoc feceritis non intrabitis, in tentationem. Non possum ait, ego facere à me metipso aliquid, sed sicut audio ita iudico. Arriani obijciunt calumniam, sed respondet Ecclesia, ex persona hominis haec dici, qui assumptus est. Tu è contrario loqueris, possum sine peccato esse, si voluero, ille nihil potest ex se facere, vt hominis iudicet veritatem. Tu potes omnia peccata vitare, & adhuc in corpore constitutus auertere esse te deccas. Negat fratribus & propinquis ire se ad scenophegiam. Et postea scriptum est: Vt autem ascendit ad solennitatem, non manifeste, sed quasi in abscondito. Iturum se negauit, & fecit quod prius negauerat. Latrat Porphyrius: inconstantia ac mutationis accusat, nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda. Moses, inquit, dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem, vtique possibilem: & tamen quod erat possibile, nemo impleuerat: neque enim culpa imperantis est, sed fragilitas audientis, vt omnis mundus subditus fiat Deo. In Euangelio secundum Iohannem in multis & Graecis & latinis codicibus inuenitur de adultera muliere, quae accusata est apud Dominum. Accusabant autem & vehementer urgebant, scribae & pharisaei iuxta legem eam lapidare cupientes. At Iesus inclinans se, digito scribebat in terra, eorum videlicet qui accusabant & omnium peccata mortalium, secundum quod scriptum est in propheta:

Luc. 22.

Ioan. 3.

Ioan. 7.

Porphyrij calumniæ.

Hier. 17.

Ioan. 10.

Hier. 23.

Ioan. 17.

Ath. 16.

In Phrygia & Galatia heretici qui contra spiritum S. faciunt.

Ioan. 15.

Zach. 3.

Arrogans propositio Iouiniani.

propheta: Relinquentes autem te in terra scribentur. Tandem caput cleuans, dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus mittat super eam lapidem. Hoc quod dicitur sine peccato, Graecè scriptum est, ἀναμάρτητος. Qui ergo dicit, aliud esse sine peccato, & aliud ἀναμάρτητος, aut graecum sermonem nouo verbo exprimat, aut, si expressum est à Latinis, vt interpretationis veritas habet, perspicuum est ἀναμάρτητος nihil aliud esse, nisi sine peccato. Et quia accusatores omnes fugiunt (dederat enim verecundiae eorum clementissimus Iudex spacium recedendi rursum que in terra scribens, terramque despiciens paulatim discedere, & oculus illius declinare ceperunt, solusque remansit cum muliere: cui locutus est Iesus: Vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit. Quae ait, nullus Domine. Respondit ei Iesus: Nec ego te condemnabo. Vade & amodo noli peccare. Praecipit Dominus, ne vterius peccaret: sicuti & alia similiter in lege mandauit. Sed vtrum ea fecerit, necne, scriptura non dicit. Omnes, inquit, qui venerunt ante me, fures fuerunt, & latrones. Si omnes, nullus excipitur: Qui venerunt, inquit, non qui misi sunt, de quibus propheta ait: Ipsi veniebant a se, & ego non mittebam eos. Quo verbo solius Christi potentia reseruat, qui ad sua venerat: & sui cum non receperunt. Dum essem, inquit, in mundo cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, custodiui, & nullus ex eis periit, nisi vnus filius perditionis. Non dixit: dedit eis liberi arbitrij potestatem, vt ipsi de suo, labore saluarent: sed ego custodiui eos, ego seruauui. Denique infert: Non peto vt eos auferas de mundo, sed vt custodias illos à malo. In Actibus Apostolorum scriptum est, inter Paulum & Barnabam, propter Ioannem, qui cognominatus est Marcus, ortam dissensionem, ita vt separarentur, & Barnabas Marcum, & Paulus Sylam assumeret in Euangelij ministerium. Paulus seuerior, ille clementior, vterque in suo sensu abundat. Et tamen dissensio habet aliquod humane fragilitatis. In eodem volumine legitur: Transierunt Phrygiam & Galatiam regionem, prohibiti à spiritu sancto loqui verbum in Asia: quo maledicto in ipsa pronuncia puto vsq; hodie haereticos qui contra Spiritum sanctum faciunt, plurimos reperiri. Cumque venissent, ait, in Mysiam, tentabant ire in Bythiniam, sed non dimisit eos spiritus Iesu. Nota, quod spiritus Iesu Spiritus sanctus sit, qui in alio loco, propter vnitatem substantiae, patris spiritus appellatur. Volunt loqui in Asia, & prohibentur à spiritu sancto, tentant ire in Bythiniam, & non eos permittit spiritus Iesu, satis importune, si eis faciendi, vel non faciendi semel dederat liberi arbitrij potestatem. Ibidem cap. 6. fol. 285. & cap. 17. 8. passim.

Iesus filius Iosedech, quod interpretatur Iustus Domini, sacerdos magnus, indutus describitur vestibus sordidis: qui peccatum non fecit, & tamen nostra peccata portauit, ad cuius dexteram stabat Sathanas, vt aduersaretur ei, diciturque ad eum, post pugnam atque victoriam: Auferite vestem sordidam ab eo, & ecce abstuli à te iniquitatem tuam. Et haeres Iouiniani loquitur. Sine omni omnino peccato sum, sordida vestimenta non habeo: proprio regor arbitrio: maior Apostolo sum, ille facit, quod non vult, & quod vult, non facit: ego facio, quod volo, & quod nolo non fa-

ciò: praeparata sunt mihi regna caelorum, immò ipse ea mihi meis virtutibus praeparauit, in quod Adam tenetur obnoxius, & alij, qui reos se putant in similitudinem prauaricationis Adae, & ego solus cum mea caterua non teneor. Alij clauis cellulis, & feminas non videntes, quia miseri sunt, & verba mea non audiunt, torquentur desiderijs: ego, etiam, si mulierum vallor agminibus, nullam habeo concupiscentiam, de me enim dictum est: Lapidés sancti vollenunt super terram: & idèd non sentio, quia libri arbitrij potestate Christi trophaeum circumfero. Ibidem cap. 9. & 10. & 11. sequentibus.

Zach. 5.

Explosa est domus Iouiniani sententia.

DELECTATVS sum tuorum multitudinem sermonum, de quibus scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum: sed quid ad causam? certè hoc fateberis, eos, qui Christi baptisma consecuti sunt, non habere peccatum, & si absque peccato sunt, iustos esse, cumque semel iusti fuerint, si egerint sollicitè, posse in sempiternum iustitiam custodire, ac per hoc omne vitare peccatum. Atticus. Non erubescis explosam atque damnatam Iouiniani sententiam sequi? Et ille enim his testimonijs tuisque nititur argumentis? immò tu illius inuenta sectaris, in oriente docere desiderans, quae olim Roma, & dudum in Africa condemnata sunt, lege ergo, quid illi responsum sit, & tibi responsum ducito. In dogmatibus enim, & quaestionibus differendis non persona, sed causa querenda est. Et tamen hoc scito, baptismum praeterita donare peccata, non futuram seruare iustitiam, quae labore, & industria ac diligentia, & semper super omnia Dei clementia custoditur. Tom. 2. lib. 3. Dialog. aduersus Pelagianos, cap. 1. Latius toto cap. 1. ibidem.

QUI non potest suis viribus & labore venire ad Iesum, quo modo potest omnia simul peccata vitare? & vitare in perpetuum, & Dei sibi potentiae nomen assumere? si enim ille ἀναμάρτητος, & ego ἀναμάρτητος, quae inter me & Deum erit distantia? Ibidem cap. 3. fol. 295. fac. 1.

ARTICVS Sequar propositionem tuam, nūquam hodie effugies, veniam quocunq; vocaris. Critob. Paratus sum ad audiendum. Atticus. Et ego ad loquendum furdus auribus. Respondebo igitur ad propositum. Ex anima & corpore compacti, vtriusque substantiae naturam consequimur. Quo modo corpus sanum dicitur, si nullo languore vexetur: ita anima absque vitio, si nulla perturbatione quauiatur. Et tamen quamuis corpus sanum sit, integrumque & vegetum, & cunctorum sensuum integritate robustum, aut crebris aut rarissimis infirmitatibus condolefcit, & vt firmissimum sit, interdum pituita molestiam patitur: ita anima cogitationum & perturbationum impetus sustinens, vt superet naufragia, non absque periculo nauigat, considerantque fragilitatem suam, semper de morte sollicita est: secundum illud, quod scriptum est: Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem? Quae cuius intentata est mortalibus non naturae dissolutionem, sed morte peccati: iuxta illud propheticum: Anima, quae peccauerit, ipsa morietur. Alioquin hanc communem mortem, qua & bruta soluantur animalia Enoch & Eliam nondum vidisse cognoscimus. Da mihi corpus, quod nūquam languerit, aut quod post languore perpetua sanitate securus sit, & dabo tibi animam, quae nunquam peccauerit, nec post virtutes deinceps peccatura sit, praesertim, cum vicina sint vitia virtutibus. & si paululū

A corpore imbecillitate ad animae infirmitate argummentatur.

Psal. 88. Ezecch. 11.

declinaueris, aut errandum tibi sit, aut in præceptis cadendum. Quantum enim inter se distant pertinacia, & perseverantia, parsimonia & frugalitas, liberalitas & profusio, prudentia & calliditas, fortitudo & temeritas, cautela & timiditas, quorum alia ad bona, alia referuntur ad mala, quod quidem & in corporibus inveniuntur. Si humores siccare festines, inardescit sanguis, bili vitiatas & luteus color ora perfundit. Certè ut cunctam medicorum adhibeamus diligentiam, & castitatis viuamus cibis, & morborum fomitibus careamus, & cruditate, occultis quibusdam & soli Deo cognitis causis, vel frigore inhærescimus, vel febre exardescimus, vel torminibus euilamus, & veri medici Saluatoris imploramus auxilium, dicimusque cum Apostolis: Magister saluos nos fac, perimus. *Ibidem cap. 4. p. fol. 295. fac. 1. & cap. 5. sequenti.*

EADÈM dicere mihi non est pigrum, legentibus necessarium, quod semper humanus status in huius sæculi via fluctuet, & alius in valle, alius in campis, alius moriatur in monte, nec in monte simpliciter, sed in montis monte, id est, in excelsio vertice. Cumque nos Dei auxilio destitutos hostis inuaserit, duxeritque captiuos, non desperemus salutem, sed iterum armemur ad prælium. Potest fieri, ut vincamus, ubi victi fuimus, & eodem loco triumphemus, ubi fuimus ante captiuus. *Tom. tertio Epistola 127. ad Fabiolam. Mansio. 34. folio 362.*

Articulus III. Fidelibus quoties post Baptisimum in peccata relabuntur, Pœnitentiæ Sacramentum superesse, quò veniam peccatorum consequentes, Deo reconcilientur.

Pœnitentiæ secunda post naufragium tabula.

VERVM nos ignoremus pœnitentiam, ne facile peccemus. Illa quali secunda post naufragium miseris tabula sit: in virgine integra feruetur nauis. Aliud est, querere, quod perdidit, aliud possidere, quod nunquam amisit. *Tom. 1. Epistola 8. ad Demetriadem.*

Joan. 21.

PETRVS trinam negationem, trina confessione deleuit. Aaron sacrilegium, ob constatum ex auro vituli caput, fratremque correxere preces. David sancti & mansuetissimi viri, homicidium pariter & adulterium septem dierum emendauit fames, iacebat in terra, volutabatur in cinere, & oblitus regis potestatis, lumen quærebat in tenebris: illumque tantum respiciens, quem offenderat lachrymabili voce dicebat. Tibi soli peccaui & malum coram te feci. Et, Reddemihil lætitiæ salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Atque ita factum est, ut qui me prius docuerat virtutibus suis, quo modo stans non caderem, doceret per pœnitentiam, quomodo cadens resurgerem. Quem tam impium legimus inter reges, quæ Achab: de quo Scriptura dicit: Non fuit alius talis, ut Achab, qui venundatus est, ut faceret malum in conspectu Domini. Hic cum propter sanguinem Nabuthæ correptus fuisset ab Helia, & audisset iram Domini per prophetam: Occidisti & insuper poscedisti: & Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua: & reliqua: scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunabatque in sacco, & ambulabat demisso capite.

Exod. 32.

2. Reg. 11. 12.

Psal. 50.

Pœnitentiæ tertia & effusio.

3. Reg. 21.

Tunc factus est sermo Dei ad Heliam Tesbyten, dicens: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. O felix pœnitentia, quæ ad se Dei traxit oculos, quæ furentem sententiam Dei, confesso errore mutauit. Hoc idem & Manassen in Paralyptomenon, & Niniuem fecisse, legimus in propheta, publicanum quoque in Euangelio, è quibus primus non solum indulgentiam, sed & regnum recipere meruit, alter impendentem Dei fregit iram: tertius, peccus verberans pugnis, oculos non leuabat ad cælum: & multo iustificatio recessit publicanus humili confessione vitiorum, quàm Phariseus superba iactatione virtutum. Non est loci huius, ut pœnitentiam prædicem, & quasi contra Montanum Nouatumque scribens, dicam illam hostiam Domino esse placibilem. Et: Sacrificium Deo, spiritum contribulatum, Et: malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Et: Exurge, exurge Hierusalem: & multa alia, quæ prophetarum clangunt tubæ. Hoc vnum loquar, quod & legentibus vile sit, & præsentibus conueniat. Non est confusa Dominum in terris, & ille eam non confundet in cælo. *Tom. 1. Epist. 30. ad Oceanum, cap. 2.*

Vosignoscite obsecro dolenti. Dico enim læsus, dico lachrymans: ne vnum quidem apicem, toties vobis tribuenti officium, præstitistis. Scio quia nulla communio luci & tenebris est, nulla cum ancillis Dei peccatori societas, attamen ut meretrix Domino pedes lachrymis lauit: & de dominorum micis canes edunt, & ipse Saluator non venit iustus vocare, sed peccatores. Nō enim egent sani medico: Et magis vult pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Et errantem ouiculam suis humeris refert. Et prodigum filium reuertentem excipit lætus pater. Quin potius Apostolus ait: Nolite iudicare ante tempus. Tu enim quis es, qui alienum seruum iudices? Suo Domino stat aut cadit? Et qui stat, videat ne cadat. Et inuicem onera vestra portate. Aliter forores charissimæ, hominum liuor, aliter Christus iudicat. Non eadē est sententia tribunalis eius, & Angeli susurrōnū. Multæ hominibus viæ videntur iustæ, quæ postea reperientur prauæ: Et in testaceis vasculis thesaurus sepè reconditur. Petrum ter negantem amaræ in sinum restituere lachrymæ. Cui plus dimittitur, plus amat. De toto grege siletur, & ob vnius morbide pecudis salutem angeli latantur in cælo. Quod si cui videtur indignum, audiat ad Dominum: Amice, si ego bonus sum, quare oculus tuus nequam est? *Tom. 1. Epist. 39.*

Nihil tam offendit Deum, quàm desperatione meliorum inherere prioribus, licet & ipsa desperatio incredulitatis iudiciū sit: qui enim desperat salutē non putat futurū esse iudicium, quod si metueret utiq; bonis operibus se iudici præpararet. Audiāmus per Hierem. loquentem Deum: Conuerte pedem tuum à via aspera, & guttur tuum à siti. Et iterum: Nunquid qui cadit, non resurget? aut, qui auctus est, non reuertetur? Et per Esaiam: Quando conuersus ingemueris, tunc saluus eris, & scies, ubi fueris. Scire nō possumus ægrotationis mala, nisi cū fuerit sanitas cōsecuta. Et quantū boni virtus habeat, vitia demonstrat, clariusque sit lumen comparatione tenebrarum. Ezechiel quoq; iisdē verbis, quia eodē & spiritu: **Conuertimini**

2. Par. 35.

Ione 3. 4. Luc. 18.

Montanum & Nouatum hostes pœnitentiæ. Psal. 50. Ezech. 8. Esai. 60.

2. Cor. 6.

Luc. 7.

Matth. 23.

Luc. 5. Ezech. 12. Matth. 12.

Luc. 15.

1. Cor. 4. Rom. 14. 1. Cor. 10. Galat. 6.

Luc. 22.

Luc. 7. 13. Matth. 20.

Hier. 2.

Hier. 3.

Esai. 50.

Ezech. 18.

Conuertimini, inquit, & redite ab iniquitatibus vestris domus Israel, & non erunt vobis in tormentum impietates. Projicite omnes impietates vestras, quibus impiè egistis aduersum me, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel? Nolo enim mortem peccatoris, dicit Dominus. Vnde & in consequentibus loquitur: Viuo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, nisi ut reuertatur à via sua & viuat: ne mens in credula de bonorum re promissione desperet, & semel perditioni animus destinatus, non adhibeat vulnere curatiōnem: quod nequaquam existimat posse curari. Idcirco iurare se dicit, ut si non credimus promittenti Deo, credamus saltem pro nostra salute iuranti. Quam ob causam iustus precatur & dicit: Conuerte nos Deus Saluatoris noster, & auerte furorē tuum à nobis: Et iterum: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Postquam enim scditatem delictorum meorum virtutum decore mutauit, infirmitatem meam tua gratia roborasti. Ecce audio pollicentem. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non reuertar, donec deficiant: ut qui te ante fugiebam, & inimicus eram, tua comprehendar manu. Necesses à persequendo, donec deficiam à via mea pessima, & reuertar ad virum meum primum, qui mihi dabit lintheamina mea, & oleum & similia, cibabat me pinguis cibus. Qui idcirco obsepit atque præclufit via meas pessimas, ut eam inuenirem viam, quæ dicit in Euangelio: Ego sum via, veritas & vita. Audi Prophetam loquentem: Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & stebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos. Et loquere eum eo: Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis, stratum meum rigabo. Et iterum, Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: Sitiuit anima mea ad te, Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes per diem & noctem. Et in alio loco: Deus, Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit anima mea ad te, quàm multipliciter tibi & caro mea: In terra deserta & iniqua & in aquosa, sic in sancto apparui tibi. Quamquam enim sitierit te anima mea, tamen multo te plus carnis meæ labore quæsiui, & tibi in sancto apparere non potui, nisi prius in terra deserta à vitijs & iniuria aduersarijs potestatis, & absque humore & rheumate vilius libidinis commorarer. Fleuit & Dominus super ciuitatem Hierusalem, quia non egissent pœnitentiam: & Petrus trinam negationem amaritudine abluit lachrymarum, impleuitque illud propheticum: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: Plangit & Hieremias populum pœnitentiam non agentem, dicens. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum & plorabo populum istum per diem & noctem? Cur autem plangat, & defleat, sequenti sermone demonstrat. Nolite flere mortuum, neque plangatis eum. Flete planctu qui egreditur, quia nō reuertetur vltra. Nequaquam igitur gentilis plangendus est atq; iudeus, qui in Ecclesia non fuerunt, & semel mortui sunt, de quibus Saluator dicit: dimitte mortuos sepelire mortuos suos, sed eos plange, qui per scelera atq; peccata e-

Psal. 84.

Psal. 29.

Psal. 17.

Joan. 14.

Psal. 125.

Psal. 6.

Psal. 41.

Psal. 62.

Luc. 14.

Matth. 14.

Psal. 113.

Hier. 9.

Hier. 22.

Matth. 8.

grediuntur de Ecclesia, & noluit vltra reuerti ad eam dānatione vitiorum. Vnde & ad viros Ecclesiasticos, qui muri & turres Ecclesiæ nuncupantur loquitur sermo propheticus, dicens. Muri Sion proferte lachrymas, implentes illud Apostoli: Gaudente cū gaudentibus, flete cū flentibus, ut dura corda peccantiū vestris lachrymis prouocetis ad fletum, ne perseverantes in malitia, audiāt: Ego plantavi te vineam frugiferam, omne semen verum; quomodo versa es in amaritudinem vitis aliena? Et iterum: Ligno dixerunt, Pater meus es tu, & lapidi, tu genuisti me, & verterunt ad me dorsa & non facies suas. Et est sensus: Noluerunt ad me conuerti, ut agerent pœnitentiam, sed per cordis duritiā in iniuriam meā sua terga verterunt. Quā obrem & Dominus loquitur ad Hierem. Vidisti, quæ fecerunt mihi habitatio Israel? Abierunt super omnem montem excelsum, & subter omne lignum frondosum, & fornicati sunt tibi, & dixi: Postquam fornicata est, & fecit hæc omnia, ad me reuertere & non est reuersa. *Tom. 1. Epist. 16. ad Rufinum cap. 2.*

O clementiam Dei, o nostra duritia, dum & post tanta scelera nos prouocat ad salutem: & ne sic quidem volumus ad meliora cōuerti. Si reliquerit, inquit, vxor virū suum, & alij nupserit, & voluerit postea reuerti ad eū, nunquid suscipiet eā, & non detestabitur? Pro quo scriptū est, iuxta Hebraicam veritatem, quæ in Græcis & Latinis codicibus non habetur: Et tu reliquisti me, tamen conuertere, & suscipiā te, dicit Dominus: Esaias quoque in eundem sensum, iisdem pene loquitur sermonibus: Conuertimini, qui profundum cōsilium cogitatis, & iniquum filij Israel: reuertere ad me, & redimam te. Ego Deus, & nō est alius præter me, iustus & saluator nō est absq; me. Reuertimini ad me, & salui eritis, qui estis in extremis terre. Recordamini horū & ingemiscite, & agite pœnitentiā, qui erratis. Conuertimini corde, & memento priorū sæculi: quoniam ego sum Deus, & non est alius præter me. Scribit & Iohel: Conuertimini ad me ex toto corde vestro, in ieiunio & lachrymis & plactu, scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra. Misericors. n. & misericors est Dñs, & agens pœnitentiā super malitijs. Quæ aut sit misericordia, & quam, ut ita loquar, nimis ineffabilis que clementiæ. Osee propheta nos doceat, per quem loquitur Deus. Quid tibi faciam Ephraim? quomodo te protegam Israel? quid tibi inquam, faciam. Sicut Adama ponam te, & sicut Seboim. Conturbatum est cor meum in me, & conturbata est pœnitudo mea. Nequaquam faciam secundū irā furoris mei. Vnde & David loquitur in Psal. Nō est in morte, qui memor sit tui, in inferno aut quis cōfitebitur tibi? Et in alio loco: Peccatum meum notū tibi feci, & iniquitatē meam non abscondi. Dixi pronuncia bo contra me iniquitatem meam Dño, & tu dimisisti impietatem meam diluio in tempore oportuno: Veruntamen in diluio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Vide quanta magnitudo sit fletuum, ut aquarū diluio comparetur, quos, qui habuerit & dixerit cum Hieremia. Non sileat pupilla oculi mei: statim in illo complebitur. Misericordia & veritas obuiauerūt sibi, iustitia & pax deosculatæ sunt: ut si te iustitia & veritas terruerint, misericordia & pax prouocent ad saltem. Totam pœnitentiam peccatoris ostendit Psalmus quinquagesimus, quando

Viri Ecclesi. astutissimi: mui 19. tur res Ecclesiæ. Tuen. 2.

Rom. 12.

Hier. 2.

Hier. 3.

Esai. 30.

Esai. 45.

Iohel. 2.

Osa. 11.

Psal. 6.

Psal. 35.

Magnitudo fletus aquarum diluio comparatur.

Thore. 2.

Psal. 84.

2. Reg. 12. Psal. 50. Rom. 11. Psal. 37. 1. Reg. 14. Math. 12. Luc. 5. 15. Math. 18. Luc. 15. Psal. 4. Ezech. 18.

716 CONFESSIO NIS HIERONYMIANAE quando ingressus est Dauid ad Barsabea, vxore Virae Ethel, & à Nathan prophetante correptus respondit, peccavi. Statim que meruit audire: Et Dominus abs te abstulit peccatum, Adulterio enim iuxerat homicidium: & tamen conuersus ad lachrymas, Misereere, ait, mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Magnū enim peccatū, magna indigebat misericordia. Vnde iungit, & dicit: Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meū contra me est semper. Tibi soli peccavi (rex enim erā, & alium non timebā) & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonib. tuis & vincas cū iudicaris. Concluserunt enim Deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur, tantumq; proficit, vt dudum peccator & pœnitens tranfierit in magistrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Confessio enim & pulchritudo corā eo: vt qui sua cōfessus fuerit peccata, & dixit: Putruerūt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie in spicentia meæ: cœditatē vulnere in sanitatis decorem commutet. Qui enim abscondit iniquitatem suā, nō prosperabitur. Achab rex impijssimus vineā Nabuthæ cruore possedit, & cū Isebal non tam coniugio sibi, quā crudelitate coniuncta, Helia increpatione corripitur. Hæc dicit Dominus: Occidisti & possedisti. Et iterum: In loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthæ, ibi lingent sanguinem tuum, & Isebal canes comedēt ante muros Iezrael. Quod cū audisset Achab, scidit vestimenta sua, & posuit faciem super carnem suam ieiunauitq; & dormiuit in cilicio: factusq; est sermo Domini ad Heliam, dicens: Quoniam reueritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius. Ibidem cap. 3.

V N V M scelus Achab & Hiesabel: tamen conuerso ad pœnitentiam Achab, pœna differtur in posteros, & Hiesabel in scelere perseverans, præfenti iudicio condemnatur. Loquitur Dominus & in Euangelio. Viri Niniuitæ surgent in iudicium cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ionæ. Et iterum: Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Drachma perit, & tamen inuenitur in stercore. Nonaginta nouem oues relinquuntur in solitudine, & vna ouis, quæ aberrauerat, pastoris humeris reportatur. Vnde & læticia angelorum est super vno peccatore agente pœnitentiam. Quanta fœlicitas, vt de salute nostrā exultent cœlestia? De quibus dicitur: Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Nullū in medio spacium. Mors & vita sibi contraria sunt, & tamen pœnitentia copulantur. Luxuriosus filius totam prodegerat substantiam, & procul à patre, vix porcorum cibus in ediam sustentabat, reuertitur ad parentem, immolatur ei vitulus saginatus, stolam accipit & anulum, vt Christi recipiat vestimentū, quod dudum polluerat, & audire mereatur. Candida sunt semper vestimēta tua: Receptoq; signaculo Dei, proclamet ad Dominum: Pater peccavi in cœlum coram te: & reconciliatus osculo, dicat ad eum: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, iustitia iusti non liberabit eum, in quacunq; die peccauerit: & iniquitas iniqui non nocebit ei, quacunq; die conuersus fuerit. Vnumquemq;

iudicat sicut inuenerit. Nec præterita considerat, sed præsentia: si tamen vetera crimina nouella conuersione mutantur. Septies cadit iustus, & resurget. Si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit? Sed iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed septuagies septies delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiam, peccata donantur. Cui plus dimittitur, plus diligit. Meretrix lachrymis pedes Saluatoris lauat, & crine detergit, & in typum Ecclesiæ de gentibus congregatæ meretur audire. Dimittuntur tibi peccata tua. Pharisei iustitia, perit superbia, & publicani humilitas, cōfessione saluatur. Ibidem c. 4.

SECUNDA post naufragium tabula est, quod malè ceperis, salutem hoc remedio temperare. Neque verò hoc dico, quod post peccatum tollam pœnitentiam, vt quod malè cepit, malè perseueret, sed quod desperem in istiusmodi copula diuisionem. Alioqui, si ad matrem migraveris post ruinam, facilis poteris cum ea plangere, quod per illius absentiam perdidisti, quod si adhuc integra es & non perdidisti: serua: ne perdas. Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habeas quotidie aut perire, aut vincere? Tom. 1. Epist. 47. ca. 1. f.

SI protinus scelus vltor existeret & multos alios, & certè Paulum Apostolum Ecclesiæ nō haberent. Ezechiel propheta, cuius supra fecimus mentionem Dei verbum ad se factum referens, ait: Aperi os tuum & manduca, quæ ego dabo tibi. Et vidi, inquit, & ecce manus extente ad me, & in ipsa volumine libri. Et reuoluit illud in cōspectu meo, & in ipso scriptum erat à facie & retrorsum, lamentum & carmen, & væ. Prima scriptura ad te pertinet, si tamen volueris agere pœnitentiam post delictū. Secunda ad sanctos, qui ad Dei canticū prouocant: nō est enim pulchra laudatio in ore peccatoris. Tertia ad tui similes: qui desperantes semetipsos tradiderunt immunditiæ, & fornicationi, & ventri, & ijs, quæ infra ventrem sunt; qui putant omnia morte finire, & nihil esse post mortem, & dicunt: Tempestas si tranfierit, non veniet super nos. Liber ille, quem propheta deuorat, omnis series scripturarum est. In quibus & pœnitens plangitur, & iustus canitur, & maledicuntur desperans. Nihil ita repugnat Deo, quam cor impœnitens. solum crimen est, quod veniam consequi non potest. si enim ei ignoscitur post peccatum, qui peccare desistit, & ille flectit iudicem, qui rogat: impœnitens autem omnis ad iracundiam prouocat iudicantem: solum desperationis crimen est, quod mederi nequeat. Porro vt scias Deum quotidie peccatores ad pœnitentiam prouocare: qui si rigidi perstiterint, de clemente eum seuerum & truem faciūt? Audi Esaiæ verba, dicentis: Et vocabit, inquit Dominus Sabaoth, in die illa ad fletum & planctum magnum, & decaluationem, & accinctionem ciliciorum. Tomo primo Epistola quadragesima octaua, cap. secundo.

CONVERTERE miser ad Dominum, vt ad te Dominus conuertatur. Age pœnitentiam, vt & ille agat pœnitentiam super omnibus, quæ locutus est malis, vt faceret tibi. Quid neglecto vulnere proprio, alios niteris informare? quid me, benè tibi & sedulo consulentem, quasi phræneticus morsu laceras? Esto, ego flagitiosus sim, vt vulgo iactitatis: saltem mecum age pœnitentiam. Crimino-

Prouer. 24. Math. 18. Luca 7. Luca 18. Hac meta. phora in hoc argumento frequenter Hieronymus vsur. 3. ad Demet. ea. dem epist. Ezech. 9. Ezech. 2. Trium hominum genera. Ezech. 15. Esai. 24. Laici & clerici pœnitentes in gremio Ecclesie recipiendi. Ezech. 18.

Criminosus vt simulas, imitare lachrymas criminosis. Num mea peccata virtutes tuas sunt? an malorum tuorum putas solatium, si multos tui similes habes? Fluant paululum de oculis lachrymarum: inter sericum & linteamina, quibus tibi videris fulgidus, & formosus, intellige tenendum, confisum sordidatum, mendicantem. Nunquā est sera pœnitentia. Quamuis de Hierosolymis descenderis, & sis in itinere vulneratus, in dete Samaritanus impositum iu mēto, curandum que ad stabulum refert. Sed etsi mortuus iaces in sepulchro, tamen & fortentem Dominus suscitabit. Imitare saltem cæcos illos, propter quos Saluator, dimittens domum suam & hæreditatem suam, Hierico venit. Seditibus in tenebris & vmbra mortis, lux orta est eis Qui postquam præterire Dominum cognouissent, ceperunt clamare dicens: Fili dauid miserere nostri. Poteris & tu videre, si clames, accitus ab eo sordida vestimenta projicias. Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris, & tunc scies vbi fueris. Tangat modicè cicatrices tuas, pertractet luminum quōdam tuorum vestigia Licet ab vtero sic genitus sis, in delictis conceperit te mater tua: asperget te Hysopo & mundaberis: lauat te, & super niuem dealbaberis. Quid incurruis terræ hgræ, & totus in cœno iaces? Illa quam decem & octo annis sathanas vinxerat, postquam à Saluatore curata est, cælum erecta suspexit. Ibidem cap. 4. Tom. 1. de viris illustribus in Nouatiano, & ibidem in Reticio, ibidem in Eusebio Emiseno: ibidem in Partiano.

IL L I ad omne pene delictum Ecclesiæ obserant fores: nos quotidie legimus. Malo pœnitentiam peccatoris quam mortem. Et nunquid qui cadet, non resurget, dicit Dominus? Et conuertimini ad me filij conuertentes, & ego curabo contritiones vestras. Rigidi autem sunt, non quò & ipsi peiora nō peccent: sed hoc inter nos & illos interest, quod illi erubescunt confiteri peccata, quasi iusti, nos, dum pœnitentiam agimus, facilius veniam promeremur. Tomo 2. Epistola 54. ad Marcellam

SI Ariani vt dicis, gentiles sunt, & Ariano- rum conuenticula castra sunt diaboli, quo modo in castris diaboli baptizatum recipis? Lucifer, Recipio, sed pœnitentem. Orthod. d. prorsus quid dicas non intelligis. Quisquam ne gentilem recipit pœnitentem? L V C I F. Ego simpliciter in exordio sermonis, omnes hæreticos gentiles esse respondi. Verum quia copiosa interrogatio fuit primæ quæstionis, tibi palam tradens, ad secundam pœnam, in qua, aio, laicum ab Arianis venientem recipi debere pœnitentem, clericum verò non debere. O R T H O D. Atqui in prima quæstione, quam obtinuisse medicis, etiam secundam obtinui L V C I F. E. Doce, quo modo obtinueris. O R T H O D. Nescis & laicos & clericos vnum habere Christū, nec alium Neophytis, alium Episcopis esse Deum? cur ergo non recipiat clericos, qui recipit laicos pœnitentes? Tomo secundo in Dialogo aduersus Luciferianos capite primo.

EXPONE mihi, quare laicum venientem ab Arianis recipias, Episcopum nō recipias. L V C I F. Recipio Laicum, qui errasse se confitetur, & Dominum maualt pœnitentiam peccatoris, quam mortem. L V C I F. d. Si errasse se confitetur, cur Episcopus perseverat? deponat sacerdotium, concedo veniam pœnitenti. O R T H O D. Respon-

debo tibi, & ego sermonibus tuis Si Laicus errasse se confitetur, quo modo Laicus perseverat? deponat sacerdotium laici, id est, baptisma, & ego do veniam pœnitenti. Scriptum est enim: Regnum quippe nos & sacerdotes, Deo & patri suo fecit. Et iterum? Centem sanctam, regale sacerdotium, populum acquisitum. Omne quod non licet, Christiano commune est, tam Episcopo, quàm Laico. qui pœnitentiam agit, priora condemnat. Si non licet Episcopo pœnitenti perseverare, quod fuerat, non licet & laico pœnitenti permanere in eo, propter quod per pœnitentiam confitetur. L V C I F. d. Recipimus laicos, quoniā nemo conuertitur, si se fecerit rebaptizandum: & ita fiet, vt nos simus causa perditionis eorum, si repudientur. O R T H O D. Tu in eo, quod accipis laicum, vnā animam recipiendo saluas: Et ego recipiendo Episcopum, non dicam vnus ciuitatis populos, sed vnū eam, cui præest, prouinciā socio, quem si repellam, multos secum in ruinam traham. Quam obrem quæso vos, vt eam ratione, quā in paucis recipiendis habere vos existimatis, etiam ad totius orbis salutem concedatis. quod si displicet, & tam duri estis, imò tam irrationabiliter inclementes, vt eū, qui dederit baptisma, hostem Christi, eum, qui acceperit, filium puteris: nos nobis aduersa non facimus; aut Episcopum eū populo recipimus, quem fecit Christianum, aut si Episcopum non recipimus, scimus etiam nobis populum reiiciendum. Ibidem cap. 2.

M I S I recipere mendicum non licet, tu recipis regem: vos hosti castra traditis, & à nobis per fuga reiiciendus est? O R T H O D. Si priorum meminisses, iam scires tibi fuisse responsum: sed dum amorem contradicendi sequeris, à quæstionum lineis excidisti, more quorundam loquacium potius, quàm facundorum, qui cū disputare nesciāt, tamen litigare non desinunt. Ego enim non tantum præfenti Arianos, vel improbo, vel defenso, quam illam cursus mei metam circumueo, eadem ratione à nobis Episcopum recipi, qua laicus à vobis recipitur. Si erranti concedis veniam: & ego ignosco pœnitenti. Si in fide sua baptizato baptisimū nocere non potuit, & in fide sua sacerdote constitutum constituens non inquinauit. Ibidem cap. quinto.

H O C loco interrogo istos nimium religiosos, quid de confessoribus agendum putauerint? Depositis inquit, veteribus Episcopis non ordinassent. Tentatum est, sed quotusquisque benè sibi conscius patitur se deponi? præsertim cum omnes populi, sacerdotes suos diligentes, penè ad lapides & ad interemptionem deponentium eos conuolauerint? mansissent, aiunt, intra suam communionem. Hoc est, dicere irrationabili crudelitate orbem totum diabolo condonassent. Cur dānassent eos, qui Ariani non erant? cur Ecclesiam scinderent, in concordia fidei permanentem? cū deniq; credentes benè, obstinatione sua facerent Arianos. Nam cū in Synodo Nicæna, quæ propter Arianam perniciam congregata est, octo Episcopos Arianos susceptos sciamus, & Episcopos iam in mundo nullus sit, nisi quos Synodus illa ordinauit, quomodo potuerūt aduersam eā facere, propter quā exilium sustinuerunt? L V C I F. d. An tandem & tunc recepti sunt Ariani? quinam, quæso. O R T H O D. Elebius Episcopus Nicomedienfis, Theogonus, Episcopus Nicæna, Saracunc presbyter Libia.

Apoc. 1. 1. Pet. 2. In Synodo Nicæna octo Episcopi Ariani v. cep. et ingratū.

Eusebius Episcopus Cæsariæ palæstinæ, & reliqui quos enūtrare longū est, ipse quoq; caput horū & causa matorū, Arius presbyter, & Euzoius diaconus, qui post Eudoxiū Antiochenus Episcopus fuit, & Achilles lector, hi quippè tres, Alexandring Ecclesię clerici auctores huius hæreseos extiterunt. Lucifer. d. Si quispiam eos negat fuisse susceptos, quomodo reuincetur. *Orthod. d.* Superfunt adhuc homines, q illi synodo interfuerunt, & si hoc parū est, q̄a propter tēporis antiquitatē rari admodum sunt, & in omni loco testes adesse nō possunt: legamus acta & nomina Episcoporum synodi Nicenę: & hos, quos supra diximus fuisse susceptos, subscripsisse hominon, inter ceteros reperimus. Lucifer. d. Si potes, ostēde post synodū Nicenā illos in perfidiā declinasse, *Ortho. d.* Rectē proposuisti: solent. n. oculis claudis denegare, q̄ non credunt factū esse, q̄ nolunt. Sed quomodo postea non declināru, propter quos synodus cōgregata est? & quorū epistolę & libri impietatis ante synodū editi, vsq; ad præsentē diem durāt? Igitur cum illo tempore trecēti, & eo amplius Episcopi, paucos homines, quos sine dāno Ecclesię abicere poterant, susceperint, miror quosdā, & certē Nicenę fidei sectatores, tantæ duritię existere, vt tres cōfessores, de exilio reuertētes nō putent, id ob totius orbis salutē necessariū facere debuisse, quod tot & tales viri voluntate fecerunt. Sed vt dicere cœperam, post reditū confessorum in Alexandriā postea synodo constitutū est, vt exceptis auctōrib. hæreseos, quos error excusare nō poterat, pœnitētes Ecclesię sociaretur: nō quod Episcopi possint esse, qui hæretici fuerant: sed quod constaret eos, qui reciperentur, hæreticos non fuisse. Assensus est huic sententię occidens, & per tam necessarium concilium, Sathanę faucibus mundus ereptus est. *Ibidem cap. 7.*

FACCESSIT Nouatus, errantibus manus non porrigens: Montanus cū infans sceminis prostratur, iacentes in barathrum præcipitans, ne leuentur. Quotidie peccamus omnes, & in aliquo lahimur. Qui ergo in nos clementes sumus, rigorem contra alios non tenemus: quin potius oramus, petimus, obsecramus, vt aut simpliciter nostra fateatur, aut aperte defendat aliena. *Tom. 2. Epist. 61. ad Pammachium, cap. 1.*

ET Ariani, quos optime nosii, multo tempore proter scandalū nominis *θεογονον* se damnare simulabant, venenatq; erroris circumlinebat melle verborum, sed tandē coluber se tortuosus aperuit, & noxium caput, quod spiris totius corporis tegebatur spiritali cruore confossum est. Recipit, vt scis, Ecclesia pœnitentes, & numero superata peccantium, dum deceptis gregibus consulit, pastorum vulneribus ignoscit. Eadem nunc in veteri & noua hæresi consuetudo seruatur, vt aliud populi audiant, aliud prædicent sacerdotes. *Ibid. in sine cap. 1.*

SECUNDA post naufragium tabula est, culpā simpliciter confiteri. Imitati estis errantem, imitami & correctum. Errauimus iuuenes, emendemur senes, iungamus gemitus, lachrymas copulemus, plorēmus & cōuertamur ad Dominum, qui fecit nos, non expectemus diaboli pœnitentiam. Vana est illa præsumptio & in gehennā trahens profundum: hic autem quæritur vita, aut amittitur. Si Origenem nunquam secutus sum frustra insamare me quæritis: si discipulus eius fui imitami pœnitentem. Credidistis confitenti, credite

& neganti. Si ista, vt ais, inquit noueras, cur eum laudasti in opusculis tuis? Et hodie laudarem, nisi vos eius laudaretis errores: non mihi displiceret ingenium, nisi quibusdam eius placeret impietas. Et Apostolus præcipit. Omnia legentes, quæ bona sunt retinentes. Lactantius in libris suis, & maxime in epistolis ad Demetrianum, Spiritus sancti omnino negat substantiam: & errore Iudaico, dicit eum vel ad patrem referri, vel ad filium, & sanctificationem vtriusq; personæ sub eius nomine demonstrari. Quis mihi interdicere potest, ne legam Institutionum eius libros, quibus contra gentes scripsit fortissimè, quia superior sententia detestanda est? Apollinarium contra Porphyrium egregia scripsit volumina: probo laborem viri, licet fatum in plerisq; dogma contemnam. Confitemini & vos in quibusdā errare Origenem, & vim vltra non faciam. Dicit eū malè sensisse de filio, peius de Spiritu S. animarum de cælo ruinas impiè protulisse, resurfectionem carnis verbo tantum cōfiteri, ceterum assertionem destruere, & post multa sæcula, atque vnam omnium restitutionē, id ipsum fore Gabrielem, quod diabolum, Paulum, quod Caiphā, virgines: quod prostitulas. Cū hæc reieceritis, & quasi censoria virgula separaueritis à fide Ecclesię, tuto legam cetera; nec venena iam timebo, cum antidotum præbitero, non mihi nocebit, sed dixerō. Origenes, cū in cæteris libris omnia vicerit, in Cantico Canticorum, ipse se vicit. nec formidabo sententiam, quam illum doctorem Ecclesiarum quondam adoleseentulus nominauit: nisi fortē accusare debui, cuius rogatus opuscula transferebam. *Tom. 2. Epist. 65. ad Pammachium & Oceanum, cap. 2.*

ET qui ligna cedit, si securi ac ferro fugente de ligno homo fuerit occisus, pergere iubetur ad vrbem fugitiuorum, & tandiu ibi esse, quamdiu sacerdos maximus moriatur, id est, redimatur sanguine Saluatoris, aut in domo baptismatis, aut in pœnitentia, quæ imitatur baptismatis gratiam, per ineffabilem clementiam Saluatoris, qui non vult perire quemquam, nec delectatur mortibus peccatorum, sed vt conuertantur & viuant. *Tom. secundo libro primo Dialogorum aduersus Pelagium capite 10. fol. 278.*

QUOD autem scriptum est: Et sanguis Iesu filij eius mundat nos ab omni peccato: tam in confessione baptismatis, quam in clemētia pœnitentia accipiendum est. *Tom. secundo libro secundo Dialogorum aduersus Pelagianos, capite tertio. fol. 283. fac. 2.*

ET deouē quidem, ac drachmā, licet ad vnum pertineant intellectum, non est istius temporis disputatio, hoc tantum dixisse sufficiat, ob id has parabolas esse ptopositas, vt quo modo ibi, in inuentione pecoris & drachmæ latitia est Angelorum, & circa manentium vicinarum, sic in publicanorum peccatorumque pœnitentia, omnium debere esse lætitiā, quibus non est necessaria pœnitentia. Vnde vehementer admiror Tertullianū in eo libro, quem de pudicitia aduersus pœnitentiam scripsit, & sententiam veterem noua opinione dissoluit, hoc voluisse sentire, quod publicani & peccatores, qui cum Domino vescebantur Ethnici fuerint, dicente scriptura: Non erit vestigial pendens ex filij Israel, quasi verō & Mattheus non ex circuncisione fuerit publicanus, & ille, qui cum Pharisæo in templo brans, oculos ad cælū non audebat

bat erigere, non ex Israel fuerit publicanus: aut non Lucas memorat: Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum, baptisati baptismō Ioannis. Aut cuiquam credibile possit videri, ethnicum templum ingressum, aut Dominum cum Ethnicis habuisse cōuiuuium, cum id maxime duceret, ne legem soluere videretur, & primum venerit ad oues perditas domus Israel: Chananeæ quoque depreccanti pro salute filiarū responderit: Non oportet tollere panem filiorum, & dare eum canibus. Et alibi discipulis præcepit: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis. Ex quibus omnibus edocemur, in publicanis, nō tam gentiliū, quam generaliter omnium peccatorum, id est, qui erant & de gentibus, & de Iudeis accipi posse personas. Ille autem, quia iuxta in sanas & blasphemias scemmas suas, id dogmatis defendebat, quo Christianos nollet recipere pœnitentes, frustra argumentatus est, publicanos Iudeos non fuisse, vt in personarum, gentiliū tantum populus possit intelligi. *Tom. 3. Epistola 146. ad Damasum, fol. 407.*

CONFIDAMVS & nos viuere posse per pœnitentiam, qui fueramus mortui per delicta. Et hic quidem ipse filius reuertitur: in superioribus verō, in oue scilicet & in drachmā, quod erauerat, assertur, & quod perierat, inuenitur, & simili tres parabolæ sine clauduntur. Dum in ista ponitur, perierat, & inuentus est: vt intelligamus diuersis similitudinibus de eadem peccatorum susceptione signatum. *Ibidem, fol. 410. fac. 2.*

NOVATIANSVS affirmat, non posse peccare in Spiritum sanctum, nisi eum qui Christianus sit, & postea negauerit: Manifestum est Iudeos, qui eo tempore blasphemabant, peccato blasphemie non teneri: quippe qui impij coloni interfectis Prophetis de nece Domini cogitabant: & in tantum erant perditij, vt ad saluandos eos se Dei filius venisse responderit. Vnde de toto ipsius scripturæ ordine conuincendus est, non ijs irremissibile esse dictam blasphemiam, qui tormentis compulsi, & varijs euiscerati cruciatibus, Dominum denegassent, sed ijs qui cum in virtutibus videant opera Dei, calumniarunt & clamitant, dæmonis esse virtutem, & omnia signa quæ facta sunt, non ad diuinam magnificentiam, sed ad diabolum pertinere. Vnde & Saluator noster toto responsonis suæ hoc agit argumento, vt doceat non posse sathanam eijci à sathana, & regnū eius inter se non esse diuisum. Cum enim diaboli studium sit, Dei lædere creaturam: quomodo eiusdem poterit esse voluntatis, sanare languentes, & se ipsum de obsessis fugare corporibus? Probat itaque Nouatianus aliquem de ijs, qui sacrificare compulsi sunt ante tribunal Iudicis, respondisse omnia, quæ in Euangelio scripta sunt, non à filio Dei, sed à Beelzebub principe dæmoniorū fuisse profecta: & tunc poterit approbare, irremissibilem in Spiritum sanctum esse blasphemiam. Vt autem & acutius aliquid interrogemus, respondeat, quid sit contra filium hominis dicere, & in Spiritum sanctum blasphemare. Ego quippe assero iuxta sensum illius, eos, qui Christum in persecutione negauerint, contra filium hominis dixisse, & nō in Spiritum sanctum blasphemasse. Qui enim interrogatur, an Christianus sit, & Christianum se non esse responderit, vtiq; negando Christum, hoc est filium

hominis, spiritui sancto non facit iniuriam. Si autem Christum negando, negauit & spiritum, edisserat hæreticus, quomodo non peccet in Spiritum sanctum qui filium hominis denegauerit. Aut, si spiritum sanctum hoc loco intelligendum patrem putat, patris nulla est à negatore mentio facta cum negaret. Petrus Apostolus eo tempore, quo ancillæ interrogatione perterritus, Dominum negauit, in filium hominis an in spiritum sanctum videtur commisisse peccatum? Si id, quod ait, Nescio hominem, ridiculè voluerit interpretari, non Christum eum negasse, sed hominem: mendacem faciet saluatorem, qui se, hoc est filium Dei, negandum esse prædixerat. Si autem negauit filium Dei, vnde & amare fleuit, & trinam negationem, trina postea confessione deleuit: manifestum est, peccatum in spiritum sanctum, ideo non posse dimitti, quod habeat blasphemiam, vt cum videas in virtutibus Deum, Beelzebub calumniaris in factis. Docet igitur aliquem negatorem Beelzebub vocasse Christum, & vltro referam gradum, negatorem non posse veniam consequi post ruinam, quia aliud est tormentis cedere, & se Christianum negare: aliud Christum diabolum dicere, sicut tibi ipsa scriptura, atque contextus lecta attentius potuerunt demonstrare. *Tom. 3. Epist. 149. ad Marcellum.*

HAS tres parabolas contra Pharisæos & scribas locutus est, qui nolabant recipere pœnitentiam peccatorum, & publicanorum salutem. *Tom. 3. Epistola 151. ad Algasium, quest. 6.*

SECUNDA post Naufragium tabula, pœnitentia est, & consolatio miserarum, impietatem suam abscondere. Vnde & principes appellatur Sodomorum, quod Sodomitica habuere peccata. *Tom. 4. lib. 2. Commentariorum, in cap. 3. Esaię, fol. 13. fac. 2.*

QUI autē fugerit de deserto Moab, vt à Prophecia reuertatur ad Anagogem, & contempto mendacio, in monte steterit veritatis: erit quasi auis fugiens: & quasi pulli de nido auolantes: ne à Moabiticis serpentibus deuorentur. Sicut inquit erunt omnes filiar, hoc est animæ Moabiticæ: in transcensu Arnon, q̄ interpretatur illuminatio eorum: quando erroribus derelictis, ad scientiam transcenderint veritatis. Dicitur itaq; ipsi Moab vel ei qui euaserit de Moab. Nihil agas absque consilio, nec circumferaris omni vento doctrinę: sed sequere eum qui magni consilij angelus est: Et cogere concilium, vt de vagis & errantibus, Dei Ecclesiam facias. Vmbraculum autem tuum & tabernaculum, in quo prius requiescere te putabas, quod erat noctis & tenebrarum, pone in meridie, hoc est, in clarissimo lumine in quo abscondere debes de errore fugientes, & prius vagos vltra non prodere. O enim Moab, profugis meis qui me dereliquerant, qui de Ecclesia egressi erant & dimittentes doctrinam spiritus sancti, suum sensum sequebantur, vel qui habitauerant apud te: cum eos cœperit vastator diabolus persequi, tu eis ad Domini timorem tota mente conuersa præbeto latebras: & scito quod post aduentum agni, qui de petra deserti ortus est dominator vniersę terrę: & venit ad montem filiarum Sion: finita sit omnis potentia diaboli: quæ pulueri comparatur. *Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 16. Esaię, fol. 72. fac. 2.*

LAA à malitia cor tuum Hierusalem, &c.]

Epist. 4. Esaię. 61.

Pœnitentia fugat diabolum. Esaię. 16.

Fff 4 Dicenti

Montanus & Nouatus negant pœnitentiam.

Fraudes Ariatorum.

1. Tull. 5. Origenis & Lactantij errores.

Cum dele- tu ex iudicio legendi veteres.

Origenes da- tor Ecclē- arum à B. Hieronymo appellatur.

In pœnitentia redimimur sanguine Saluatoris.

2. Tom. 1. Christi sanguis operatur in lacramen- tis.

Tertullianū reprehensio.

Deut. 23.

Matth. 9. Luca 12.

Matth. 26.

Ioan. 21.

De oue per- dita, tra- chma iue- na nō filio prodigo.

Metaphorā tabule fre- quenter re- penta fidei. Et frustra. contra Cal- uino.

Epist. 4.

Esaię. 61.

Pœnitentia fugat diabolum. Esaię. 16.

penitentia quasi fecerit baptismi. Esaias 1.

Penitentia portus iustissimus.

Hierem. 3.

Penitentia efficacis.

720 Dicenti populo, vae vobis quoniam vastati sumus. Respondet Propheta immo per Prophetam Deus, Laua à malitia cor tuum Hierusalem, illa aqua, de qua & Esaias loquitur: Lauamini, mundi estote, aqua baptismi salutaris, aqua penitentiae. Tomo. 4. libr. 1. Com. in cap. 4. Hieremia. folio 240. fac. 1.

DOCEAT quid facere debeant, vt conuertantur, scilicet ad penitentiam, & hanc firmissimam & securam habeant armaturam. Vbi diximus, luctum vniuersi fac tibi: Pro vniuersi, in hebraico scribitur? Iahi, quod magis solitarium, quam vniuersum sonat. Si enim esset dilectus siue amabilis, vt Lxx. translulerunt iedidi ponerent, quod & Salomoni Deus nomen imposuit. Nihil autem dolentius, quam vnum vel solum perdere filium. Tomo. 4. libr. 2. Com. in cap. 6. Esaias, fol. 246. fac. 2.

SECUNDA post naufragium tabula est, cum peccaueris erubescere: & non illi subiacere increpationi, quae contra Hierusalem dicitur: facies meretricis facta est tibi: nescis erubescere, Tom. 4. libr. 5. Comment. arriorum, in cap. 16. Ezechiel. fol. 378. fac. 1.

IN tantum, ait, peccata patrum ad filios non redundant nec iustum filium sceleratus praegratuar pater, neq; alij pro aliorum sceleribus puniuntur, vt ipse vnus atque idem, qui prius impius fuit atque peccator, si postea egerit penitentiam & ad meliora conuersus, pristina peccata deleuerit, non iudicetur vetustate peccati, sed in meum suscipiatur gregem, in nouatione virtutis. Simulque considerandum, qualem impium & peccatorem suscipiat penitentem. Si ab omnibus inquit peccatis suis quae operatus est auerterit se, & custodierit vniuersa praeccepta Domini: quo scilicet omnia crimina derelinquat & cunctas virtutes sequatur: si omnia bona fecerit, & cuncta deseruerit mala, & ego omnium iniquitatum eius, quas operatus est, obliuiscar. Tom. 4. libr. 6. Com. in cap. 18. Ezechiel. fol. 385. fac. 1.

DISCIMVS posse hominem, quamuis iniquum & impium, si magistri verba audierit, & egerit penitentiam, à sua impietate saluari, nec minus magistrum subire discrimen, si docere noluerit, vel timore discriminis, vel desperatione peccatis: dum reus est sanguinis eius qui liberari potuit & de morte erui, nisi magistri silentio concidisset: & in vtroque liberum seruari arbitrium, dum & in magistri voluntate est, vel tacere vel loqui, & in auditoris arbitrio, vel audire, & facere atque saluari, vel contemnere & proprio perire contemptu. Tom. 4. libr. 10. Com. in cap. 33. Ezech. fol. 435. fac. 2.

Videtur nobis eadem propheta esse quae supra, in qua dicitur: Nunquid volens cupio mortem iniqui, dicit Dominus: nisi conuerti eum à via sua mala, & viuere? Et in fine eiusdem prophetae: Conuertimini, & redite ab vniuersis impietatibus vestris, & non erunt vobis in tormentum iniquitates. Ibi enim ad eos sermo fit, qui volunt agere penitentiam, & iustitia peccata delere, vt eum fiducia conuertantur, & pleno animo agant penitentiam. Hic autem ad eos loquitur qui magnitudine peccatorum, imo impietatum suarum, desperant salutem, & dicunt: Iniquitates nostrae, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis tabescimus: quo modo ergo viuere poterimus? Et est sensus: Cum semel nobis mors

proposita sit, & vulneribus nostris nulla medicina possit restituere sanitatem: quid necesse est laborare, & frustra consumi, & praesentem vitam non cum desperatione transigere, vt saltem hac fruamur, quia futuram perdidimus? Quibus respondet Deus, Non velle se mortem impij, sed vt reuertatur, & viuat. Et Apostropham facit ad impios desperantes: Conuertimini à vijs vestris pessimis. Atq; vt sciamus, qui sint impij ad quos loquitur sequens sermo demonstrat. Quare moriemini domus Israel? Vita autem & mors in hoc loco, non hac significatur, qua omnes communi cum bestijs lege naturae vel viuimus, vel morte dissolui mur: sed illa de qua scriptum est: Placebo Domino in regione viuentium. Et: Anima quae peccauerit ipsa morietur. Ibidem, folio 436. fac. 1.

CVM Dominus loquatur: Nolo mortem peccatoris: sed tantum vt reuertatur & viuat, & semel peccasse sufficiat, debemus nos erigere post ruinam. Si enim iuxta eos, qui de Physicis disputant, nouit hyrundo pullos de succo oculare Chelidoniae, & didicamum capreae appetunt vulneratae: cur nos ignoremus medicinam penitentiae propositam esse peccantibus? Quod autem ait: Ne moriaris in tempore non tuo: Scimus Chore & Dathan, & Abiron propter seditionem aduersum Moysen & Aaron repentino terrae hiatu deuoratos, & ad emendationem malorum, ante diem iudicij etiam in hac vita plurimos iudicat. Quod dicit ergo tale est. Noli peccatis addere peccata, ne prouoces Deum, etiam hic tibi inferre iudicium. Tom. 5. Comment. arriorum, in cap. 7. Ecclesiast. fol. 18. fac. 2.

DE haereticis, facilis intelligentia est, quod uocentur Samaria, eo quod Dei praeccepta seruare se iacent: non quod custodes sint legis eius, sed quod hoc esse se dicant in similitudinem scismatis Nouatianorum, qui & ipsi καθαρῶς, id est, mundos se uocant, cum sint omnium immundissimi, negantes penitentiam, per quam peccata mundantur: iuxta illud quod scriptum est: Lauabis me & super niuem dealbabor. Et in Esaias: Lauamini, mundi estote. Lauacrum autem non baptismum uocat, sed omnem penitentiam, quae sordes abluit peccatorum. Peccat igitur huiusmodi Samaria quia quidquid loquitur, repugnat Deo suo, & clementiam eius vertit in crudelitatem: vsque eo, vt qui viri sunt apud illam, & ad malitiae aetatem uenere perfectam, spirituali mucrone truncentur. Qui autem paruuli atque lactentes, elidantur ad petram. De quibus & in Psalmo legimus: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Foetae quoque eius atque praegnantae, quae de malo semine conceperunt, ideo dirumpuntur, ne pessimos liberos faciant. Tale quid & in Euangelio nobis subiicitur. Vae praegnantibus & nutrentibus in diebus illis: Diebus uidelicet tribulationis & angustiae. Interficiuntur autem, & bellatoris Samariae gladio, & lactantes eliduntur, & praegnantae dirumpuntur: vt pereunte malo semine, zizany sive eius exultis, solum remaneat triticum, quod in Domini horrea recondatur. Tom. 5. libr. 2. Com. in cap. 14. Osee. fol. 75. fac. 1.

NE timeas terra, imo confide atque latitare: quae prius sementem Dominicam tua ariditate perdidit: quia magnificauit Dominus, vt faceret tecum misericordiam: in tantum vt etiam iumenta

Apostrophe ad impios desperantes.

Psal. 114.

Ezech. 33.

Medicinas penitentiae.

Num. 16.

Nouatiani Cathari.

Psal. 50. Esaias.

Psal. 136.

Luc. 23.

Esaias 9.

Penitentia uulnibus contra Nouatium.

Osee. 10. Hierem. 4.

Pana impotentium.

Vermis penitentium medicum Christi. Esaias. 10.

Malach. 3. Psal. 101.

Pron. 6.

inuenta regionis & desertae solitudinis, lactis noualibus complerentur. Et lignum crucis afferret fructum suum, & spiritus sancti dona dulcissima suam cunctis tribuerent largitate. Vos quoque quos iuste post penitentiam uoco filios Sion & Ecclesiae, laetamini atque gaudete, quia dedit uobis Deus pater doctorem iustitiae, siue tribuit uobis alimenta iustitiae, & descendere fecit ad uos pluuias temperaneas atque serotinas. Pluuia tempestina, quando primam doctrinam suscepimus pluuias serotinae, quando laboris nostri fructus recipimus, & ad perfectam sanctorum scripturarum scientiam peruenimus. Potest pluuias temperanea & serotina, uetus ac nouum accipi testamentum. Et non solum inquit, hoc dedit, sed fecit nos nouis uirtutum frugibus abundare, & saturari atque inebriari frumento, uino, & oleo, de quo saepe diximus. Et annos, quos perturbationibus ante regnantibus perdidideratis in uobis, quando opera uestra locusta, bruchus, rubigo, ericaeque consumperant, Deus uobis perire non passus est. Tunc comedetis fructus iustitiae, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei uestri, qui fecit uobis uiscum mirabilia. Si autem post penitentiam tantam ueritatem Deus rerum omnium pollicetur, quid respondebit Nouatus negans penitentiam, & reformari posse peccatores in pristinum statum si digna fecerint opera penitentiae? In tantum enim Deus recipit penitentes, ut uocet eos populum suum, & nequaquam asserat confundendos, & habitaturum se in eorum medio reponit: nec amplius eos alium habituros Deum, sed in eum toto animo confisuros, qui in illis maneat in aeternum. Tom. 5. Com. in cap. 2. Ioel. fol. 85. fac. 2.

QUI post opera iustitiae (de quibus in Propheta dicitur: Seminate uobis in iustitia, & in nouate uobis noualia & ne seminatis super spinas) graua peccata commiserint inducitur super eos foetus, vel generatio locustarum ueniens matutina: quando transeuntibus noctis tenebris incipiunt sua peccata cognoscere, & quia non egerunt penitentiam, adducitur bruchus qui appellatur Gog rex: gog autem in linguam nostram uertitur δογμα, id est, reatum, superba quaedam & arrogans fortitudo. Cumque terra nostrae fecundum stipulam quae consumperit, quicumque sancti in populo fuerint, ueniam precabuntur, & dicent: Domine Deus propitius esto. Quis enim alius suscitare poterit Iacob? quis medicorum sanare ἀνοσοποιον, nisi tu solus? ad cuius tactum sibririe statim sanitas redit. Paruulus est enim Iacob siue modici numeri, quia nulla in eis, vel pauca uirtutum remansere uestigia. Peniteat te Domine super hoc, quod te facturum tuo populo comminatus es. Penitentiam autem Dei in scripturis sic debemus accipere, quo modo somnium & iram: non quod Deum peniteat, aut mutet sententiam, qui loqui loquitur per Prophetam: Ego Deus, & non mutor. Et cui nos dicimus: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient sed quod nobis in meliora conueris, & ipsum peniteat sententiae suae: ut nec iusto reddat praemia, quae promisit, si declinauerit ad iniquitatem: nec peccatori poenas, quas comminatus est, si conuersus fuerit ad salutem. Dicitur ad eum qui acturus est penitentiam: Ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitationem palpebris tuis ut libereris quasi damula de casibus, &

sicut auis ex laqueis. Quasi si Domini primum mandata contemserit & postea in angustijs constitutus euigilare coeperit, suscitatur Dominum dormientem sibi & dicit: Exurge quare dormis Domine? E contrario qui thesaurizauerit sibi iram in die irae, Deum iratum sentiet. Quod si egerit penitentiam, ira uertetur in misericordiam, & cum perturbationibus nostris atque uirtutibus, in utramque partem poenarum atque clementiae Dominus commutabitur. Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 7. Anns. fol. 11. fac. 1.

PER has duas portas baptismi & penitentiae in Hierusalem, id est, in Ecclesiam Dei vel introitus vel reditus est. Tom. 5. Com. in cap. 1. Sophonia. fol. 209. fac. 2.

DISCEDITE à me qui operamini iniquitatem, &c. Non dixit, qui operati estis iniquitatem ne uideretur tollere penitentiam, sed qui operamini, hoc est, qui usque in praesentem horam, cum iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum. Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 7. Matthei, Canone 11. facie 1.

SED & illud est intuendum, quod qui per peccatum quodammodo homo esse desiderat, per penitentiam concipitur à magistro, & rursum in eo Christi formatio repromittitur. Hoc aduersum Nouatianos, qui nolunt reformari eos quos semel peccata contriuerint. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 4. ad Galat. fol. 14. v. fac. 2.

ISTE locus & Iudaeum vincit & Nouatianum. Cantate Domino omnis terra. Non Hierusalem, sed omnis mundus. Hic Iudaeus occiditur. Cantate Domino omnis terra. Nouatianus occiditur. Quomodo? Dicit enim Nouatianus: Sunt aliqua peccata pro quibus debemus agere penitentiam. Ac dicat: De mendacijs, de periurijs, de furto. Caeterum qui fornicatus fuerit, qui homicidium fecerit, iste agere non potest penitentiam. Audi quid dicat: Cantate Domino omnis terra. Omnis autem terra, & adultera est, & homicida, & omnia peccata terrena sunt. Si autem uniuersa peccata terrena sunt, qualiacunque peccata habueris, age penitentiam & saluus eris. Tom. 7. Com. in Psal. 95. fol. 122. fac. 1.

Articulus IV. Christiani hominis penitentiam, qua post baptismum remissio peccatorum inieperatur, multo esse aliam ab ea, quae in adultis baptizandis requiritur.

NEc statim nobis penitentiae subsidia blandiantur, quae sunt infelicitium remedia. Cauendum est vulnus, quod dolore curatur. Aliud est, integra naue, & saluis mercibus portum salutis intrare; aliud, nudum habere tabulam, & crebris fluctuum recuribus, ad asperrima saxa collidi. Tom. 1. Epist. 9. ad Saluam. cap. 5. f.

QUO si tibi tacita cogitatio scrupulum mouerit, cur monitor ipse non talis sim, qualem te esse desidero, & nonnullos uideris in medio itinere corruisse: illud breuiter respondebo, non mea esse, quae dico, sed Domini Saluatoris, non monere quod ipse possim, sed quid debeat uelle, vel facere, qui seruus futurus est Christi. Et athletae suis incitatoribus fortiores sunt, & tamen manet debilior, ut pugnet ille qui fortior est. Noli respicere Iudaeum negantem, sed Paulum respice consistentem. Iacob dilectissimi patris filius, Genes. 28. solus

Psal. 43.

Rom. 2.

Per baptismi portam introitus in Ecclesiam. per uirtutis reditum.

Nouatianum error.

Nouatiani excipit quaedam peccata quae penitentia non possunt deleri.

Penitentia subsidia imbecillium remedia.

Genes. 28. solus

solus & nudus in baculo pergit Mesopotamiam, iacet lassus in itinere, & qui delicatissimè à Rebeca matre fuerat educatus, lapide ad caput pro puluillo vritur, vidit schalam de terra vsque ad caelum, & ascendentes per eam angelos & descendentes desuper innitentem Dominum, vt lapsis manum porrigeret, & ascendentes suo ad laborem prouocaret a spectu, vnde & vocatur locus ioseph Berhel, id est, domus Dei, in qua quotidie ascenditur, atque descenditur; Et sancti enim corruunt, si fuerint negligentes, & peccatores pristinum recipiunt gradum, si fordes fletibus lauerint. Hoc ideo dixi, vt non te terreant descendentes, sed prouocent ascendentes. Nunquam exemplum à malis sumitur, etiam in seculi rebus, semper à meliori parte incitamenta virtutum sunt.

Tom. 1. Epist. 34. ad Iulianum, cap. 4.
 Non iam opus habent medico, sed malè habentes: iacenti manum porrigo, & conserpsum in sanguine suo, vt proprijs fletibus lauetur, exhortor. Quod si nec sic poenitentiam vult agere, & fracto nauigio, tabula per quam saluari poterat, non retentat, cogor dicere: Super tribus aut quatuor impietibus nõne auerfabitur eum, dicit Dominus? Auerfionem dicens pro peccata, dum suæ peccator relinquitur voluntati. Inde est, quod peccata patrum in tertiam & quartam generationem restituit, dum non vult statim punire peccantes: sed ignoscens primis postrema condemnat. Alioquin si protinus scelerum vltor existeret, & multos alios, & certè Paulum Apostolum Ecclesiæ non haberent. Ezechiel Propheeta cuius supra fecimus mentionem, Dei verbum ad se factum referens, ait, Aperi os tuum, & manduca quæ ego dabo tibi. Et vidi inquit, & ecce manus extenta ad me, & in ipsa volumen libri. Et reuoluit illud in conspectu meo, & in ipso scriptum erat à facie & retrorsum, Lamentum, & carmem, & væ. Prima scriptura ad te pertinet, si tamen volueris agere poenitentiam post delictum. Secunda ad sanctos, qui ad Dei canticum prouocantur, non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris, Tertia ad tui similes, qui desperantes, semetipfos tradiderunt immundiciæ, & fornicationi, & ventri, & ijs quæ infra ventrem sunt, qui putant omnia morte finire, & nihil esse post mortem, & dicunt. Tempestas si transierit, non veniet super nos. Liber ille quem Propheeta deuorat, omnis series scripturarum est. In quibus & poenitens plangitur, & iustus canitur, & maledicuntur desperans. Nihil ita repugnat Deo, quam cor impenitens. Solum crimen est, quod veniam consequi non potest, si enim ei ignoscitur post peccatum, qui peccare desistit, & ille flectit iudicem, qui rogat, impenitens autem omnis ad iracundiam prouocat iudicantem: solum desperationis crimen est, quod mederi nequeas. Porro vt scias Deum quotidie peccatores ad poenitentiam prouocare: qui si rigidi perliterint, de clemente eum feruorem & truceam faciunt? Audi Esaiæ verba dicentis: Et vocabit inquit Dominus Sabaoth in die illa ad fletum, & planctum magnum & decaluationem, & accinctionem ciliciorum. Ipsi vero fecerunt lætitiã & exultationem, manducantes vitulos & immolantes oves, vt comederent carnes, & biberent vinum, dicentes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Post quas voces, & perditæ mentis quaciã, scriptura commemorat dicens: Et reuelata sunt hæc in

auribus Domini Sabaoth: non remittetur vobis hoc peccatum, donec moriamini. Si enim peccato mortui fuerint, tunc eis remittetur peccatum, quod quam diu in peccato vixerint, non dimittitur. *Tom. 1. Epist. 48. cap. 2.*

O funestos oculos meos, ò diem illum omni maledictione dignissimum, in quo Epistolâ illas tuas, quas hucusque retinemus, consternata mente legi. Quæ ibi turpitudines, quæ blanditiæ? quanta de condicito stupro exultatio? Hæcine diaconum, non dicâ loqui, sed scire potuisse? Vbi miser ista didicisti, qui in Ecclesia tenuitum esse iactabas? nisi quod in eisdem Epistolis iuras te nunquam pudicium nunquã fuisse diaconum, si negare volueris, manus tua te redarguet, ipsi apices proclamabunt. Habeto igitur interim lucrum sceleris: non possum tibi ingerere, quæ scripsisti, iaces itaque aduolutus genibus meis, & misericordiam, vt tuis verbis vtar, sanguinis deprecari. It ò te miserum neglecto iudicio Dei, tantum, quasi vindicem, times. Ignoui fateor, quid enim aliud possum tibi facere Christianus? Hortatus sum, vt ageres poenitentiam, & in cilicio, & cinere volutareris, vt solitudinem peteres, vt viueres in monasterio, vt Dei misericordiam iugibus lachrymis implorares. At tu bonæ spei columen, ex cætro stimulis inflammatum, factus es mihi in arcum peruersum & contra me conuiciorum sagittas iacis. Inimicus tibi factus sum, vera dicens. Non doleo de maledictis, quis enim nesciat, nihil nisi flagitiosum, tuo ore laudari, hoc plango quod te ipse non plangis, quod te non sentis mortuum, quod quasi gladiator paratus libytinæ, in proprium funus ornaris. Amicis linteis, digitos anulis oneras: Dentes puluere teris: raros in rubenti caluaria digeris capillos: taurina ceruix, toris adipis intumescens, nec quia propter libidinem fracta est inclinatur, super hæc vnguenta fragras, mutas balneas, & contra renascentes pilos pugnas, per forum ac plateas nitidus ac politus amator incedis. Facies meretricis facta est tibi, nec sis erubescere. Conuertere miser ad Dominum, vt ad te Dominus conuertatur. Age poenitentiam, vt & ille agat poenitentiam super omnibus quæ locutus est malis, vt faceret tibi. Quid neglecto vulnere proprio, alios niteris infor mare? quid me, bene tibi & sedulo consulentem, quasi phreneticus morsu laceras? Esto, ego flagitiosus sim, vt vulgo iactitas, saltem mecum age poenitentiam. Criminosus vt simulas, imitare lachrymas criminosis. Num mea peccata virtutes tuæ sunt? An malorum tuorum putas solatium, si multos tui similes habeas? Fluant paululum de oculis lachrymæ: inter sericum & linteamina, quibus tibi videris fulgidus & formosus intellige te nudum, cõscissum sordidatum, mendicantem. Nunquam est fera poenitentia. Quamuis de Hierosolymis descenderis, & sis in itinere vulneratus, inde te Samaritanus impolitum iumento, curandum quæ ad stabulum referet. Sed etsi mortuus iaces in sepulchro, tamen & factentem Dominus suscitabit. Imitare saltem cæcos illos, propter quos Saluator, dimittens donum suam, & hereditatem suam Hierico venit. Sedentibus in tenebris & vmbra mortis lux orta est eis. Qui postquam præterire Dominum cognouissent, cœperunt clamare, dicentes: fili David miserere nostri. Poteris & tu videre, si clames, si accitus ab eo sordida vestimenta projicias. Cum

Esaiæ 22.

Poenitentia serua & grauis impudici diaconi.

Osæ. 7.

Gal. 4.

Descriptio turpi & impuri concubini.

Hierem. 13.

Luce. 10.

Ioan. 11.

Matth. 9.

Marc. 10.

Esaiæ 9.

Matth. 9.

CON-

Ad ageudã seriam poenitentiam concubinarium diaconum hortatur. Psal. 50. Luce. 13.

conuersus ingemueris, tunc saluus eris, & tunc scies vbi fueris. Tangat modicè cicatrices tuas, pertractet luminum quondam tuorum vestigia. Licet ab vtero sic genitus sis, & in delictis conceperit te mater tua: asperget te yfopo & munda beris: lauabit te, & super niuem dealbaberis. Quid incuruus terræ hæres, & totus in cœno iaces? Illa quam decem & octo annis fathanas vinxerat, postquam à Salvatore curata est, cœlum erecta suscepit. *Ibidem, cap. 4.*

Hebr. 6.

Hæc retuli, vt totam tibi scenam operum tuorum quasi in breui depingerem tabella, & gesta tua ante oculos tuos ponerem, ne misericordiam Domini, nimiamque clementiam, materiam existimes delictorum, rursus crucifigens tibi me ipsi filium Dei, & ostentui habens & non legens illud, quod sequitur: Terra enim venientem sæpè super se hibens imbrem & generans herbam opportunam illis, quibus colitur, accipit benedictionem à Domino proficiens autem spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio erit in combustionem. *Ibidem Epistola 48. cap. 5. f.*

Sap. 1.

Psal. 115.

Rom. 3.

Peccata sunt inæqualia.

Luce. 13.

Status poenitentium lauentabilis. Ezech. 16.

Ezech. 20.

nus iusto habeant poenitentes, sufficit eis pro omni poena sola confusio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos: Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, & omnium scelerum, quibus polluti eratis: & displicebitis vobis in cõspectu vestro, in omnibus malitijs vestris, quas fecistis: & scietis quia ego Dominus. cum benefecero vobis, propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima. Arguitur quoque à patre filius, quod saluti fratris inuideat, & cum angeli latentur in cœlo, ille liuore crucietur. Quamquam duorum fratrum similitudo frugi, & luxuriosi, non ad merita totius generis humani, sed vel ad Iudæi pertinent Christianique personas, vel ad sanctorum & poenitentium. Super qua parabola libellum quondam Damaso Episcopo, dum adhuc viueret, dedicaui. *Tom. 2. lib. 2. contra Iulianum, cap. 17. p.*

Luce. 15.

Status sanctorum & poenitentium est diuersissimus vt hæc parabola docet.

BAPTISMVS vetera peccata conscindit, nouas virtutes nõ tribuit, dimittit carcere, & dimisso, si laborauerit præmia pollicetur. *Tom. 2. lib. 1. Dialog. aduersus Pelagianos, cap. 8. fol. 275.*

Poenitentes post vulnera sanantur.

Non hoc alicui videatur iniultum, vt dispar labor vnum præmium consequatur. Magna quippe diuersitas est eorum qui post vulnera, sunt sanati & eorum qui nunquam viderunt mortis terrorem. *Tom. 3. Epistola 15. ad Mineruum & Alexandrum, fol. 447.*

DEMONSTRATVR, nec peccatorem salutem desperare debere si agat poenitentiam: nec iustum in sua confidere iustitia, si perdidit negligenter, quod magno labore quæsierat. *Tom. 4. lib. 10. Com. in cap. 33. Ezechielis, fol. 456. fac. 2.*

Planctus poenitentium.

Iuxta literam & iuxta Tropologiam, in omnibus prophetarum libris scriptus est planctus super eos, qui post peccata agunt poenitentiam: Carnem super illos qui nulla peccatorum forde maculati, cantico & laude sunt digni: Væ super eos qui non agunt poenitentiam, sed iuxta duritiam cordis sui, thesaurizant sibi iram in die iræ. Si autem vt diximus, planctus est super eos, qui agunt poenitentiam, & poenitentia reddit vulneris sanitatem: quo modo iuxta Lxx. dicitur: domus Israel cecidit, amplius non resurget: Virgo Israel errauit in terra sua, non est qui suscitaret eam? Quod sic solui potest: postquam domus Israel sua voluntate corruerit, nequaquam pristinam recipiat dignitatem. Postquam virgo Israel errauerit in terra sua, vltra inuenire non poterit suscitantem. Et considera verborum proprietates. Qui domus est, & qui numeratur in turba cadere dicitur. Qui autem de numero virginum, si errauerit, ob leue quoque peccatum non poterit suscitari: non quo non suscitetur, sed nequaquam suscitetur virgo Israel, & nequaquam resurgat domus Israel. Non est enim eadem gloria eius qui semper secutus est Dominum, & eius qui aberrauit à grege, & postea boni pastoris reportatus est humeris. Vnde & per alium prophetam Dominus ait: Malo poenitentiam peccatoris quã mortem. Poenitentia non sanctitati purissima & Ecclesiæ Christi (quæ non habet rugam neque maculam) sed morti & inferis comparata fit melior. Hæc dicimus, non quo iuxta Nouatum tollamus spem poenitentia, sed quod timidiore faciamus eos, & idcirco sollicitos, qui aperta ianua poenitentia, dum sperant futura, perdunt præsentia, & qui absque vulnere poterant permanere incauti vulnus accipiunt, vt

Luce. 15. Ezech. 18.

Dolore magna cruciatur verè poenitens.

postea

1. Cor. 15.

postea dolore crucientur. Multae mansiones sunt apud patrem meum, & stella à stella differt in claritate: ita & resurrectio mortuorum sanctis splendidibus sicut sol & luna, vesper & lucifer. Qui autem post peccatum egerint poenitentiam, pro diuersitate meritorum stellis alijs equabuntur. Tom. 5. lib. 2. Comment. in cap. 5. Amos. folio 106. facie.

CVM quis egerit poenitentiam de millenario & quarto numero vix reuertitur ad ceterarium & tertium numerum. Rursum qui in centenario est, vix redit ad secundum primae decadis numerum: atque ita fit, vt domus Israel quae corruerat non possit resurgere, & virgo Israel quae errauerat, in terra non habeat suscitamentum: quia qui semel ab vnione discesserit, & illam purissimae virginittatis perdiderit gloriam (de qua Apostolus dicit: Zelo enim vos zelo Dei, & statui vos vni viro virginem castam exhibere Christo, in qua non est macula neque ruga) pristinum statum & vnionis beatitudinem recipere non valebit, & vix ei concedetur, vt de mille reuertatur ad centum, & de centum ad decem redeat. Ibidem fol. 107. fac. 1.

SENTIENS anima se peccasse, & habere vulnera peccatorum, & in mortuis carnibus viuere, & indigere cauterio, constanter dicit ad medicum vire carnes meas refeca vulnera: humores omnes & pedum noxium dura hellebori potionem constringe. Mei vitij sunt, vt vulnerarer, mei doloris sit, vt tot tormenta sustineam & postea sanitatem recipiam. Verusque medicus iam si spliat atque securus ostendit causam medicaminis, & recte se docet fecisse quod fecit. Deniq; post cruciatus atque supplicia,educta de tenebris exterioribus anima & reddito nouissimo quadrante, dicit: Videbo iustitiam eius, & loquar: Iustificata sunt iudicia tua Deus. Si autem Christus factus est nobis à Deo sapientia & iustitia, & sanctificatio & redemptio: qui iustitia post iram Dei videre se dicit Christi sibi repromittit aspectum. Et hac duntaxat de poenitentibus. Ceterum multo melius est, non habere vulnera, & medico non egerere. Curatio non beatitudo sanatorum est, sed solatium post dolorem. Igitur qui curatus est, caueat, ne iterum peccet & rursum ei aliquid deterius fiat. Legimus in Leuitico (si tamen oculis apertis legimus: Et velamen quod in lege positum est, interioris oculi non excludit intuitum) in vibice & cicatrice cõbusturae lepram solere regenerari, & mutare colorum pili & ad priorem deformationem cicatricis nouellam accedere cõditatem. Hoc propterea, ne quis securus de poenitentia (eo quod post peccatum possit dicere: Iram Dei sustinebo, quoniam peccavi ei donec iustificet causam meam) peccet & cauterio indigeat, & sanatus iterum vulneretur. Cum autem eduxerit nos Dominus in lucem, & viderimus iustitiam eius: tunc videbit inimica nostra Babylon, & operietur cõfusione, quae prius loquebatur ad nos: Vbi est Dominus Deus tuus: existimans Hierusalem post vulnera non posse sanari. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 7. Michea. fol. 168. fac. 2.

SERMO Euangelicus Apostolis potius quam scribis & Phariseis est infundendus: qui maiorum traditionibus deprauati, syncretitatem praceptorum Christi non poterant custodire. Alia est enim puritas virginalis animae, & nulla prioris vitij contagione polluta: alia eius quae mul-

Poenitens in tam perfectum statum non restituitur. in quo prius erat.

1. Cor. 11.

Dura & aspera poenitentia.

Plerique veteres vocauerunt poenitentiam laboriosam baptismum.

1. Cor. 1.

Leuit. 13.

Poenitens post vulnera sanatus non debet esse nimis securus.

tarum sordium libidini subiacuerit. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 9. Mathae. Cano. 14. fac. 1.

Articulus V. Poenitentiam extra unitatem Ecclesiae esse inualem.

PLETE planctu, qui egreditur, quia non reuertetur vltra. Nequaquam igitur gentilis plangendus est, atque Iudaeus qui in Ecclesia non fuerunt, & semel mortui sunt, de quibus Saluator dicit: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: sed eos plange, qui per scelera atque peccata egrediuntur de Ecclesia, & nolunt vltra reuerti ad eadem damnatione vitiorum. Vnde & ad viros Ecclesiae sticos, qui muri & turres Ecclesiae nuncupantur, loquitur sermo Propheticus dicens: Muri Sion, proferte lachrymas, impletes illud Apostoli: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, vt dura corda peccantium vestris lachrymis prouocetis ad fletum, ne perseverantes in malicia audiant. Ego plantauit vineam frugiferam, omne semen verum, quomodo versa es in amaritudinem vitis alienae? Et iterum: Ligno dixerunt, Pater meus es tu: & lapidi, tu gemisti me, & verterunt ad me dorsa & non facies suas. Et est sensus: Noluerunt ad me conuerti, vt agerent poenitentiam sed per cordis duritiã in iniuriam meam sua terga verterunt. Quamobrem & Dominus loquitur ad Hieremiam? Vidisti quae fecerunt mihi habitatio Israel? Abierunt super omnem montem excelsum, & subter omne lingnum frondosum, & fornicati sunt tibi, & dixi: Postquam fornicata est, & fecit haec omnia, ad me reuertere, & non est reuerfa. Tom. 1. Epist. 46. ad Rusticum, cap. 2. f.

Articulus VI. Contritione quae verus & utilis est de peccatis dolor, ad salutarem poenitentiam opus esse, eaq; ad percipiendam gratiam nos preparari.

O clementia Dei, o nostra duritia, dum & post tanta scelera nos prouocat ad salutem, & ne sic quidem volumus ad meliora conuerti. Si reliquerit, inquit, vxor virum suum, & alij nupserit, & voluerit postea reuerti ad eum, nunquid suscipiet eam & non derelabitur? Pro quo scriptum est, iuxta Hebraicam veritatem, quod in graecis & latinis codicibus non habetur: Et tu reliquisti me: tamen conuertere & suscipiam te dicit Dominus. Esaias quoq; in eundem sensum iisdem penè loquitur sermonibus: Conuertimini qui profundum consilium cogitatis, & iniquum filij Israel: reuertere ad me, & redimam te. Ego Deus, & non est alius praeter me, iustus & Saluator non est absque me. Reuertimini ad me & salui eritis, qui estis in extremis terrae. Recordamini horum & ingemiscite, & agite poenitentiam qui erratis. Conuertimini corde & mementote priorum à seculo: quoniam ego sum Deus, & non est alius absque me. Scribit & Iohel: Conuertimini ad me ex toto corde vestro, in ieiunio & lachrymis, & planctu scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Misericors enim & miserator est Dominus, & agens poenitentiam super malitijs. Quanta autem sit misericordiae, & quam, vt ita loquar, nimiae, ineffabilisq; clementiae, Ofetas Propheta nos doceat, per quem loquitur Deus: Quid tibi faciam Effraim? quomodo te protegam Israel: quid tibi inquam faciam. Sicut Adama ponam te, & sicut Seboim. Conuersum est cor meum in me, & cõurbata est poenitudo mea. Nequaquam faciam secundam iram furoris mei. Vnde & Dauid loquitur in Psal-

Math. 5. Poenitentia prodest solis qui in Ecclesia fuerit & ab ea ob peccata eieci sunt & ad eam conuerti reuertuntur. Thren. 2. Rom. 12.

Hierem. 2.

Esai. 55.

Esai. 55.

Ioel. 2.

Ofet. 11.

Non

Psal. 31.

Non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi: Et in alio loco: Peccatum meum notum tibi feci, & iniquitatem meam non abscondi. Dixi pronuncia bo contra me iniquitatem meam Domino, & tu dimisisti impietatem cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Verumtamen in diluio aquarum multarum, ad eum non appropinabunt. Vide quanta magnitudo sit fletuum, vt aquarum diluio comparetur. Quos qui habuerit & dixerit hier. Non sileat pupilla oculi mei: statim in illo complebitur: Misericordia & veritas obuauerit sibi, iustitia & pax defosculatae sūt: vt si te iustitia & veritas terruerint, misericordia & pax, prouocent ad salutem. Totam poenitentiam peccatoris ostendit Psalms quinquagesimus, quando ingressus est Dauid ad Barzabeb, vxorẽ Vriẽ Ethẽi, & à Nathan propheta correptus, respondit, Peccaui. Statimq; meruit audire: Et Dñs abs te abstulit peccatum. Adulterio. n. iunxerat homicidium: & tamen conuersus ad lachrymas: Misereere ait, mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Magni enim peccatum magna indigebat misericordia, vnde iugit & dicit: Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: Quonia iniquitatem meã ego agnosco, & delictum meũ contra me est semper. Tibi soli peccaui (rex enim eram, & alium non timebam) & malum corã te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Conclufit. n. Deus omnia sub peccato, vt omnib. miseretur. Tantumq; proficit, vt dudum peccator & poenitens transierit in magistrũ, & dicat: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Confessio enim & pulchritudo coram eo: vt qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit: Putruerunt, & corrupte sunt carceres meae à facie insipientie meae: foeditatem vulnerũ in sanitis decorem cõmueret. Qui enim abscondit iniquitatem suam, non prosperabitur. Achab rex impijssimus vineã Nabuthẽ cruore possedit, & cum Hiefabel non tam coniugio sibi, quam crudelitate cõiuncta: Heliẽ increpatione corripitur. Hec dicit Dñs: Occidisti, & possidisti. Et iterum: In loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthẽ, ibi lingent sanguinem tuum & Hiefabel canes comedent ante muros Iezrael. Quod cum audisset Achab, scidit vestimenta sua, & posuit facem super carnem suã, ieiunauitq; & dormiuit in cilicio: factusq; est sermo Domini, ad Heliam dicens: Quoniam reuertit est Achab faciem meam, non inducã malũ in diebus eius. Tom. 1. Epist. 46. ad Rusticum, cap. 3. fol. 97. fac. 1.

Thren. 2.

2. Reg. 12.

Contritio Dauid.

Psal. 50.

Rom. 11.

Poenitens Dauid: anxijs et magistri.

Psal. 57.

2. Reg. 21.

Contritio Achab.

Contritus pariter ueni simili.

Esai. 29.

Psal. 50.

Dem. 2.

perbiens diceret: Haec est Babylon, & ego feci eam. Tom. 4. lib. 18. Co. in cap. 65. Esai. 2. 18. fac. 2.

MYSTICE autem anima peccatis obnoxia, dum pro iniquitatibus suis à Domino corripitur, si introrsus rediens, salubri dolore compungitur abstinento se à peccatis, omnem luxum pristinum in lachrymas vertit, & tanto fortius constringendo semetipsam plangit, quanto laxius per varia desideria se diutius errasse recollit. Tom. 4. lib. 1. Co. in cap. 1. Lament. Hierem. fol. 310. fac. 1.

PORTA tormentum suum, qui propria torquetur conscientia, & in isto seculo sustinet propria voluntate cruciatum, ne aeterna tormenta sustineat. Tom. 4. lib. 5. Co. in cap. 16. Ez. fol. 378. fac. 1.

INGEMISCIT E, inquit, euilare, non leui voce, nec dolore moderato, sed in contritione lumborum, vt gemitus tuus ex imis visceribus, & amaritudine animi proferatur. Tom. 4. lib. 7. in cap. 2. 1. Ez. fol. 195. fac. 1.

IACULA Dei, id est, sagittae cuntes atq; pergentes: non ad hoc mittuntur, vt interimant, sed vt illuminent. Ad harum sagittarum iaculorumque distinctionem Christus electum iaculum dicitur: per Esaiam vociferans: Posuit me vt iaculum electum, & in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi. Magnum est tibi hoc vocari te seruum meum. Haec sagitta plures habet sagittas, quas mittat in vniuersum orbem. Vnde & sponsa electa iaculo vulnerata dicit: Vulnerata charitate ego. Iuxta quod & nos possumus dicere: Vulneratus castitate ego: Vulneratus sapientia ego. Quo sapientiae iaculo vulnerata & Regina Aultri nõ erat in se, & obstupescita plus inuenerat in verbo Salomonis, q̃ ei sama narrauerat. Hec igitur sagittae, quae mittuntur in lucem, pergunt etiam in splendore coruscationis armorũ eius, id est, Dei. Quicumq; enim armatus fuerit, vt stet contra virtutis diaboli, & accinctus armatura Apostoli: venient ad illum iacula lucis, vt ad ipsum possit dici: vos estis lux mundi. Si quis autem peccator est, & ingemiscit quod habitet in tabernaculis Cedar, mittuntur ei sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatorijs, vt primum compungatur sermone Dei, & dicat: Versatus sum in miseria, cum infigitur mihi spina. Et postquam cum punctus fuerit, tunc ei desolatorius per Seraphim, id est, ardentem sermonem Dei, carbo mittatur: qui non solum labia, quae Esaias tantum habebat imunda, sed omnes partes membrorum eius excoquat & ad solitudinem peccatorum reducat. Tom. 5. in cap. 3. Flabas. fol. 201. fac. 1.

Dan. 4. Salubri dolore compungitur.

Contritus propria voluntate sustinet cruciatum.

Gemitus amarum.

Esai. 49.

Cam. 2. 3. Reg. 10.

Sagittis & nimis diuini verbi ad cõpunctionem peccatorum pellitur. Ephef. 6.

Mat. 5. Psal. 119.

Ibid. 21.

Esai. 6.

SI quis Christum audiuit, & didicit, non ambulabit in vanitate sensus sui, nec obscuratus mente gradietur: neq; enim erit ab alienatus à via Dei: habebit etiã scientiã ignoratione discussa, & immisso tenebris lumine, omnis de oculis cordis eius cecitas auferetur. Quod cum habuerit: non fetradet impudicitie: nec operabitur omnẽ immundiciã in auaritia concessos fines prætergrediens nuptiarũ. Si autem aliquãdo cõtigerit vt aliqua possessione superetur dolebit super vulnere suo, & cõfessionis tormento patietur: quia liberam frontem, & puritatem immaculatę mentis amiserit. Discamus igitur Christum & audiamus illum: si quis est qui potest dicere: An experimentum quaritis eius qui in me loquitur Christus? Curramus ad eum diebus ac noctibus, ad os eius & ad eloquium pendamus. Christus nobis loquitur: spiritus sancti sunt verba quae promittit. Statuit enim Deus in Ecclesia

Peccator dolebit super vulnere & conscientie tormenta patietur. 2. Cor. 13.

primū Apostolos, secundō Prophetas, tertio doctores. Sed nec illud est despicendum, quod aliquādo ipse, in mētibus nostris Christus loquatur, & per semetipsum nos doceat, & organū oris non querat alienitatum non sumus subditi peccato, nec corpus nostrum delicta possideant, & ingreditur in illud sapientia. *Tom. 6. lib. 2. Co. in cap. 4. ad Ephes. Fol. 180. fac. 1.*

QV I D A M putant sic accipiendum hoc esse simpliciter, quo modo & illud quarti Psalmi, vnde idipsū sumptum videtur: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus veltris compungimini: id est, quæcumq; in die vel opere vel sermone vel cogitatione peccatis, hæc succedente pœnitentiâ purgate per noctem, & ira sit brevis, nec in die crastinum differatur. *Ibid. Fol. 182. fac. 1.*

PONES eos vt libanum ignis in tempore vultus tui.] In bonam partem, vt comburantur illorum peccata; Sicut libanus intrinsecus ardet, sic illorum conscientia intrinsecus ardebit: eo quod bona non fecerunt.

DOMINE in ira tua conturbabis eos.] Et hic clementia Dei non punit, sed turbat, vt ad pœnitentiâ conuertantur. Deuorabit eos ignis. A spiritu sancto illorum peccata. Deuorabit ignis, in tempore vultus Dei, cum venerit iudicare mundum. *Tom. 7. Com. in Psal. 20. Fol. 23. fac. 2.*

BENE illos tineæ comparauit: quia sicut tineæ pannos comedit, sic conscientia eorum eos comedit. Commotio tineæ dicitur: eo quod commouit illos de illorum conscientia praua, ad fidem Ecclesie. *Tom. 7. Co. in Psal. 28. Fol. 33. fac. 2.*

MISER factus sum & curuatus sum vsq; in finem.] Vsq; dum confitendo purgaretur: quia sine confusione & mœstitia non dimittitur peccata.

TOTA die contristatus ingrediebar.] Indignū me esse iudicans, qui vel oculos ad cæli letare auderet, sed percutiens pectus meum, aiebam: Deus propitius esto mihi peccatori.

QVONIAM lumbi mei impleti sunt illusionibus, & nō est sanitas in carne mea.] Illis illusionibus se profitetur esse infirmatum, atque repletum. Deus tu cognouisti insipientiam meam: quia lumbi mei impleti sunt illusionibus. Se vnusquisque consideret, & titillante corporis intelligat voluptatē: & tunc dicere potest cum Apostolo Paulo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et illud. Neq; enim quod volo hoc facio, sed quod nolo. (pœnitentiâ.

Incuruatus sum, & humiliatus sum nimis.] Ad RvGIEBAM à gemitu cordis mei.] Petēs cum Iuctu remissionē. Aliud est gemitus corporis, & aliud gemitus cordis. Gemitus corporis, est propter res terrenas: vel propter mortē gemere. Gemitus cordis propter sua peccata vel aliorū. Sed Christus nō habuit quod gemeret, quia non fecit peccatū.

Et gemitus meus nō est absconditus à te.] Id est, quid quid habet homo, Deus scit. Quicquid deliqui, quidquid male gessi, omnia tibi cū gemitu referaui, sciens q; a tibi nō occultatur occulta.

COR meum conturbatum est in me &c.] Quia iram q; superius memorauī incurrere expauesco. Et lumen oculorum non est meū.] Quia postposito veritatis lumine, in tenebras deciderat peccatorum. *Ibid. in 1. salmum 37. Fol. 48. fac. 2.*

QVAM DV terra immobilis, sanari nō potest. Nō de terrę motu loquitur, quo videmus terras concuti, & omne mortaliū timere genus: sed de

Cōditio purgat peccata per noctem.

Libano comparatur contritio conscientia.

Virilis est conscientia perurbatio.

Conscientia sine compariatur.

Sine confusione & dolore non dimittitur peccata.

Luc. 13.

Rom. 6.

Gemitus cordis.

Terra motus spiritualis conscientia.

Esaia. 66.

nostra terra loquitur. Quæ quādiu immobilis fuerit, sanari nō potest. Quando verō mota fuerit & intremuerit, tunc recipiet sanitatē. Super quem, inquit, requiescam, nisi super humilem & quietū & trementem sermones meos? Quoniā terra tremens cōmota est: propterea ille qui sedet super Cherubim, incipit sedere in terra tremetē. Fœlix est qui solū Dei est. Fœlix est, in quo Deus semper sedet. *Tom. 7. Com. in Psal. 98. Fol. 1. 6. fac. 1.*

VALDE nobis prodest intelligere quod dicimus. Clemētia Dei in hoc apparet, in dicendo induantur. Non dicit: pereant: non dicit: deleantur in æternum. Sed quod dicit: Confundantur, hoc est, intelligant errorē suū, & confundantur & deficiant in pœnitentiâ. Qui induitur pudore, prope est salutis. Si quis enim confunditur, incipit pœnitentia. Considerate o Monachi, si aliquando habueritis aliquid contra fratrem vestrū, semper pro ipso rogare debitis Dominū. Dominus crucifigitur, & pro crucifigentibus rogat. Vos autem si audieritis verbum malum ne teneatis irā. Sol non occidat super iracundiam vestram. *Ibid. in Psal. 108. 1. 2. fac. 2.*

Si quis peccans non agit pœnitentiā, hic mortuus est facili, & non sicut mortuus, sed perfectē mortuus. Hoc ergo putauit inimicus: quia nō ago pœnitentiā pro peccatis, quæ ipse mihi suggestit vt faciam.

Et anxiatus est super me spiritus meus. Tu dic prius peccata tua, & saluus eris. Et iterum: Si solū suspiraueris pro peccatis tuis, saluus eris. *Tom. 7. Com. in Psal. 142. Folio 176. fac. 1.*

QV I sanat contritos corde.] Cor contritum & humiliatum Deus non spernit.

Et alligans contritiones eorum.] Tu cor tuū contere, & Dominus colligit cōtritiones tuas. Samaritanus ille, qui descendebat de Hierusalem in Hierico, quando vidit vulneratum iacentem itinere, colligauit vulnera eius. Iste est de quo & nunc dicitur: Et alligans contritiones illorū. Hoc dicitur de his qui agant pœnitentiā. Cæterum de his qui non agunt pœnitentiā dicitur: Non est malagma imponere, neq; oleum neq; alligaturas.

QV I numerat multitudinē stellarū.] Quæ consequentia iuxta literam, & alligat cōtritiones eorū: qui numerat multitudinē stellarū? Sed quādo sanat contritos corde & alligat contritiones eorum, illos qui ante contriti fuerāt, & postea sanati, vertit in stellas. Qui numerat multitudinē stellarū. Multi. n. fuerant, qui peccauerunt, multi sunt qui curati sunt. Qui numerat multitudinem stellarum. Non numerat vulneratos, sed eos numerat, qui iam in stellas versi sunt. Non numerat Deus, nisi qui numero eius digni sunt. Et omnibus eis nomina vocās.] Quia de lucifero dicit, & de Orione, quem videmus in celo. Et hoc quidem potest intelligi: Mirabilis Deus qui fecit celum & terrā & omnia quæ in eis sunt. Cæterum sic intelligamus, vt nobis proficit quotidie fit. Et omnibus eis nomina vocans. Vultis scire quomodo de contritis stellæ fiant? Scriptū est in Genesi: quia reduxit Deus Abraham, & ostenderit ei stellas, & dixerit ei: Sic erit semen tuum. Et omnibus eis nomina vocans. De Abram voca Abraham. Abram dicebatur in Caldeæ, & in celo vocatur Abraham. Eo tempore quando factus stella est, vocatur Abraham. Qui autem erat Saulus, postea vocatur in celo Paulus Ioannes & Iacobus filij tonitruī. Tonitruū vtique in celo est. Numeratur ita que

Confusio & pudor contritōri adfert salutem.

Ephe. 5.

Suspirium pro peccatis adfert salutem.

Psal. 56.

Luc. 10. Dominus Deum colligit contritiones nostras. Esaia. 1.

Contriti videntur in stellis, & quomodo id fiat ostendit.

Gene. 15.

Ibid. 17.

Gen. 9. Math. 3.

que stelle: numerantur infiniti sancti, & Christus vnus non potest numerari. Magnus Dñs noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus.] Magna virtus, Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Et Sapientiæ eius nō est numerus. Christus sapientiæ est. Et vna sapientia nō potest numerari.

SUSCIPIENTS mansuetos Dominus.] Quæ sunt istæ stellæ? Suscipiens mansuetos Dominus. Mansueti vertuntur in stellas. Iusti autem fulgebunt quasi stellæ cæli: Daniel loquitur. *Tom. 7. Co. in Psal. 146. Fol. 181. fac. 2.*

EMITTE verbum suum & liquefacit ea. Da mihi peccatorem, quem Dominus non respicit, non habere calorem, sed totum esse frigidum & mortuum. Si ad sermonem Dei compunctus fuerit & cœperit agere pœnitentiā, & durissimum cor illius emollitum fuerit, eo tempore completur: Emitte verbum suum, & liquefaciet ea. *Tom. 7. Com. in Psal. 147. Folio 184. fac. 1.*

Articulus VII. Sacramentalem Pœnitentiā atque confessionem iure diuino institutam, & ad salutem necessariam esse.

CONFESSIO & pulchritudo corā eo: vt qui sua confessus fuerit peccata, & dixerit: Pueruerit & corruptæ sunt catrices meæ à facie insipientiæ meæ: Pœnitentiam vulnerum in sanitate decorem commutat. Qui enim abscondit iniquitatem suam, non prosperabitur. *Tom. 7. primo Epistola quadragesima sexta ad Rusticum cap. 3.*

ILLI Montani ad omne penē delictum Ecclesiæ obserant fores, nos quotidie legitimus: Malo pœnitentiā peccatoris, quàm mortem. Et nunquid qui cadet, non resurget dicit Dominus? Et conuertimini ad me filij conuertentes, & ego curabo contritiones vestras. Rigidi autem sunt non quo & ipsi peiora non peccent sed hoc inter nos & illos interest, quod illi erubescunt confiteri peccata, quasi iusti: nos, dum pœnitentiā agimus, facilius veniam promeremur. *Tom. 7. secundo Epistola quadragesima quarta ad Marcellam, Fol. 193. fac. 2.*

VERVM in fine Euangelij secundum Iohānem, eo die, quo resurrexerat, id est, die dominico, clausis ianuis ad Apostolos introiisse narratur & dixit eis secundo: Pax vobis: & intulisse: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. *Tom. 7. tertio Epistola 150. ad Hedibiam, Folio 419. quæstione 9.*

IVXTA LXX. qui addiderunt de suo: Dicitu prior iniquitates tuas, vt iustificeris, ad pœnitentiā eos prouocat Deus, vt intelligant scelera sua atque peccata, & veniam consequantur. Scriptum est enim & in alio loco: Iustus accusator sui, & in principio sermonis. *Tom. 4. lib. 12. Comm. in cap. 43. Esaia, Folio 144. fac. 2.*

NO S autem, quia auertit Dominus faciem suam à nobis, scientes illud quod scriptum est: Omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit: Inuocemus nomen eius atque dicamus: Peccatum meum notum tibi feci, & iniquitatem meā non operui. Dixi: pronunciao aduersum me iniquitatem meam Domino, & tu dimisisti impietatem cordis. Et statim habebimus Dominū respondentem: Deleui sicut nebulam iniquitates tuas, & sicut nubem peccata tua, ad quæ dicemus.

Offende faciem tuam, & salu erimus: nequaquam simus serui peccati, sed serui tui. Omnis enim qui facit peccatum seruus eius est. *Tom. 4. lib. 17. Com. in cap. 64. Esaia, Fol. 213. fac. 1.*

LVN quoque in lingua nostra, vtilitas vertitur & Mosoch, extensio, & Thubal siue Thobal, ductus ad luctum, vel conuersus ad vniuersa: quæ omnia vocationi gentium congruunt vt vtilitatem sequantur per confessionem animæ suæ, & prætoriorum obliti ad futura extendantur. Luquantque antiqua peccata & trahantur ad iustitiam atque tristitiam, quæ ducit ad vitam. Beati quippe lugentes, quoniam ipsi ridebunt. Et conuertantur omnes ad Dominum: vt postea transeant ad gratiam, & sciant dictum ab Apostolo: Gloria & honor & pax omni operanti bonum: Iudæo primum & Græco: quoniam non solum Iudæorum Deus, sed & gentium. *Tom. 4. lib. 18. Com. in ca. 66. Esaia, Fol. 227. fac. 1.*

IVXTA Tropologiam, impudentiam frōtis eorum qui nolunt sua vitia confiteri, operibus arguamus. Huiusmodi enim homines, non ambulat in arcta & in angusta via, quæ ducit ad vitam, sed in lata & spatiosa per quam ingrediuntur plurimi, quæ ducit ad mortem. *Tom. 4. li. 1. Co. in cap. 2. Hier. Fol. 234. fac. 2.*

ET dixisti absque peccato, &c.] His vtendum est aduersus eos qui nolunt sua peccata cognoscere: sed in tempore afflictionis & angustie dicunt se iniuste sustinere quæ sustinent: magisq; prouocant iram Dei, dum alterum maiusq; peccatum sit, non lugere quod fecerint, sed vanas excusationes obtendere peccatorum. Iudicio, inquit, contendam tecum, pro eo quod dixeris, non peccavi: quasi maius quippiam sit hoc peccatum, aliud habere in conscientia, aliud sermone proferre. Audiatur noua ex veteri heresis, iram Dei esse, vel maximam, nolle peccatum confiteri humiliter, sed impudenter iactare iustitiam. *Tom. 4. li. 1. Co. in cap. 2. Hier. Fol. 236. fac. 1.*

DOMINVM in cōfusione nostra & operiet nos ignominia, &c.] Hoc loquatur Israel qui suum Dominum non audiuit: hoc omnis hereticus qui agit pœnitentiā, & tamen pars salutis est, sua confiteri, & nosse peccata. Dic inquit, tu prius iniquitates tuas, & iustificeris. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 3. Hieremie.*

ILLI confitetur, cui culpam reuelare remediū est, delicta confiteri securitas. *Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 3. Lamentar. Hier. Fol. 319. fac. 2.*

CONFUSIONEM sequitur ignominia: ignominia correptio, correptionē consolatio, cōsolationē salus iuxta illud Apostoli: Tribulatio operatur patientiam, patientia probationē: probatio spes, spes autem non confundit. Haud dubium quin in futurum, quia in presentiarum, sua per confusionem peccata deleuit. Tale quid & illud sonat: Est confusio quæ ducit ad mortem, & est confusio quæ ducit ad vitam. Spiritus quoq; sanctus peccatores hortatur in Psalmis. Confundantur & reuerentur omnes inimici mei: conuertantur retrorsum, & confundantur valde velociter. Scriptum est in alio loco. Dicit tu primum peccata tua, vt iustificeris. Et rursum, Iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirum si prouocetur Hierusalem ad confusionem & ignominiam: quæ in tantum peccauit, vt iustificaret forores suas: cui deinceps dicitur: Et tu & filia tuæ reuertimini in antiquum statum.

CONFUSIONEM sequitur ignominia: ignominia correptio, correptionē consolatio, cōsolationē salus iuxta illud Apostoli: Tribulatio operatur patientiam, patientia probationē: probatio spes, spes autem non confundit. Haud dubium quin in futurum, quia in presentiarum, sua per confusionem peccata deleuit. Tale quid & illud sonat: Est confusio quæ ducit ad mortem, & est confusio quæ ducit ad vitam. Spiritus quoq; sanctus peccatores hortatur in Psalmis. Confundantur & reuerentur omnes inimici mei: conuertantur retrorsum, & confundantur valde velociter. Scriptum est in alio loco. Dicit tu primum peccata tua, vt iustificeris. Et rursum, Iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirum si prouocetur Hierusalem ad confusionem & ignominiam: quæ in tantum peccauit, vt iustificaret forores suas: cui deinceps dicitur: Et tu & filia tuæ reuertimini in antiquum statum.

CONFUSIONEM sequitur ignominia: ignominia correptio, correptionē consolatio, cōsolationē salus iuxta illud Apostoli: Tribulatio operatur patientiam, patientia probationē: probatio spes, spes autem non confundit. Haud dubium quin in futurum, quia in presentiarum, sua per confusionem peccata deleuit. Tale quid & illud sonat: Est confusio quæ ducit ad mortem, & est confusio quæ ducit ad vitam. Spiritus quoq; sanctus peccatores hortatur in Psalmis. Confundantur & reuerentur omnes inimici mei: conuertantur retrorsum, & confundantur valde velociter. Scriptum est in alio loco. Dicit tu primum peccata tua, vt iustificeris. Et rursum, Iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirum si prouocetur Hierusalem ad confusionem & ignominiam: quæ in tantum peccauit, vt iustificaret forores suas: cui deinceps dicitur: Et tu & filia tuæ reuertimini in antiquum statum.

CONFUSIONEM sequitur ignominia: ignominia correptio, correptionē consolatio, cōsolationē salus iuxta illud Apostoli: Tribulatio operatur patientiam, patientia probationē: probatio spes, spes autem non confundit. Haud dubium quin in futurum, quia in presentiarum, sua per confusionem peccata deleuit. Tale quid & illud sonat: Est confusio quæ ducit ad mortem, & est confusio quæ ducit ad vitam. Spiritus quoq; sanctus peccatores hortatur in Psalmis. Confundantur & reuerentur omnes inimici mei: conuertantur retrorsum, & confundantur valde velociter. Scriptum est in alio loco. Dicit tu primum peccata tua, vt iustificeris. Et rursum, Iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirum si prouocetur Hierusalem ad confusionem & ignominiam: quæ in tantum peccauit, vt iustificaret forores suas: cui deinceps dicitur: Et tu & filia tuæ reuertimini in antiquum statum.

CONFUSIONEM sequitur ignominia: ignominia correptio, correptionē consolatio, cōsolationē salus iuxta illud Apostoli: Tribulatio operatur patientiam, patientia probationē: probatio spes, spes autem non confundit. Haud dubium quin in futurum, quia in presentiarum, sua per confusionem peccata deleuit. Tale quid & illud sonat: Est confusio quæ ducit ad mortem, & est confusio quæ ducit ad vitam. Spiritus quoq; sanctus peccatores hortatur in Psalmis. Confundantur & reuerentur omnes inimici mei: conuertantur retrorsum, & confundantur valde velociter. Scriptum est in alio loco. Dicit tu primum peccata tua, vt iustificeris. Et rursum, Iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirum si prouocetur Hierusalem ad confusionem & ignominiam: quæ in tantum peccauit, vt iustificaret forores suas: cui deinceps dicitur: Et tu & filia tuæ reuertimini in antiquum statum.

CONFUSIONEM sequitur ignominia: ignominia correptio, correptionē consolatio, cōsolationē salus iuxta illud Apostoli: Tribulatio operatur patientiam, patientia probationē: probatio spes, spes autem non confundit. Haud dubium quin in futurum, quia in presentiarum, sua per confusionem peccata deleuit. Tale quid & illud sonat: Est confusio quæ ducit ad mortem, & est confusio quæ ducit ad vitam. Spiritus quoq; sanctus peccatores hortatur in Psalmis. Confundantur & reuerentur omnes inimici mei: conuertantur retrorsum, & confundantur valde velociter. Scriptum est in alio loco. Dicit tu primum peccata tua, vt iustificeris. Et rursum, Iustus accusator sui est in principio sermonis. Non igitur mirum si prouocetur Hierusalem ad confusionem & ignominiam: quæ in tantum peccauit, vt iustificaret forores suas: cui deinceps dicitur: Et tu & filia tuæ reuertimini in antiquum statum.

Ioan. 8.

Mat. 9. Frustrum confessionis. Rom. 2.

Impudentia eorum arguenda qui nolunt confiteri.

Mat. 7.

Non sunt obtendenda vanæ excusationes peccatorum.

Pars salutis sua confiteri peccata.

Esaia. 43.

Delicta confiteri securitas & remedium.

Rom. 7.

Confusio deleuit peccata.

2. Cor. 7. Eccl. 7.

Psal. 39.

Esaia. 48. Prou. 18.

Tomo quarto libro quinto Commentar. in cap. 16. Ez. eil. Fol. 378. fac. 1.

Nos horum perfectam scientiam, Dei iudicio relinquentes, imo liquido confitentes, post secundum aduentum Domini saluatoris, nihil humile, nihil futurum esse terrenum, sed regna caelestia, quae primū in Euangelio promittuntur, hoc dicimus: quod in Ecclesiae statu cuncta completa sint, & quotidie compleatur Sodoma reuertitur in antiquum statum, quando naturae suae redita gentilis prius & impia anima intelligit creatorem. Samaria recepit antiquam beatitudinem, haereticorum errore contempto, & iuncta doctrinae & fidei Christianae. Cumque ille reuersa fuerint, & Hierusalem, visio pacis, quae interpretatur Ecclesia, reuertetur in pristinum statum. Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 16. Ez. eil. Fol. 379. fac. 1.

Si quem serpens diabolus occulte momorderit, & nullo conscio eum peccati veneno in se fecerit: si tacuerit qui percussus est, & non egerit poenitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro, voluerit cōfiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non poterit. Si enim crubescat agrotus vulnus medico cōfiteri, quod ignorat medicina non curat. Tom. 5. Com. in cap. 10. Ecclesiast. Fol. 27. fac. 2.

Et nota quod sacerdotibus praecipiat quisū ministri Domini ut plorent inter templum & altare, & dicant cum Apostolo: Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vrōr? Et flete cum stentibus. Locustae apertae poenitentiae & confessioni, templum est & altare: docetque quid dicere debeāt sacerdotes, imō quomodo Dominum deprecari: Parce Domine populo tuo: qui quando peccabat vocabatur nō populus tuus: nunc postquam recessit à vitijs, appellatur populus tuus. Et ne de haereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Tom. 5. Com. in cap. 2. 1. Reg. 16. Fol. 84. fac. 1.

DISSIPATA est, & scissa, & dilacerata, & cetera. Sub metaphora captivae mulieris. Niniue dissipata, scissa lacerata describitur: tabescente corde, dissolutis genibus renibusque, contrafactis, & quod omnium habitatorū eius praeter terrorem hostium, & magnitudine metus, facies in ollarum similitudine videantur exusta, tabida, & pallore deformes. Porro iuxta Lxx. altius intelligendum est, quid significet excussio, rediscussio. Qui de populo Dei est, & quasi homo aliquando peccauit, & reuertitur ad pristinum statum, quasi Hierusalem dicitur ei: Excute puluerem, & confurge Hierusalem. Et qui talis est, ut postquam fuerit excussus, in sagittas Dei transire mereatur, & à Domino contra inimicos tendi canitur de eo: Sicut sagittae in manu potentis, ita filij excussorum. Cumque vestigia eius quasi ingredientis super terram aspersa fuerint puluere, audiet à Salvatore: Excutite puluerem pedum vestrorū, in testimonium illis: Haud dubiū quin eos dicat qui recipere noluerunt predicātes. Qui verò de Niniue est, quae aggrauata est super omnia vasa concupiscentiae suae, iste non semel excutitur, sed frequenter. Et postquam rursus fuerit excussus, & superficies illius emundata (ne quid intrinsecus sordium maneat) sit etiam ei ebullitio, quae significantius in graeco dicitur ἐμβρασμός: proprie siquidem ἔμβρασμός in istiusmodi rebus ponitur, cum quod latebat intrinsecus erūpit in faciem. Vnde papulae quoque, quae post agrotationē nascuntur in labijs vocantur ἐμβρασμός

Per confessionem in statu pristinum venerimus.

Magistro facerdoti aperienda vulnere peccatorum.

Sententia Cypriani.

2 Cor. 11. Rom. 12. Confessione poenitentiae aperta est locus templum & altare.

Esaie. 52.

Psal. 126.

Mat. 6.

Per confessionem quod latebat intrinsecus evumgit.

μαρτ., & sanitatis videtur indicium, morbum in se perficiem prorupisse. Non solum autem hoc remedium adhibetur Niniue, ut excutatur crebro & de vitalibus eius agrotatio latens cogatur exirescedat etiam cordis contrafactio & dissolutio genuum praedicatur, ut quo modo Pharaonis durum & lapideum cor contrafactum est (quod quamdiu habuit, Dei populum non demisit) sic & Niniue fractum cor emolliatur & mutetur in carneum, & rigida genua, quae prius Deo non curuabantur, dissoluantur & flectantur Deo: ex quo omnis paupertas in caelo & in terra nominatur: Et in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium terrestrium, & infernorum: Ut postquam cognoverint creatorem suum audiant: Confortamini manus dissolutae, & genua debilia. Et dolores, inquit, super omnem lumbum. Tom. 5. Com. in cap. 2. Nabum, Fol. 177. fac. 1.

OPPONIS nobis illud quod ad Corinthios scribitur: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Si enim ibi ad peccatores, non in spiritu mansuetudinis, sed in virga venire se dicit, quo modo hic his qui in aliquo peccato praeventi fuerint, non virgam adhibet, sed spiritum mansuetudinis? Verum ibi ad eos dicitur, qui post peccatum non sentientes errorem suum, nolebant maioribus suis subdi, & poenitentia corrigi. Vbi verò peccator intelligens vulnus suum, tradit medico se curandum, ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis. To. 6. lib. 3. Com. in cap. 6. ad Galatas, Fol. 155. fac. 2.

EDVCUNTVR animae in argento confessionis lucidae, & auro puritatis splendidae: sublata omni infirmitate peccati. Tom. 7. Com. in Psal. 104. Fol. 133. fac. 1.

QUOTIDIE in vnoquoque nostrum, flammā libidinis per confessionem & gratiam sancti spiritus intercidit, id est, per orationem sacerdotis facit cessare: sicut legimus per Aaron, Deum fecisse in deserto. Tom. 7. Commentarior. in Psal. 28. Fol. 33. fac. 2.

BEATVS immortalis, laudabilis suae gloriosus. Sed tamen nullus potest apud se esse beatus, nisi ab illo accipiat, qui iustificat impium, hoc est, Deo. Vnde & Paulus dicit: Credenti autem in eo, qui iustificat impium, deputatur fides eius, ad iustitiam. Beati quorum remissa sunt iniquitates quorum peccata per confessionem à Domino diluuntur. Quibus modis remittuntur peccata? Tribus. Remittuntur per baptismum: teguntur per charitatem: non imputantur per martyrium. Et quorum testata sunt peccata per charitatem, secundum illud: Charitas operit multitudinem peccatorum. Vel quorum testata sunt peccata, hoc est, ut hic reuelentur per poenitentiam, ne in iudicio reuelentur. Ibid. in Psal. 31.

REVELA Domino viam tuam.] Quomodo dicit, reuela: nunquid aliquid nescit Deus? Non, sed tu quod habes in corde, patefacere debes Deo in sermone per confessionem tuam. Confiteri ei actiones tuas, & spera in eum semper, & ipse tibi dimittet peccata tua. Ibidem Psalmo 36. Folio 46. facie prima.

PROMISSIONES tuae erant, ut veteres lachrymas, conuersis post tergum inimicis, in gaudia nouella transferres: meque cum sanctis ceteris tua gloria munereres. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, hoc est, audisti & vidisti. Sicut in promissione tua. Deus promisit sanctis suis bona,

Philip. 4. Esai. 35.

1. Cor. 4. Alij in spiritu lenitatis alij in virga corrigendi.

Maioribus suis, id est, sacerdotibus se debet subijcere confitentes.

Num. 16.

Rom. 4.

Tribus modis remittuntur peccata.

Iacob. 5. Peccata reuelanda in confessione.

Esaie. 43. Deus promissit veniam peccatorum confitentibus.

bona, sed tamen dicit: Confitere tu prius iniquitates tuas, ut iustificeris. Psal. 55. Fol. 69. fac. 1.

FAC mihi Iudaeum legere Leviticum, & omnia illa sacramenta, quae scripta sunt, & quomodo leprosus ingreditur in synagogam: quomodo gallina tollitur, & obtorquetur illi collum. Deinde dicitur de sanguine, quomodo aspergatur: dicitur de aqua, dicitur de hyssopo, dicitur etiam quomodo scindantur illi vestimenta, & sic ingreditur in synagogam ille qui leprosus fuerat. Si secundum literam legamus, quid nobis prodest quod legimus? Si verò conuersi fuerimus ad cor, si spiritaliter intellexerimus, videbimus quoniam leprosus non potest intrare ad populum Dei, nisi scindantur vestimenta eius, nisi quodcumque clausum fuerit, reueletur. Denique videte, quoniam iste leprosus, nisi per sanguinem & aquam & hyssopum non ingreditur synagogam. Ergo & tu qui vsque hodie leprosus fuisti, non apparebat lepra tua antequam venires ad sacerdotem. Sed quoniam venisti ad sacerdotem, dissuit sacerdos vestimenta tua, & quod tectum videbatur & sanum esse, ostendit leprosum. Omnia peccata tua & lepram tuam posuit ante oculos tuos, & ideo te reducit ad synagogam Dei per sanguinem & aquam. Per sanguinem, per passionem Christi, & per aquam, per baptismum. Ergo post lepram sanari non poteris, nisi per passionem Christi, & per baptismum. Et cum hoc feceris, dicitur & illud: Asperges me hyssopo, & mundabor. Vsque hodie in Aegypto es: quamdiu non veneris ad sanguinem & ad aquam, caluari non poteris. Vis ut exterminator qui interfecit Aegyptum non te interficiat? Tolle hyssopum, intinge in sanguine, asperge postes tuos. Exterminator cum viderit sanguinem in fronte tua, accedere non poterit. Hoc totum quare dixi? Quia scriptum est: & in eos qui conuertuntur ad cor. Ergo non poterit Deus loqui pacem plebi suae nisi eis, qui conuertuntur ad cor. In Psal. 84. Eol. 107. fac. 1.

Sacerdos in deo absolues confitentem eum reducit ad Ecclesiam.

Psal. 50.

Esaie. 45. Peccatorum pronuntiatio necessaria est.

Iacob. 5. Peccata reuelanda in confessione.

Sex viri ferues habet in manibus.

Luce. 3.

bebat atramentarium scriptoris ad renes suos: quo omnia peccata describeret: & sanctorum à peccatoribus numerum segregaret: siue zonam sapphirinam coloris lapidis sapphiri, qui in ornamentis est sacerdotum. Egrediuntur sunt sex viri, & steterunt iuxta altare aeneum. Duo enim erant altaria: vnum thimiamatis aureum intrinsecus, & alterum ante templum aeneum holocaustorum. Iuxta altare autem stare dicuntur parati ad iubentis imperium: ut cuiuscunque viderint ibi non esse peccata dimissa, sententiae Domini & interfectioni eum subiaccere cognoscant. Gloria quoque Dei Israel ascendit, siue assumpta est devno Cherub: & inuit ad limen, siue ad subdium atrij domus atque vestibuli: quod nequaquam tectum premitur, sed aeris fruitur libertate. Quae ipsa gloria Domini, virum qui erat in habitu pontificis, habebatque atramentarium in lumbis suis, vocavit, & dixit, quae scriptura testatur. Tomo quarto libro tertio Commentariorum in caput nonū Ez. eil. Fol. 354. facie prima.

CONSIDERANDVM qualem impium & peccatorem suscipiat poenitentem. Si ab omnibus, inquit, peccatis suis quae operatus est, auerterit se, & custodierit vniuersa praeccepta Domini, quo scilicet omnia crimina derelinquat, & cunctas virtutes sequatur, si omnia bona fecerit, & cuncta deseruerit mala, & ego omnium iniquitatum eius, quas operatus est obliuiscar. Tomo quarto, libro sexto Commentariorum in caput decimū octauum Ez. eil. Fol. 386. fac. 2.

SACERDOTIS officium est docere populum, quid inter sanctum & pollutum, inter mundum & immundum sit: ut prius referamus ad dogmata, secundum ad opera, quae per carnem efficiuntur. Delicta enim quis intelligit? Et cum fuerit controversia de omni re, siue vt Lxx. transtulerunt, sanguinis (hoc est, quod ad mortale pertinet crimen) stabunt sacerdotes in iudicij meis, ut non iudicent secundum honorem, nec accipiant personam pauperis, siue diuitis in iudicio: sed sententiam iudicij Dei, & recordentur illius Psalms: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autē Deos diiudicat: Deos appellans, qui habet iudicandi de hominibus potestatem: qui in quo iudicio iudicauerint, iudicabitur de eis. To. 4. lib. 13. Co. in caput quadragesimum quartum Ez. eil. Fol. 477. facie secunda.

IVDICIVM sedit, & libri aperti sunt.] Conscientiae & opera singulorum in vtramque partem, vel bona vel mala omnibus reuelantur, bonus liber ille est quae saepe legimus, liber viuentium. Malus liber qui in accusatoris tenetur manu, qui est inimicus & vindex, de quo & in Apocalypsi legitur: Accusator fratrum nostrorum. Liber iste terrenus est, de quo & propheta dicit: In terra scribatur. Tom. 4. lib. 1. Commentarior. in cap. 7. Daniel. Fol. 311. fac. 2.

QUIA in nouissimo tempore, quod saepe iam diximus multiplicata iniquitate refrigeret charitas & solis lumen recedat ab Hierusalem, & tanta erit vastitas, ut difficile saluentur electi Dei. Tunc in lucerna sermonis sui atque rationis omnia vitia scrutabitur Dominus vs in Hierusalem, & in medium profert, & de ociofo quoque verbo fiet iudicium & vindicta, non in peccatores (poterat enim & peccatum venia promereri) sed in contēptores, de quibus dicitur in Abac. Vide te contēptores, & aspice. Et in alio loco. Quare

Septimus vir in habitu pontificis vestitus lineis indumentis habebat atramentarium quo omnia peccata describebat.

Stant hi viri ad iubentis imperium parati ut cuius peccata viderint esse dimissa sententiam Domini eum subiaccere cognoscant.

Omnia peccata mortalia confitentia est relinquenda.

Psal. 18. Sacerdotes sunt iudices in controversis sanguinis, id est, omnia peccata mortalia.

Mat. 7.

Conscientia libri aperitur.

Apo. 12. Hier. 17.

Mat. 24.

Mat. 12. Deus in lucerna sermōnis sui omnia vitia scrutabitur in Hierusalem.

In volumine volante omnium peccata descripta.

Dan. 7. Falx que omnium peccata succidit mittitur in vineam Sodomorum.

Deut. 37. Peccata populi Israel in mensura coaceruata perfectam.

Omnia gravissima peccatorum pondera oculis omnium coaceruata parvum duntaxat.

Sacerdotes & Episcopi discernunt inter lepras peccatorum.

Officium sacerdotum audivit peccatorum varietates.

Esai. 6. Danie. 7. Deum index inspecturus est libros celsi scripturam.

non respicias ad contemptores? Tom. 5. Com. in cap. 1. Sophonie, Fol. 2. 70. fac. 1. f.

VOLVIMEN autem volans ostenditur, in quo omnium peccata descripta sunt, ut unusquisque recipiat, secundum opera sua, siue boni siue mali iudicente Daniele: Throni positi sunt, & libri aperti sunt. Tom. 5. lib. 1. Comme. in cap. 5. Zacha. Fol. 2. 42. fac. 1.

VOLVIMEN istud, in quo peccata omnia describuntur: siue falx, quae cunctorum delicta succidit: mittitur in vineam Sodomorum: de qua scriptum est: Inimici nostri insipientes: ex vinea enim Sodomorum vinea eorum, & propago eorum de Gomorris: Vva eorum vva scellis, & botrus amaritudinis eius: Furor draconum, vinum eorum furor aspidis insanabilis. Ibid. fac. 1.

ANGELVS qui loquebatur in propheta, egredius de co, & quasi cominus loquens, praecipit illi, ut leuet oculos suos, & videat peccata populi Israel in mensura coaceruata perfectam, & impleta delicta cunctorum: & hanc esse oculum eorum: quod hebraice dicitur Eua & scribitur per ain, iod, nun, mem: Siue iniquitatem eorum, quae si per vau literam scripta esset, recte legeretur auonam, ut Lxx. putauerunt, & hic error in editione vulgata frequenter inoleuit, ut quia, vau & iod, literae eadem forma, sed mensura diuerse sunt, altera legatur pro altera. Haec amphora, siue mensura, oculus eorum est in vniuersa terra: hoc est, ostensio peccatorum: ut quorum vitia dispersa latitabant in vnum, coaceruata oculis omnium paraderentur, & egrederetur de loco suo Israel, & cunctis gentibus qualis in terra sua fuerit, monstraretur. Et ecce talentum plumbi portabatur. Pro talento plumbi in consequentibus legimus lapidem plumbi. Talentum vocatur cicca lapis. Ipse est igitur lapis plumbi qui & talentum plumbi, quod nos manifestius exprimites, massam vel sphaeram plumbi interpretati sumus ex quo significatur pondus grauissimum peccatorum. Et super hanc mensuram atque amphoram omnium delictorum, media sedebat impietas, quam alio nomine Idololatriam possumus appellare, & negationem Dei. Ibid. Fol. 2. 43. fac. 1.

LEGIMVS in Leuitico de leprosis: vbi iubentur, ut ostendant se sacerdotibus, & si ipsi lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant: non quo sacerdotes leprosos faciant, & immundos, sed quo habeant notitiam leprosi, & non leprosi, & possint discernere, qui mundus quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum vel immundum facit: sic & hic alligat vel soluit episcopus & presbyter, non eos qui in fontes sunt vel noxii: sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit, qui ligandus sit, quive solvendus. Tom. 6. lib. 3. Comme. in cap. 16. Mat. 18. Canon. 33. fac. 2.

QUANDO CVNQVE sedens inducitur Deus, dupliciter inducitur. Aut quasi rex: aut quasi iudex. Si quasi rex, videtur sicut Esaias: Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum. Ibi quasi rex regnans inducitur. Quando vero quasi iudex inducitur: throni positi sunt, & libri aperti sunt, ut in Daniele scriptum est. Quid dicitur? Throni positi sunt & libri aperti sunt: Hoc est: Dominus quasi iudex sessurus, & omnium opera relecturus. Libri qui modo coplicati sunt, tunc aperientur. Omne quod facimus, quod loquimur, quod cogitamus, etiam de otioso verbo

redditur fumus rationem. Scriptum est in libris Dei: Putat aliquis libros esse in caelo, vbi scribantur peccata nostra? Ego libros puto conscientias nostras, quae tunc aperientur & videbit unusquisque quod fecit. Nil occultum quod non reuelabitur. Propterea throni positi sunt, & libri aperti sunt. Quanta scripta sunt, in libro meo, & ne fratri quidem meo, neque amico meo audeo confiteri. Sciunt angeli quid fecerim, sciunt throni, sciunt Seraphim, scit pater & filius & spiritus sanctus. Tom. 7. Commentariorum in Psalmum 81. Fol. 101. facie secunda.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo. Qualia sunt vulnera, tale & emplastrum. Quemadmodum enim corpus habet diuersa vulnera, ita & anima habet suas passiones, & sua vulnera, & aduersus peccatum talem & poenitentiam debemus agere. Si quis pro omnibus peccatis suis confitetur, iste in toto corde confitetur Domino. Ac si dixisset: Fornicatus est aliquis, confitetur pro fornicatione. Sed quoniam aut est auarus aut iracundus, aut detractor, aut blasphemus, & plurima vitia habet: iste non confitetur in toto corde. Si quis autem pro omnibus vitijs & passionibus animae suae agit poenitentiam, iste potest dicere: Confitebor tibi Domine in toto corde meo. In Psalmum centesimum trigessimum septimum Folio 172. fac. 1. f.

Articulus IX. Sacerdoti potestatem absoluenti & instruendi a Christo Domini esse tributam.

Hoc gradu pulsus, prouocabis ad clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certe in suis vrbibus commorantur? Absit ut de his quicquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus: qui clauus regni caelorum habentes, quodammodo ante iudicij diem iudicant: qui sponfam Domini sobria castitate conseruant. Sed alia, vt ante perstrinxit Monachorum est causa, alia clericorum. Clerici pascunt oues: ego pascor. Illi de altario viuunt: mihi quasi infructuosa arbori securis ponitur ad radicem si munus ad altare non defero. Nec possum obtendere paupertatem, cum in Euangelio autem viduam, duo, quae sola sibi supererant, aera mittentem in gazophilacium, laudauerit Dominus. Mihi ante presbyterum sedere non licet: illi si peccauero, licet tradere me sathan in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Et in veteri quidem lege, quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut, extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens spirituali mucrone truncatur, aut ciectus de Ecclesia, rabido daemone ore discerpitur. Tom. 1. Epistol. 1. ad Heliodorum cap. 7. Fol. 2. fac. 2.

DIDICI, quos vocant chirurgicos, crudeles putantur & miseri sunt. An non est miseria, alienis non dolere vulneribus, & mortuas carnes in clamenti fecere ferro? Non horrere curantem, quod horret ipse qui patitur, & inimicis putari? Ita se natura habet, vt amara sit veritas, blanda vitia aestimetur. Esaias, in exemplum captiuitatis futurae, nudus non erubescit incedere. Hieremias, de media Hierusalem ad Euphratem, fluuium Mesopotamiae, mittitur, vt inter inimicas gentes, vbi est Assy-

Matt. 10.

Dan. 7.

Omnia peccata mortalia confitenda

Sacerdotes Christi corpore sacro ore conficiunt et clauus regni caelorum habentes quodammodo ante diem iudicij iudicant.

clericorum & monachorum discrimen. Matt. 16. 18.

1. Cor. 15.

Maxima potestas sacerdotum.

Hier. 18.

Assyrius, & castra sunt Chaldaeorum, ponat trepidum corrumpe dum. Ezechiel stercore primum humano, deinde bubulo, panem de omni semente conspersum edere iubetur, & vxoris interitum sic oculis videt. A mos de Samaria pellitur, cur quae so? nempè idèd, quia chirurgici spirituales, se cantes vitia peccatorum, ad poenitentiam cohortantur. Paulus Apostolus, Inimicus, inquit, vobis factus sum verum dicens. Et quia Saluatoris dura videbantur eloquia, plurimi discipulorum retrorsum abierunt. Vnde non mirum est, si & nos ipsi, vitijs detrahentes, offendimus plurimos. Tomo secundo, Epistola ad Bonasium. Folio tricentesimo trigesimo secundo, fac. 1.

IN fine Euangelij secundum Ioannem eo die, quo resurrexerat, id est, die Dominica, clausis ianuis ad Apostolos introisse narratur, & dixisse ijs secundo: Pax vobis, & intulisse. Sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos, hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Tom. 3. Epist. 1. 50. ad Hedibiam, quae 9. Fol. 4. 19.

INFANS, qui malitia paruulus, mittit manum in foramine aspidis, & de obseis hominum corporibus fugat daemones. Qui autè ab lactatus est, & nequamam lacte nutritur infantie, sed iam solido vescitur cibo: iste in reguli cauernam mittit manum: hoc est, in ipsius Satanæ habitaculum, & inde eum extrahit. Vnde & Apostolis potestas data est, vt calcarent super potentes, & scorpiones, & super omnem fortitudinem inimici. Tomo 4. libro quarto Commentariorum in caput vndecimum Esai. Fol. 42. fac. 1.

SEID & vincis eius, id est, orbis, non aperuit carcer. Nos omnes vincisti eramus, & clausi tenebamur in carcere, quibus vincisti dixit Saluator: exite, & his qui erant in tenebris, reuelamini. Dominus enim soluit compeditos. Qui liberati ab eo gratias referunt. Dicentes: Tu dissoluisti vincula mea. Funibus enim peccatorum suorum vnusquisque confringitur. Quos funes atque vincula soluere possunt, & Apostoli imitantes magistrum suum, qui eis dixerat. Quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Soluunt autem eos Apostoli sermone Dei, & testimonijs Scripturarum, & exhortatione virtutum. Tomo quarto, libro sexto, Commentariorum in cap. decimum quartum Esai. Fol. 68. fac. 1.

SI conuerteris à peccatis populum, & ego de tribulatione conuertam te in latitiam: & stabis ante faciem meam, sicut angeli stant in conspectu Dei, quotidiè videntes faciem illius. Et si separaueris pretorium à vili, quasi os meum eris. Ne putes, inquit, boni operi non esse mercedem, si sanctos quosque meos de numero peccantium tuis sermonibus segregaris: eris quasi os meum, & meis praecipis copulaberis. Debent enim illi tui imitatores esse, & non tu eorum. Nec reformides, & dicas. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea fortis siue desperabilis: vt me desperare non posse curari? Dabo enim te quasi murum aeneum atque fortissimum, vt contra aduersarium omni resistas robore, & me habeas adiutorem: & liberem te de manu pessimorum, & de manu fortium siue pestilentium redimam te, vel meo sanguine, vel in praesentiarum meo auxilio. Con fideremus quantam mercedem habeat sermo doctoris, si valuerit ab errore quempiam liberare,

& de peccantium numero educere. Tomo quarto, libro tertio Commentariorum in caput 15. Hieremias. Folio 2. 65. fac. 1.

ET cum fuerit controuersia de omni re, siue vt Lxx. transtulerunt, sanguinis (hoc est, quod ad mortale pertinet crimen) stabunt Sacerdotes in iudicij meis, vt non iudicent secundum honorem, nec accipiant personam pauperis siue diuitis in iudicio: sed stent in iudicij Dei, & recordetur illius Psalmi: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat: Deos appellans, qui habent iudicandi de hominibus potestatem: qui in quo iudicio iudicauerint, iudicabitur de eis. Tomo quarto, libro tertio Commentariorum in caput quadragesimum quartum Ezechielis. Folio 477. facie secunda.

QUI peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris sui, iste calamum quassatum confringit. Et qui modicam scintillam fidei contemnit in paruulis, hic linum extinguit fumigans. Quorum Christus vtrumque non fecit, ad hoc enim venerat, vt saluum faceret quod perierat. Tomo sexto, libro secundo Commentariorum in caput duodecimum Matthaei. Can. 21. fac. 2.

ET tibi dabo clauus regni caelorum. Et quodcunque, &c. Istum locum Episcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisaeorum assumunt supercilio, vt vel damnent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur: cum apud Deum non sententia Sacerdotum, sed reorum vita quaratur. Legimus in Leuitico de leprosis: vbi iubentur, vt ostendant se Sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc a Sacerdote immundi fiant: non quod Sacerdotes leprosos faciant & immundos, sed quod habeant notitiam leprosi, & non leprosi, & possint discernere qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum Sacerdos mundum vel immundum facit: sic & hic alligat, vel soluit Episcopus & Presbyter: non eos qui in fontes sunt, vel noxii: sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus. Tomo sexto, libro tertio Commentariorum in caput decimum sextum Matthaei, Canon 33. facie 2.

SCHOLIA.

HIERONYMVS libro 3. Comment. in Matth. exponens illa verba Matthaei 16. Tibi dabo clauus regni caelorum, &c. videtur tradere, Sacerdotes nullum habere vim ac potestatem soluendi atque ligandi, neque ijs à Christo aliud indultum, quam vt ostendant ac pronuncient peccatores ligatos, vel solutos, quae sententia his verbis est comprehensa: Istum locum Episcopi & Presbyteri non intelligentes aliquid sibi de Pharisaeorum sumunt supercilio, vt vel damnent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia Sacerdotum, sed reorum vita quaratur. Legimus in Leuitico de leprosis: vbi iubentur, vt ostendant se Sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc a Sacerdote immundi fiant: non quod Sacerdotes leprosos faciant & immundos, sed quod habeant notitiam leprosi, & non leprosi, & possint discernere, qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum Sacerdos mundum vel immundum facit: sic & hic alligat vel soluit Episcopus, vel Presbyter: non eos, qui in fontes, vel noxii, sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus. Ex hac Hieronymi expositione emerferunt duae graues errores. Primus est satis vetustus quorundam scholasticorum, qui affirmant excommunicationem non iuste illatam, nullum esse ponderis, neque simendam, eius opinionis causam arripuerunt ex eo quod Hieronymus dixit, Episcopus

Indices moralium peccatorum sumpta

Psal. 81.

Matt. 7.

In sacerdotibus clementia et lenitas spiritus requiritur.

Leuit. 14.

Sacerdotes diiudicant inter lepram non lepram.

Vide Petri Lombardii lib. 4. Sent. dist. 18.

scopos qui vivunt autur se damnare innocentes, & solvere noxios, sumere de Pharisaeorum supercilio ac superbia, Christi auctoritate condemnata. Hic D. Thomas occurrit in 4. Sententiarum distinctione decima octava, quaestione quarta, & Hieronymum locutum, ait, de culpa, non de poena, merito enim innocens potest à Sacerdotibus in peccatis ligari, nec vilius in peccatis de industria perseverans à peccatis absolui, in poenis verò Ecclesiasticis possum peccatores, & ab iniustus Pastoribus, ex ira etiam & odio excommunicantibus, ligari. Alter recentior error Martini Lutheri est, qui hac verba edetorsit, ut inde evincere velit nullo modo à Sacerdotibus peccata retineri posse, vel solui, huius opinionis refutationem ex Alphonso Castrensi, libro primo adversus haereses subiiciam. Quod Lutherus, inquit, Hieronymum pro sua sententia adducit, ex prava intelligentia procedit, quamobrem hac Hieronymi verba bene discutere oportet, ut eorum clarior sensus eluceat. Primo igitur admonere oportet, quod Hieronymus dixit, videlicet quod Sacerdos pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit, qui ligandus sit, quive solvendus: non autem dixit, scit, qui ligandus sit, quive solvendus, sicut prius de sacerdote veteris legis legimus dixerat, eum discernere, qui mundus, quive immundus sit. Ex quibus verbis aperte insimulatur, beatum Hieronymum aliquid discrimen posuisse, inter Sacerdotem discernentem de lepra, & Sacerdotem Evangelicum absolventem à peccato, quoniam Sacerdos veteris legis non mundabat leprosum, sed solum iudicabat eum fuisse mundatum: Sacerdos autem Evangelicus poenitentem qui sua peccata coram eo confiteretur, per clauem scientiae & discretionis iudicat, an tibi sit dignus absolutione, an non, non tamen adhuc est absolutus ante, quam Sacerdos verba absolutionis proferat; sicut Leprosus post munditiam assequitur, ante est mundus ante, quam Sacerdos iudicaret eum mundum. Quapropter beatus Hieronymus, de Sacerdote nota legimus loquens, non dixit, scit, qui ligatus sit, quive solutus: sed dixit, scit qui ligandus, quive solvendus, quoniam ex cognitione peccatorum, & dispositione ipsius poenitentis agnoscat, utrum absolvere vel ligare debeat. Nam si cognoverit peccatorem in malo obstinatum, ita ut suspicetur illum esse in proposito redeundi ad vitam, iudicat illum qui absolutionem recipiat. Cum ergo Hieronymus dixerit de Sacerdote, quod scit, qui ligandus sit, quive solvendus, satis aperte innuit, post inspectionem Sacerdotis, id est, post audientiam peccatorum, aliquid aliud restare, quod operandum sit à Sacerdote circa ipsum poenitentem, nempe ligare, vel solvere. Quod autem Hieronymus dixit, quod apud Deum non sententia Sacerdotum, sed reorum vita queritur, intelligendum est, non quod sola queratur reorum vita, sed quod principalis queratur tanquam fundamentum totius structurae, cui quodammodo innitatur, quicquid à Sacerdote postea operatum fuerit, nam si peccator fuerit in voto peccandi, quantumlibet Sacerdos verba absolutionis proferat, nunquam peccator erit absolutus. Aliquid ergo magis operatur Sacerdos Evangelicus circa poenitentem, quam olim Sacerdos veteris Legis circa leprosum operabatur, vide M. S. lib. quarto, distinctione decima octava, qui similem Ambrosij locum ex capite quarto, lib. 2. de Cain & Abel producit, sed corruptum quem refert Sixtus Senensis Bibliotheca sancta li. 5. Annotat. 62. consule eundem lib. 6. Bibliotheca sancta, Annotat. 202.

QUIA dixerat: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: & poterat contemptoris fratris haec occulta esse responso, vel tacita cogitatio: si me despicias, & ego te despicio: si tu me condemnas, & mea sententia condemnaberis: Potestatem tribuit Apostolis, ut sciant qui à talibus condemnantur, humanam sententiam divina sententia roborari, & quodcumque ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cae-

Potestas Sacerdotum est tributa, & eorum humana sententia divina sententia roboratur.

10. Tomo sexto, lib. 3. Commentariorum in cap. 18. Matthaei, Canone 38. fac. 1.

POSSUNT & alio genere pauperes accipi, de quibus in Euangelio dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Merentur quippe tales in memoria esse Apostolorum. Nec non illi pauperes, de quibus in Salomone scribitur: Redemptio viri animae propriae diuitiae. Pauper verò non suffinet comminationem. Non enim potest futurarum poenarum audire terrorem, pauper in fide, pauper in gratia, non habens diuitias spirituales, nec scientiam scripturarum, quae auro & argento, & pretioso lapidi comparatur. Quoniam igitur non egent sani medico, sed hi qui male habent, propterea & Apostolis in dextrarum communicatione conuenit, ne spernerent pauperes, ne despicerent peccatores: sed semper meminissent eorum, sicut Paulus Corinthij illius meminit, quem cum in priori epistola contraxisset ad tempus, ut corpore per poenitentiam laborante spiritu saluus fieret, in secunda, ne maiori tristitia absorberetur, reuocat ad Ecclesiam: peccataque cunctos, ut confirmet in eum charitatem, & donet fratri, sicut ipse vnicuique eorum in facie Christi donauerit, implens pactum quod Hierosolymis fecerat, ut semper pauperum recordaretur. Tomo sexto, libro 1. Commentariorum in cap. 2. ad Galatas. Fol. 127. fac. 2.

SCIENTIS Paulus eius Dei se esse cultorem, qui nollet mortem peccatoris, sed poenitentiam, & excepta Trinitate omnem creaturam, licet non peccet, tamen posse peccare: eum quoque qui spiritualis est cohortatur sui timore ne peccet manum porrigit corruentem. Et pulchre praecipuum in delicto, hominem vocat, qui mori possit, ex ipso nomine fragilitatem conditionis ostendens, ut dignus sit venia, qui velut homo errore deceptus, & merius in voraginem, seipsum sine auxilio & adiutore erigere non possit. Spirituali autem non additur mori, sed quasi Deo praecipitur, ut hominem praecipuum in delicto instruat, siue (ut melius habetur in Graeco) perficiat in spiritu lenitatis. Qui autem perficitur, non ei desunt vniuersa, sed aliqua. Denique si non peccatis pluribus, sed vitio aliquo praecipuum errauit, lenitatis spiritum & mansuetudinis in correctione peccanti spiritualis adhibeat, ne rigidus, ne iratus, & tristis corripere cupiat errantem, sed prouocet eum spondens salutem, veniam repromittens: Christi testimonium proferat, quod graui legis & peccatorum onere depressos, ad iugum suum suauem, & leue inuitet onus, ut discant quia humilis sit & mitis, & mansuetus corde, & inueniant requiem animabus suis. Tomo sexto, libro tertio Commentariorum in caput sextum ad Galatas. Folio 155. facie secunda. p.

SEN & illud forte quaeratur, quod si propterea instruere quis debeat peccatorem in spiritu lenitatis, quia considerat se, ne & ipse teneatur, ergo iustus qui de sua certus est mente, qui scit non posse se labi, non debet instruere peccatorem in spiritu lenitatis? Ad quod dicemus, etiam si vicerit iustus sciens quanto labore superauerit, magis peccanti veniam largietur. Nam & Saluator propterea tentatus est, iuxta omnia nobis similiter absque peccato, ut possit compati & condolare in firmitatibus nostris, suo doctus exemplo, quam difficilis sit in carne victoria. Si quis virgo ad senectam usque permanserit, ignoscat ei qui adolecentiae quondam

Matth. 5.

Prom. 13.

Pauperes peccatores absoluntur a Sacerdotibus, & dicit eis diuitias spirituales. 1. Cor. 5.

2. Cor. 2.

Infirmi peccatores à Sacerdotibus clementer assumendi. Rom. 14.

Ibid. 15.

Psal. 37.

Zach. 5.

Matth. 11.

Spirituali Sacerdotum officium.

Ioan. 15.

Ibidem.

Ibidem.

Matth. 11.

Objectionis dissolutio.

Hebr. 4.

quondam calore deceptus est, sciens quantis difficultatibus illam tranferit aetatem. Si quis pro Christi nominis confessione cruciatus, alium in tormentis viderit denegasse, compatiatur vultibus negatoris, & non tam illum victum, quam se vicisse miretur. Ibidem.

CAETERVM vt & secundae expositionis ordinem proficquamur, locus iste de epistola ad Romanos sine pandendus est. Ibi enim cum similiter de ecclis & obseruationibus scriberet Iudeorum, & eos qui legis iuxta literam praecipua contemnerent, firmos atque perfectos, illos verò, qui adhuc antiqua consuetudine ducebantur, infirmos, paruulosque; narraret, & videret iurgium esse inter spirituales, & carnos, admonuit spirituales ne contemnerent carnos, & ait: Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare omnia, qui autem infirmus est, holus manducat. Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicat: Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudices alienum seruum? Suo Domino stat, aut cadit. Stabit autem: Potens est enim Deus, statuere illi. Et multa in medio super hoc sensu disseres, adiecit in fine: Noli propter eam destruere opus Dei. Et iterum: Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat ad bonam aedificationem. Ibidem. Folio 156. facie 1.

QUIA peccatum onus sit, & Psalmista testatur dicens: Iniquitates meae eleuatae sunt super caput meum, quasi onus graue grauiatae sunt super me. Et Zacharias in specie mulieris, vidit super talentum plumbi sedere iniquitatem. Hoc onus Saluator pro nobis tulit, suo nos exemplo docens quid facere deberemus. Ipse quippe iniquitates nostras portat, & pro nobis dolet, & eos qui peccatorum ac legis onere sunt depressi, ad leue onus virtutis inuitat, dicens: Iugum meum suauem est, & onus meum leue. Qui, n. fratris non desperat salutem, sed manum porrigit deprecanti, & quantum in se est, steter, cum stente, infirmus est cum infirmo, suamque iudicat aliena peccata, iste per charitatem adimplet legem Christi. Quae Christi lex est? Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem. Quae lex filij Dei est? Diligite alterutrum, sicut & ego dilexi vos. Quomodo Dei filius nos dilexit? Maior hac dilectione non est, quam ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Qui clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiae & lacrymarum, quamuis spiritualis sit, non adimplebit legem Christi. Ibidem. Folio 156.

AD probandum, quod dimissio peccatorum in Scripturis donatio nuncupetur, illud sumet exemplum quod in Luca scribitur, vbi vni crediti alius debebat quingentos denarios, & alius quinquaginta, quos vtriusque concesserit, & ad interrogationem Saluatoris ille qui interrogatus fuerat, responderit maiorem gratiam illum habere, cui plus donatum sit. Dicitur in oratione Dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Deus autem nobis donauit in Christo, non extra positus, sed habitans in eo, quia pater in filio, & filius in patre, nec statim ille in quo donatur minor est ab illo, qui in se donat, quia & Apostolus dicit: Et ego si quid donauit vobis in facie Christi & Dei. Tomo 6. lib. 3. Comm. in cap. 5. ad Ephesios. Fol. 184. fac. 2.

DEVS qui das vindictam mihi.] Subuertendo Iudaeos: vel ipsum traditorem Iudam. Vel aliter: Deus qui das vindictam mihi. Vox Ecclesiae ad Christum, dedit Deus potestatem Ecclesiae ligandi & soluendi, & disciplinam faciendi, ut habuit potestatem Petrus per spiritum Domini, sicut dixit: Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Tom. 7. Comm. in Psal. 17. Fol. 1. fac. 1.

DEI in opprobrium conculcantes me.] Impios & peccato ebnoxios, qui verbum propheticum negligebant, velut alibi: Dedit Apostolis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Tom. 7. Comm. in Psal. 56. Fol. 69. fac. 2.

Articulus X. Absolutionem Sacerdotis actum iudiciale esse.

SACERDOTIS officium est, docere populum, quid inter sanctum & pollutum, inter mundum & immundum sit: ut prius referamus ad dogmata, secundum ad opera, quae per carnem efficiuntur. Delicta enim quis intelligit? Et cum fuerit controuersia de omni re, siue vt Lxx. translulerunt, sanguinis (hoc est quod ad mortale pertinet crimen) stabit Sacerdotes in iudicio: meo, vt non iudicet secundum honorem, nec accipiant personam pauperis siue diuitis in iudicio: sed stent in iudicio Dei, & recordentur illius Psalmi: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat: Deos appellans, qui habent iudicandi de hominibus potestatem: quia in quo iudicio iudicauerint, iudicabitur de eis. Tom. 4. lib. 13. Comm. in cap. 4. 4. B. 2. ecb. Fol. 477. fac. 2.

SI iudicare prohibet, qua consequentia Paulus in Corintho iudicat fornicantem, & Petrus Arianam & Sapphiram mendacij coarguit? Sed ex consequentibus, quid prohibuerit, ostendit, dicens: Quomodo enim iudicaueritis, sic iudicabitur de vobis. Hic non prohibuit iudicare, sed docuit. Tom. 6. lib. 1. Comm. in cap. 7. Matth. Can. 9.

ET tibi dabo clauem regni caelorum. Et quodcumque,] Istum locum Episcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisaeorum assumunt supercilio, ut vel dant innocentes, vel solvere se, noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia Sacerdotum, sed reorum vita quaeratur. Legimus in Leuitico de leprosis: vbi iubentur vt ostendant se Sacerdotibus, & si lepra habuerint, tunc à Sacerdote immundi fiat: non quo Sacerdotes leprofos faciant, & immundos, sed quo habeant notitiam leprosi, & non leprosi, & possint discernere qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum Sacerdos mundum vel immundum facit: sic & hic alligat, & soluit Episcopus & Presbyter: non eos qui infantes sunt vel noxii: sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quive solvendus. Tomo sexto, libro 3. Commentariorum in caput 16. Matthaei, Canone 33. fac. 2.

VSQUE quò iudicatis iniquitatem.] Ipse Deus loquitur ad iudices, hoc est, ad Principes populi. Specialiter isti verficuli qui sequuntur, ad iudices dicuntur. Si saeculi iudices, manifestum est. Si verò Ecclesiae iudices, de Episcopis intelligamus atque Presbyteris. Vsq; quò iudicatis iniquitatem? Qui iudicat iniquitatem, iudex iniquitatis est. Ille erat iudex iniquitatis, de quo dicitur in Euangelio, qui Dominum non timebat, nec ho-

Potestas re-mittendi peccata & discipulorum facti di in Ecclesia data sacerdotibus. Luc. 10.

Luc. 10.

Sacerdotes in foro poenitentiae exercent officium iudiciale.

Psal. 8. Sacerdotes dii sunt & habent iudicandi de hominibus potestatem. 1. Cor. 5. Al. 5.

Petrus & Paulus Apo. Noli iudicare.

Sacerdotum sententia quaeritur vita, sed sola non sufficit.

Sacerdos Episcopus in dicitur peccatorum variatates.

Ecclesiae iudices Episcopi & Presbyteri.

Luc. 18. nec ho-

nec hominem non reuerbatur. Vsq; quod iudicatis iniquitatem? Dedi vobis potestatem in gregem meum, & in populum Deidebetis iudices estis, non lupi. Tom. 7. Com. in Psal. 81. fol. 102. fac. 1.

Articulus XI. Ad veram penitentiam spectare non solum nouam vitam, sed & pro peccatis prateritis satisfactionem.

INCREDIBILIS animi fortitudo, inter gemmas & sericum inter cunuchorum & puellarum carteruas, & adulationem ac ministeria familiarum strepentis, & exquisitas epulas, quas amplas domus praebebat abundantia, appetisse eam ieiuniorum laborem, asperitatem vestium, victus continentiam. Legerat. n. Domini verba dicentis: Qui mollioribus vestiuntur, in domibus regum sunt, stupebat ad conuersationem Heliae, & Ioannis Baptistae: quorum vterque zona pellicia atrinxit & mortificauit liberos suos: alter venisse narratur in spiritu & virtute Heliae, praecursor Domini, in vtero prophetans parentis, & ante diem iudicij iudicis voce laudatus. Annæ filia Phanuelis mirabatur ardorem, quae orationibus atque ieiunijs vsque ad vltimam senectutem in templo Domino seruiebat. Quatuor virginum filiarum Philippi desiderabat chorum, & vnam seillarum esse cupiebat, quae pudicitia virginali, prophetiae gratiam consecuta sunt. His, & huiusmodi cogitationibus pascebat animum, nihil ita metuens, quam auiam, matremque offendere, quarum cum incitaretur exemplo voluntate & studijs terrebatur, non quo displiceret eis sanctum propositum, sed quod pro rei magnitudine optare id, & appetere non auderent. Aestuabat Christi tyricula, moderatam ornatum suum, & cum Helster loquebatur ad Dominum: Tu nosti, quod oderim in signe capitis mei, hoc est, diadema, quo utebatur regina, & ducam immunditiae, velut pannum menstruatam. Aiunt sanctae & nobiles feminae, quae eam viderunt, quae norunt, quas de littore Galliarum, ad habitationem sanctorum locorum, hostium per Africam compulsi faua tempestas, noctibus & secreto, conscijs tantum virginibus Dei, quae in matris & auiae comitatu erant, nunquam eam lintheaminum, nunquam plumarum vsam mollitiae, sed cilicium in nuda humo habuisse pro stratu, iugibus faciem rigasse lachrymis, Saluatoris mente genibus aduolutam, vt suum reciperet propositum, vt impleteret desiderium, vt auiae animum, matrisque molliret. Tomo primo, Epistola octaua ad Demetriadem cap. 2. fol. 20. fac. 2.

Demetriadis satisfactio.

Matt. 11. 4. Reg. 1.

Matt. 3.

Matt. 11.

Zuc. 2. 21.

Satisfactio per ieiunium & orationem.

Hest. 2. 15.

Aspera penitentia.

Ieiunia ardua penitentiam.

Psal. 34. Psal. 101.

Gen. 3. 3. Reg. 19. 4. Reg. 2. Exod. 24. Deut. 8. Matt. 4.

Rom. 16.

velociter. Et tamen hostis antiquus, post quadraginta dierum ieiunium, per cibum molitur insidias, & dicit: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. In lege mense septimo post clangorem tubarum decimo die mensis, totius gentis Hebraeae ieiunium est, & exterminatur illa anima de populo suo, quae saturitatem praetulerit continentiae. In Job scriptum est de dracone: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius super vmbilicum ventris eius. Aduersum iuuenes & puellas aetatis ardore, hostis noster abutitur, & inflamat rotam natiuitatis nostrae, & implet illud Osee: Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum, quae Dei misericordia, & ieiuniorum frigore, reslinguntur. Haec sunt ignita Diaboli iacula, quae simul & vulnerant, & inflammant, & a rege Babylonio tribus pueris praeparantur, qui succendit fornacem quadraginta nouem cubitorum, habes & ipse septem hebdomadas ad perditionem, quas Dominus obseruari iusserat ad salutem.

Sed quo modo ibi quartus, speciem habens, quasi filij hominis, immensos mitigauit ardores, & inter camini affluantis incendium, docuit flammam calorem amittere, & aliud oculis comminari, aliud praebere tactui: sic & in animo virginali, rore caelesti & ieiuniorum frigore calor puellaris extinguitur, & in humano corpore angelorum impetratur conuersatio. quam ob rem & vas electiois de virginibus se dicit Domini non habere proceptum: quia contra naturam, imo vltra naturam est, non exercere quod nata lis, interficere in te radicem tuam, & sola virginitatis poma decerpere, nescire thorum, omnem virorum horrere contactum, & in corpore viuere sine corpore. Neque verò immoderata tibi imperamus ieiunia, & enormem ciborum abstinentiam, quibus statim corpora delicata franguntur, & ante aegrotare incipiunt, quam sanctae conuersationis iacere fundamenta. Philosophorum quoque sententia est, μεσότητος ἀρετὰς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι: quod Latinus ita potest sermo resonare, moderatas esse virtutes, excedentes modum atque mensuram, inter vitia deputari. Vnde & vnus de septem Sapientibus, ἡδὴν ἄγαν, id est, ne quid, ait, nimis. quod tam celebre factum est, vt comico quoque versu expressum sit. Sic debes ieiunare, vt non palpites, & respirare vix possis, & comitum tuarum vel portis, vel traharis manibus sed vt, fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in psalmis, nec in vigilijs solito quid minus facias. Ieiunium non perfecta virtus, sed ceterarum virtutum fundamentum est, vt sanctificatio atque pudicitia: sine qua nemo videbit Deum, gradus praebet ad summa scandentibus, nec tam è si sola fuerit, virginem poterit coronare. Tomo primo, Epistola octaua ad Demetriadem cap. 6. fol. 23. fac. 1.

Arstot. 2. Ethicor. c. 6.

Terentia.

Cum per omnem annum iugi ieiunio pascetur, biduo triduoque sic permanens, tum verò in quadagesima nauigij sui vela tendebat, omnes penè hebdomadas vultu latente coniungens, & quod impossibile forsitan est hominibus ad credendum: Deo aut praestante possibile est, ita ad quin quagenariam peruenit aetatem, vt non doleret stomachum, non viscerum cruciaretur iniuria, non sicca humus iacencia membra confringeret, non sicca asperata cutis, foetorem aliquem sicutumque contraheret, sed sana corpore, animo sanior, solitudinem putaret esse delicias, & in vrbis turbida inueniret heremum monachorum.

Leuit. 16.

Iob 38.

Iac. 3.

Osee 7.

Dan. 1. 13.

Deut. 16.

Laus satisfactio in ieiunium.

1. Cor. 7.

Psal. 22.

Eccl. 10. Conuentionibus est opem in sacce iacere.

Arstot. 2. Ethicor. c. 6.

Terentia.

Psal. 136.

1. Cor. 10.

Hieronymi tentationes carnis & opus praestatio atque satisfactio mirabilis.

Asperitas viae religiosae in deserto.

Ethac

Et haec quidem tu melius nosti, à qua pauca didicimus, & cuius oculis durities genibus Camelorum in illo sancto corpufculo praerandis frequenter obcalluisse perfecta est. Nos, quod scire possumus, explicamus. Nihil illius feueritatis iucundius, nihil iucunditate feuerius, nihil suauitate tristius, nihil stultitia suauius. ita pallor in facie est, vt cum continentiam indicet, non redoleat ostentationem. sermo silens, & silentium loquens, nec citus, nec tardus incessus. idem semper habitus, neglecta mundities, & inculta veste, cultus ipse sine cultu. Sola vita sua aequalitate promeruit, vt in vrbe pompae, lasciuiae, deliciarum, in qua humile esse miseria est, & boni cerni praedicent, & mali detrahant non audeant, viduae eam imitentur, & virgines, maritatae colant, noxiae timeant, suspicant Sacerdotes. Tomo primo, Epistola 15. ad Marcellianum.

Vt absentiam corporum spiritus confabulatione solemur, facit vnusquisque quod praevalet. Vos dona transmittitis: nos epistolas remittimus gratiarum, ita tamen, vt, quia velatarum virginum munus est, aliqua in ipsis munusculis esse mysteria demonstremus. Saccus, orationis signum atque ieiunij est. Sella, vt foras pedes virgo non moueat. cerei, vt, accenso lumine sponsi expectetur aduentus. calices mortificationem carnis ostendunt, & semper animum ad martyrium praeparatum. Calix quippe Domini inebrians, quam praeclearus est: Quod autem & matronis offertis muscaria, parua, paruis animalibus euentilandis elegans significatio est, debere luxuriam citò restringere, quia muicæ moriturae oleum suauitatis exterminant. Hic typus sit virginum, haec figura matronarum. Nobis autem, licet in peruersum, munera vestra conueniunt. Sedere, aptum est otiosus, in sacco iacere, penitentibus, calices habere, potantibus licet & propter nocturnos metus, & animos semper malo conscientiae formidantes, cereos quoque accendisse sit gratum. Tom. 1. Epist. 20. ad Marcellianum.

Nolo sinas cogitationem crescere. Nihil in Babylonium, nihil confusionis adolescat. Dum parus est hostis, interfice: nequitia, ne zizania crecant, elidatur in semine. Audi Psalmistam dicentem: Filia Babylonis misera, beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis: beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Quia enim impossibile est, in sensum hominis non irruere innatum medullarum calorem, ille laudatur, ille praedicatur beatus, qui vt ceperit cogitare fordida, statim interficit cogitatum, & allidit ad petram: petra autem Christus est. O quoties ego ipse in cremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quae exusta folijs ardoribus horridum monachis praestat habitaculum, putabam me Romanis interesse delictijs, sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacro membra deformata, & squalida cutis situm Aethiopicæ carnis obduxerat. quotidie lachrymae, quotidie gemitus, &, si quando repugnantem formus imminens oppressisset, nuda humo vix offa haerentia collidebam. De cibis verò & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtatur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennae metum tali me carcere ipse damnaueram scorpionum tantum socius, & ferarum, saepe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunij, & mens desiderijs aestua-

bat in frigido corpore, & ante hominem suam iam carne pre-mortuum, sola libidinum incendia buliebant. itaque; omni auxilio destitutus, ad Iesu tacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Non erubescio confiteri infelicitatis meae miseriam: quin potius plango, me non esse quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret, Domino increpante, tranquillitas ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum mearum consciam, pertimescebat: & mihimet iratus, & rigidus, solus deserta penetrabam, sicubi concaua vallium, aspera mortium, rupium praerupta cernebam. ibi meae orationis locus, ibi illud miserimæ carnis ergastulum, vt & ipse mihi testis est Dominus, post multas lachrymas. Post caelo inhaerentes oculos, non nunquam videbar mihi interesse agminibus angelorum, & lætus gaudensque cantabam: Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Si autem hoc sustinent illi, qui exeso corpore, solis cogitationibus oppugnantur, quid patitur puella, quae delictijs fruitur? nempe illud Apostoli: Viuens mortua est. Tomo primo, Epistola vigesima secunda ad Eustochium cap. 3.

Et quis nostrum ex corde dicere potest: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potionem meam cum fletu miscebam? An non stendum est, non gemendum, cum merurus serpens inuitat ad illicitos cibos? Cum de paradyso virginitatis eiecitur tunicis vultu veste proeliceis, quas Helias ad paradysum rediens proiecit in terram? Quid mihi, & voluptati, quae breui perit? Quid cum hoc dulci, & mortifero carmine Sirenarum? Nolle illi subiacere sententiae, qua in hominem est illata damnatio: In doloribus, & in anxietatibus paucis, Mulieris lex ista est, non mea. Et ad virum conuersio tua. Sit conuersio illius ad maritum, quae virum non habet Christum. Et ad extremum, morte morieris. Finis iste coniugij, meum propositum sine sexu est. Habeant nuptiae suum tempus, & titulum. Mihi virginitas in Maria dedicatur, & Christo. Ibidem capite 7.

REFERAM tibi meam infelicitatis historiam. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, & quod his difficilium est, consuetudine lautioris cibi, propter caelorum me regna castrarem, & Hierosolyman militaturus pergerem, bibliotheca, quam mihi Romae summo studio ac labore consecera carere omnino non poteram, itaque; miser ego, lecturus Tullium, ieiunabam, post nocturnum crebras vigilijs, post lachrymas, quas mihi praetertorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat. Plautus sumebatur in manus, si quando, in memetipsum reuersus, Prophetas legere cepissem, sermo horrebat incultus: & quid lumen caecis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dum ira me antiqus serpens illuderet, in media sermè quadagesima medullis infusa febris corpus inualuit exhaustum, & sine vlla requie, quod dictu quoque incredibile sit, sic infelicitia membra depasta est, vt ossibus vix haererem, interim parantur exequiae, & vitalis animæ calor, toto frigescente iam corpore, in solo tantum tepente pectusculo palpabat: cum subito raptus in spiritu, ad tribunal iudicis pertrahor: vbi tantum luminis, & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, vt proiectus in terram

Can. 1.

Amara satisfactio.

Gen. 3.

4. Reg. 2.

Gen. 3.

Virginitas laus.

Hieronymi Bibliotheca.

Hieronymi penitentia.

Prophanorum auctorum lectio Hieronymo supplicij grauis causa.

Hieronymus febris laborat.

Hieronymus accusatus coram tribuna li Dei, tanquam Cicero- nianus esse, non Christianus. Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum Illic obmutui, & inter verba (nam cædi me iusserat) conscientia magis igne torquebar, illum mecum versiculum reputas: In inferno autem quis confitebitur tibi? Clamare autem cœpi, & eiulans dicere: Misere mei Domine, misere mei. Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad prædentis genua prouoluit qui astabant, precabantur, vt veniam tribueret adolescentia, & errori locum pœnitentiæ commodaret. exacturus deinde cruciatum, si gentiliū literarum libros aliquando legissem.

Vide Gratianum 1. parte Decretorum distincti 57.

Hieronymus in Apologia aduersus Rufinum somnium fuisse asserit, sed verum multiplicitia enim sunt somnia. vide supra li bro 1 cap. 7. de scripturis vbi agitur de scientijs requisitis in Theologo.

Esai. 6.

P. ca. 1. penitentiæ Iesu cristina.

Esai. 111.

Opera pœnitentiæ Lucianij.

Lucianus sex Notarios misit qui omnia B. Hieronimi opera describerent.

in terram, sursum aspiciere non audeam. Interrogatus de conditione, Christianum me esse respondi. Et ille qui præsidebat, Mentiris, ait, Ciceronianus es, non Christianus. Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum Illic obmutui, & inter verba (nam cædi me iusserat) conscientia magis igne torquebar, illum mecum versiculum reputas: In inferno autem quis confitebitur tibi? Clamare autem cœpi, & eiulans dicere: Misere mei Domine, misere mei. Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad prædentis genua prouoluit qui astabant, precabantur, vt veniam tribueret adolescentia, & errori locum pœnitentiæ commodaret. exacturus deinde cruciatum, si gentiliū literarum libros aliquando legissem. Ego qui in tanto confictus articulo, vellem etiam maiora promittere, deierare cœpi, & nomen eius obtestans, dicere: Domine si vnquam habueris codices sacculares, si legero, te negaui. In hæc sacramenti verba dimissus, reuertor ad superos, & mirantibus cunctis, oculos aperio tanto lachrymarum imbre perfusus, vt etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec verò sopor ille fuerat, aut vana somnia quibus sepe deludimur, testis est tribunal illud, ante quod iacui: testis est iudicium trile, quod timui, ita mihi nunquam contingat in talem incidere quæstionem, liuenes fa-teor habuisse me scapulas, plagas sensisse post somnium, & tanto dehinc studio diuina legisse, quanto non ante mortalia legeram. Ibidem capite decimo tertio.

N V N Q V A M post viri mortem, vsque ad diem dormitionis suæ cum villo comedit viro, quamuis cum sanctum, & in pontificali sciret culmine constitutum. Balneas nisi periclitans, non adiit. Mollia etiam in grauissima febre, lectuli strata non habuit, sed semper durissimam humi, stratis cilicicis quiescebat: si tamen illa quies dicenda est, quæ iugibus pene orationibus dies noctesque iungebat: Illud implens de Psalterio: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. In qua fontes crederes lachrymarum: ita leuia peccata plangebat, vt illam grauissimorum criminum crederes ream. Cumque à nobis crebrius moneretur, vt parceret oculis, vt eos seruaret Euangelicæ lectioni, aiebat: Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpurifico, & cerussa, & stibio sæpe depinxi. Affigendum corpus, quod multis vacauit delictijs. Longus risus per peti compensandus est fetu. Mollia linteamina, & serica pretiosissima, asperitate cilicij commutanda. Quæ viro & sæculo placuit, nunc Christo placere delidero. Tom. 1. epist. 27. ad Ennstochium cap. 7.

P E R P E N D A T prudentia tua, qua Lucinius noster laude sit dignus, qui clausit aures, ne audiret iudicium sanguinis, & omnem substantiam suâ disperfit, & dedit pauperibus, vt iustitia eius maneat in æternum, nec patriæ suæ largitate contentus, misit Hierosolymarum & Alexandrinæ Ecclesiæ tantum auri, quanto multorum possit inopie subueniri. quod cum multi mirentur, & prædicent, ego in illo magis laudabo feruorem & studium scripturarum, quo ille desiderio opuscula nostra flagitauit, & missis sex Notarijs, quia in hac prouincia Latini sermonis, scriptorumq; penuria est, describi sibi fecit, quæcunque ab adolescentia vsq; in præsens tempus dictauimus? Tom. 1. Epist. 2. g. ad Theodoram. Fol. 84.

O P T A V E R A T quondam & Loth, cum filiabus saluare coniugem suam, & de incendio Sodomæ & Gomorrhæ pene femiuistur erumpens, educere eam, quæ pristinis vitijs tenebatur astricta: sed ea desperatione trepida, respiciensq; post tergum, æterno infidelitatis titulo condemnatur. Et ardēs fides pro vna muliere perdit, totam Segor liberat ciuitatē. Deniq; postquā Sodomiticæ valles, ac tenebras derelinquens, ad montana cōscendit, ortus est ei sol in Segor, quæ interpretatur paruula. vt parua fides Loth, quia maiora non poterat, saltem minorā seruaret. Neq; enim Gomorrhæ quondam & erroris habitator statim ad meridiē poterat peruenire, in qua Abraham amicus Dñi, cū angelis suscepit Deum. Et Ioseph fratres pascit in Aegypto, sponsusq; audit à sponsa: Vbi cubas? vbi pascis in meridie? Samuel quondam plangebat Saulē, quia superbiæ vulnera, pœnitentię medicina non curabat. Et Paulus lugebat Corinthios qui fornicationis maculas lachrymis delere non bant. Vnde & Ezechiel librum deuorat scriptum in tus & foris, carmine & planctu, super pœnitentijs: Væ, super ijs, de quibus scriptum est: Cū venerit impius in profundum malorum, contemnit ea: Quos ostendit Esaias, dicēs: Vocauit Dominus sabaoth, in die illa ad stetum, & planctum, & decaluationem, & accinctionem ciliciorum: ipsi autem fecerunt lætitiā, & exultationem, maculantes vitulos, occidentes oues, vt comederēt carnes, dicentes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Tom. 1. Epist. 46. Fol. 96. cap. 1.

A V D I Prophetam loquentem: Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent: Euntes ibant & fiebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient in exultatione portantes manipulos suos. Et loquere cum eo: Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum meum rigabo: Et iterum. Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad te Deum fontē viuū, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? facta sunt mihi lachrymæ meæ panes per diem & noctem. Ibidem cap. 2.

A C H A B Rex impijssimus, vineam Nabuthæ cruore possedit, & cū Hiesabel non tā coniugio sibi, quam crudelitate coniuncta, Heliæ increpatione corripitur. Hæc dicit Dominus: Occidisti & possedisti, Et iterum: In loco in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthæ, ibi lingent sanguinē tuum, & Hiesabel canes comedet ante muros Iezrael. Quod cū audisset Achab, scidit vestimenta sua, & posuit saccum super carnē suam, ieiunauitq; & dormiuit in cilicio, factusque est sermo Domini, ad Heliā, dicens: Quoniam reuertus est Achab faciem meam, nō inducam malum in diebus eius. Tom. 1. epist. 46. ad Rusticum. cap. 3.

P V T R I D A E carnes ferro curatur, & cauterio: venena serpentina pelluntur antidotho. Quod satis dolet maiori dolore expellitur. Tomo primo, epistola 47. cap. 1.

S A M V E L quondā lugebat Saulem, quia pœnituerat Dominum, quod vnxisset eum Regem super Israel. Et Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem, voce flebilis commonebat, dicens: Ne cū rursus venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs, qui ante peccauerūt, & nō egerunt pœnitentiā super immūditijs, quas gesserunt in impudicitia & fornicatione. Si hoc Prophe-

Gen. 18. 46.

Cant. 1.

1. Reg. 15.

1. Cor. 5.

Ezech. 2.

Satisfactio.

Prou. 18.

Esai. 22.

1. Cor. 15.

Esai. 12.

Esai. 72.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Satisfactio Achab.

Sabinianum conueniunt ad penitentiam incitat & ad satisfactio nem.

Lucia 15.

Rom. 2.

Esod. 4.

Esod. 14.

Sabinianum et Pharaonis comparatio.

Esod. 5.

Ezech. 12.

Esai. 72.

Acribus in Sabina conueniunt ad penitentiam incitat & ad satisfactio nem.

Esai. 22.

Propheta, & Apostolus, nulla ipsi labe maculati, clementi in cunctos mente faciebat: quanto magis ego ipse peccator in te debeo facere, qui non vis erigi post ruinam nec oculos ad cœli leuare, sed prodita patris substantia porcorum filiquis delectaris, & superbiæ prærupta conscendens præceps laberis in profundum. Deum ventrem vis habere pro Christo, seruis libidini, gloriari in carne & confusione tua, & quasi pinguis hostia, in mortē propriā faginaris, imitariq; eorū vitam, quorū tormenta nō metuis ignorans, quoniā benignitas Dei ad pœnitentiā te hortetur. Secundū autē duritiā tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi irā in die irę. An idcirco induratur, iuxta Pharaonem cor tuū, quia nō statim percuteris, & differris diu ad pœniā? Et ille dilata est, & deē plagas nō quasi ab irato Deo, sed quasi à patre cōmone te sustinuit, donec in peruersū acta pœnitentiā populū quē dimiserat p̄ desertā sequeretur, & ingredi auderet maria, per quā vel sola doceri potuit, timori habendū eum, cui etiā elementa seruiunt. Dixerat & ille: Non noui Dominū neq; dimitto Israel. Quem tu imitaris & loqueris: Visio quā hic videt, in dies longos est, & in tempora longa iſte prophetat. Propter qd dicit idē Propheta: Hæc dicit Adonai Dñs: Non prolongabuntur amplius omnes sermone mei quoscunq; loquar, quia loquar verbum, & faciā. Sanctus David de impijs & de scelestis, quorū tu pars nō modica, sed princeps es, qd seculi fœlicitate fruenterur & dicerent: quo modo cognouit Deus, & si est scientia in excelsis? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias: pendē lapsō pede & fluctuanti vestigio caufabatur dicēs: Ergo sine causa iustificauit cor meū & laui inter innocētes manus meas. Præmiserat enim quia emulatus sum super iniqua agētes, pacē peccatorū videns, qd nō est respectus morti eorū, & solida plaga in flagella eorū. In laboribus hominū non sunt, & cum hominibus nō flagellabuntur. Propterea tenuit eos superbia, circundati sunt iniquitate & impietate sua. Egredietur sicut ex adipe iniquitas eorū, transferit in affectū cordis. Cogitauerunt & locuti sunt mala, iniquitatē in excelsis locuti sunt. Posuerunt in celo os suū, & lingua eorū pertransiit super terram. Nonne tibi videtur de te omnis iste Psalmus esse compositus? Vegeto quippe es corpore, & nouus Antichristi Apostolus, cum in vna notus fueris sumptibus, nō plaga forti percuteris. Et cum hominibus qui sunt vt tu, irrationabilia iumenta, corripi non mereris. Propterea elatus es in superbiā, & vestimentum tuum fœtet luxuria: & quasi ex aruina pingui, & quodam adipe cructans verba mortifera, non te respicis esse moriturū, nec vnquam post expletam libidinem pœnitentiā remorderis. Transisti in affectum cordis, & ne tibi selus videaris errasse simulās nefanda de seruis Dei, nesciens quod iniquitatē in altum loquaris, & ponas in celum os tuum. Nec mirū si à te qualescunq; serui Dei blasphementur, cum patrem familias Beelzebub vocauerint patres tui. Tom. 1. Epist. 48. ad Sabinianum, cap. 1.

P O R R Ō vt scias Deum quotidie peccatores ad pœnitentiā prouocare, qui si rigidi perfliterint, de clemente eum seuerum & trucem faciūt? Audi Esaiæ verba, dicentis: Et vocabit, inquit Dominus sabaoth in die illa ad stetum & planctum magnum, & decaluationem, & accinctionē

ciliciorum. Ipsi vero fecerunt lætitiā & exultationem, maculantes vitulos, & immolantes oues vt comederent carnes, & biberent vinum dicentes: Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Ibidem, cap. 2. fol. 102.

F L V A N T paululum de oculis lachrymæ: inter fericum & linteamina, quibus tibi videris fulgidus & formosus, intellige te nudum, conscissum, sordidatum, mendicantē. Nunquam est sera pœnitentia. Quamuis de Hiero solymis descenderis, & sis in itinere vulneratus, inde te Samaritanus impositum iumento, curandumq; ad stabulū referet. Sed etsi mortuus iaces in sepulchro, tamen & cæcū Domini suscitabit. Imitare saltē cæcos illos propter quos Saluator dimittens domum suam & hereditatem suam, Hierico venit. Seditibus in tenebris & vmbra mortis, lux orta est eis. Qui postquam præterire Dominum cognouissent, cœperunt clamare dicēs: Fili David miserere nostri. Poteris & tu videre, si clamas si accitus ab eo sordida vestimēta projicias. Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris, & tunc scies tibi fueris. Tangat modicæ cicatrices tuas, pertractet luminum tuorum quondam velligia. Licet ab vtero sic genitus sis, & in delicijs conceperit te mater tua: asperget te hyssopo, & mundaberis: lauabit te, & super niuem dealbaberis. Quid incuruus terra hæres, & totus in cæno iaces? Illa quam decem & octo annis fathanas vixerat, postquam à Salvatore curata est, cœlum erecta suspexit. Ibidem, cap. 4.

Q U O B ad Cain dictum est, tibi dictum puta: Peccasti quiesce. Quid longius recedis à facie Dei & habitas in terra Naid? Quid totus in salo fluctuas, nec statuis supra petram pedem tuū? Cauene te Phinees cum Madianite fornicantem sua hasta configat, qui plus quam Thamar virginem frater & consanguineus polluit, versus in Absalom occidere eum cupis, qui te rebellantem planigit & mortuum. Clamat contra te sanguis Nabuthæ, & vinea Iezrael, hoc est, seminis Dei, quam in hortum volu ptatis, & lacuiz holera contriuiti, dignam de te vltionem reposcit. Mittitur tibi Helias tormentū & interitum nuncians. Incuruare & sacco vestire paulisper, & de te poterit dicere Deus: Vidisti, quia reueritus fuerit Achab à facie mea? Non superinducam malitiam in diebus eius. Sed forte blandiris tibi, quod à tali Episcopo diaconus ordinatus es. Iam superius dixi, nec patrem pro filio, nec filium pro patre puniri. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Samuel habuit filios, qui recesserunt à timore Dei, & abierunt post auaritiā & iniquitatem. Et Helii sacerdos sanctus fuit, sed habuit filios, qui vt in Hebræorum voluminibus legimus, fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo Dei, & in similitudinem tui, impudenter sibi Dei ministrarium vindicabant, vnde & locustabernaculi ipse subuersus est: & propter vitia sacerdotum Dei, sanctuarium destitutum est. Quamquam & ipse Heli, dum est nimium lenis in filios, offendit Deum. Tantumque abest, vt te valeat Episcopi tui iustitia liberare, vt timendum sit, ne propter te de folio suo corrueas, pereat insanabilis. Oza leuites arcam Domini, quam portare ipse debeuerat, quasi ruentem sustentare voluit, & percussus est. Quid de te futurum putas, qui stantem arcam Domini præcipitare conatus es? Quanto magis Episcopus, qui te ordinauit, probabilis

1. Cor. 15.

Lucia. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

Esai. 10.

est: tantò tu amplius detestandus, qui talem hominem fecellisti. *Ibidem, cap. 5.*

Apocalyp. 2. IOANNES Apostolus, imò in Ioanne Salvatore, scribens angelo Ephesi Ecclesiae, Scio, inquit, opera tua, & laborem & patientiam tuam, & quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto vnde cecideris: & ago poenitentiam, & prima opera fac, sin autem, veniã tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi poenitentia egeris. Similiter & ceteras Ecclesias, Smyrnã, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphia, Laodiceam ad poenitentiam prouocat, & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit, qui non cõquinati uerunt vestimenta sua, & ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui aut dicit: Memen to vnde cecideris, & ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini: & scio vbi habitas, vbi sedes est sathanæ: & in mente habes, qualiter acceperis, & audieris, & serua, & poenitentiam age, & reliqua: vtiq; ei dicit, qui euadit & baptizatus est, & itans quondam corruit per delectum. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 2. f.*

Luc. 15. Ad illud vero, quod dicit inter eum fratrem, qui semper cum patre fuerit, & qui postea poenitens est receptus, nihil penitus discrepare: adicio si vis drachmam vnam, quae perita fuerat, & inuenta, iunctam esse cum reliquis & quem vnam, quam nonaginta nouem ouibus derelictis, bonus pastor inquisiuit, & retulit, explese numerum centenarium. Sed aliud est, poenitentem esse, & lachrymis veniam deprecari, aliud semper esse cum patre. Vnde per Ezechielem ad reportatam ouem & perditum quondam filium loquitur, & pastor pater: Et suscitabo pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus: & recordaberis, & confunderis, vt non sit tibi vltra aperire os pro confusione tua, cum placatus fuero tibi in omnibus, quae fecisti. Vt nihil minus iusto habeant poenitentes sufficit eis pro omni poena, sola cõsilio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos: Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, & omnium scelerum, quibus polluti eratis & displicebitis vobis in conspectu vestro, in omnibus malitijs vestris, quas fecistis: & scietis, quia ego Dominus cum benefecero vobis, propter nomen meum & non secundum vias vestras malas, neq; secundum scelera vestra pessima. Arguitur quoque à patre filius, quod salutem fratris inuideat, & cum angeli lætentur in caelo, ille liuore crucietur. Quamquam duorum fratrum similitudo frugi & luxuriosi, non ad merita totius generis humani, sed vel ad ludæi pertinent, Christianiq; personas, vel ad sanctorum, & poenitentium. Super qua parabola libellum quondam Damasus Episcopo, dum adhuc viueret, & dedit. *Ibidem, cap. 17. fol. 177.*

Apocalyp. 2. IOANNES Apostolus, imò in Ioanne Salvatore, scribens angelo Ephesi Ecclesiae, Scio, inquit, opera tua, & laborem & patientiam tuam, & quia sustinui propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto vnde cecideris: & ago poenitentiam, & prima opera fac, sin autem, veniã tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi poenitentia egeris. Similiter & ceteras Ecclesias, Smyrnã, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphia, Laodiceam ad poenitentiam prouocat, & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit, qui non cõquinati uerunt vestimenta sua, & ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui aut dicit: Memen to vnde cecideris, & ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini: & scio vbi habitas, vbi sedes est sathanæ: & in mente habes, qualiter acceperis, & audieris, & serua, & poenitentiam age, & reliqua: vtiq; ei dicit, qui euadit & baptizatus est, & itans quondam corruit per delectum. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 2. f.*

Luc. 15. Ad illud vero, quod dicit inter eum fratrem, qui semper cum patre fuerit, & qui postea poenitens est receptus, nihil penitus discrepare: adicio si vis drachmam vnam, quae perita fuerat, & inuenta, iunctam esse cum reliquis & quem vnam, quam nonaginta nouem ouibus derelictis, bonus pastor inquisiuit, & retulit, explese numerum centenarium. Sed aliud est, poenitentem esse, & lachrymis veniam deprecari, aliud semper esse cum patre. Vnde per Ezechielem ad reportatam ouem & perditum quondam filium loquitur, & pastor pater: Et suscitabo pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus: & recordaberis, & confunderis, vt non sit tibi vltra aperire os pro confusione tua, cum placatus fuero tibi in omnibus, quae fecisti. Vt nihil minus iusto habeant poenitentes sufficit eis pro omni poena, sola cõsilio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos: Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, & omnium scelerum, quibus polluti eratis & displicebitis vobis in conspectu vestro, in omnibus malitijs vestris, quas fecistis: & scietis, quia ego Dominus cum benefecero vobis, propter nomen meum & non secundum vias vestras malas, neq; secundum scelera vestra pessima. Arguitur quoque à patre filius, quod salutem fratris inuideat, & cum angeli lætentur in caelo, ille liuore crucietur. Quamquam duorum fratrum similitudo frugi & luxuriosi, non ad merita totius generis humani, sed vel ad ludæi pertinent, Christianiq; personas, vel ad sanctorum, & poenitentium. Super qua parabola libellum quondam Damasus Episcopo, dum adhuc viueret, & dedit. *Ibidem, cap. 17. fol. 177.*

Apocalyp. 2. IOANNES Apostolus, imò in Ioanne Salvatore, scribens angelo Ephesi Ecclesiae, Scio, inquit, opera tua, & laborem & patientiam tuam, & quia sustinui propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto vnde cecideris: & ago poenitentiam, & prima opera fac, sin autem, veniã tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi poenitentia egeris. Similiter & ceteras Ecclesias, Smyrnã, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphia, Laodiceam ad poenitentiam prouocat, & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit, qui non cõquinati uerunt vestimenta sua, & ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui aut dicit: Memen to vnde cecideris, & ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini: & scio vbi habitas, vbi sedes est sathanæ: & in mente habes, qualiter acceperis, & audieris, & serua, & poenitentiam age, & reliqua: vtiq; ei dicit, qui euadit & baptizatus est, & itans quondam corruit per delectum. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 2. f.*

Luc. 15. Ad illud vero, quod dicit inter eum fratrem, qui semper cum patre fuerit, & qui postea poenitens est receptus, nihil penitus discrepare: adicio si vis drachmam vnam, quae perita fuerat, & inuenta, iunctam esse cum reliquis & quem vnam, quam nonaginta nouem ouibus derelictis, bonus pastor inquisiuit, & retulit, explese numerum centenarium. Sed aliud est, poenitentem esse, & lachrymis veniam deprecari, aliud semper esse cum patre. Vnde per Ezechielem ad reportatam ouem & perditum quondam filium loquitur, & pastor pater: Et suscitabo pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus: & recordaberis, & confunderis, vt non sit tibi vltra aperire os pro confusione tua, cum placatus fuero tibi in omnibus, quae fecisti. Vt nihil minus iusto habeant poenitentes sufficit eis pro omni poena, sola cõsilio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos: Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, & omnium scelerum, quibus polluti eratis & displicebitis vobis in conspectu vestro, in omnibus malitijs vestris, quas fecistis: & scietis, quia ego Dominus cum benefecero vobis, propter nomen meum & non secundum vias vestras malas, neq; secundum scelera vestra pessima. Arguitur quoque à patre filius, quod salutem fratris inuideat, & cum angeli lætentur in caelo, ille liuore crucietur. Quamquam duorum fratrum similitudo frugi & luxuriosi, non ad merita totius generis humani, sed vel ad ludæi pertinent, Christianiq; personas, vel ad sanctorum, & poenitentium. Super qua parabola libellum quondam Damasus Episcopo, dum adhuc viueret, & dedit. *Ibidem, cap. 17. fol. 177.*

Apocalyp. 2. IOANNES Apostolus, imò in Ioanne Salvatore, scribens angelo Ephesi Ecclesiae, Scio, inquit, opera tua, & laborem & patientiam tuam, & quia sustinui propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto vnde cecideris: & ago poenitentiam, & prima opera fac, sin autem, veniã tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi poenitentia egeris. Similiter & ceteras Ecclesias, Smyrnã, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphia, Laodiceam ad poenitentiam prouocat, & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit, qui non cõquinati uerunt vestimenta sua, & ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui aut dicit: Memen to vnde cecideris, & ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini: & scio vbi habitas, vbi sedes est sathanæ: & in mente habes, qualiter acceperis, & audieris, & serua, & poenitentiam age, & reliqua: vtiq; ei dicit, qui euadit & baptizatus est, & itans quondam corruit per delectum. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 2. f.*

*Hieronymi
de Poenitentia
vnde scribitur
facit.*

SECVNDA post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem, imitami & correctum. Errauimus iuuenes, emendemur senes. Iungamus gemitus, lachrymas copulemus. ploremus & conuertamur ad Dominum, qui fecit nos, non expectemus diaboli poenitentiam. Vana est illa praesumptio, & in gehennam trahens profundum: hic autem queritur vita, aut amittitur. *Tom. 2. Epist. 65. ad Pammachium, & Oceanum, cap. 2.*

*Vera ratio
satisfactionis*

EVSEBIVS & Pamphilus tantam inter se habuere concordiam, vt vnus animam homines putet, & ab vno alter nomen acceperit, quo modo igitur inter se dissentire potuerunt, vt Eusebius in toto opere suo Origenem Ariani probet dogmatis, & Pamphilus Nicenae synodi, quae fuit postea, defensor? Ex quo ostenditur, vel Didymi, vel cuiuslibet alterius esse opusculum, qui sexti libri capite detruncato, cetera membra lociarit. Sed cõcedamus ex superfluo, vt Pamphilus sit, sed necdum martyr. Ante enim scripsit, quam martyrium perpeteretur. Et quomodo inquit, martyrio dignus fuit? Scilicet vt martyrio deberet errorem, vt nam culpam sanguinis sui effusione purgaret. Quanti in toto orbe martyres, antequam cederentur, varijs subiacerent peccatis? Defendamus ergo peccata: quia qui postea martyres, prius peccatores fuerunt. *Ibidem, cap. 4. f.*

*Martyrium
est pro peccatis
satisfactio*

TRADUNT illum à clementissimo Deo ideo vsque ad septem generationes fuisse dilatum, vt septem malis ipsis & longæuitate mæroris compullus poenitentiam ageret, & mereretur absolui. Nonnulli septenarium numerum plenum & perfectum interpretantur, de multis scripturarum, locis testimonia contrahentes, & hunc esse sensum, quem supra perstrinximus: quod qui interficeret Cain, ab ingenti eum afflictione, & omnia supplicia transeunte liberaret poena. *Tom. 3. Epist. 12. questione, 1.*

*Ob satisfactio
nem bene
caini poena
dilata.*

QUI in extremis legis, & huius vitæ finibus constitutus intelligit semper sibi esse pugandum, & tunc plenam victoriam quod, si fuerit in caestribus, si in Abel hostium, quod interpretatur luctus spinarum fleuerit antiqua peccata, & spinas, quae suffocauerunt sementem verbi Dei, & de quibus Propheta dicit: Versatus sum in miseria, dum mihi configitur spina: tunc praeparatus, deficiente Manna, sub duce Iesu Iordanem transeat: & circumcisus cultro Euangelij, primum comedat de caelesti pane, & occurrat ei princeps exercituum Dei, vt verum pascha nequaquam in Aegypto, sed in finibus terræ sanctae comedat. *Tom. 3. Epist. 12. questione, 42.*

*In luctu
spinarum
fleuerit
antiqua
peccata.*

ILLE spontaneus habitator, qui de Hierusalem descendebat in Hierico, non prius vulneratus est quam nudatus. Infunditur ei oleum, medicamentum lenè, & misericordia temperatum: & quia debuit negligentiae sentire cruciatum, vini austeritate mordetur: vt per oleum ad poenitentiam prouocetur, & per vinum sentiat seueritatem iudicantis. *Tom. 3. Epist. 12. ad Fabiolam, fol. 365. fac. 2.*

Luc. 10.

*Poenitens
austeritate
mordetur
vini
seueritatem
inducantis.*

PVTRI DE carne ferro indigent, & cauterio: nec est medicinae culpa, sed vulneris, cum clementi crudelitate, non parci medicus, vt parcat, scilicet vt miseratur. *Tom. 3. Epist. 147. ad Amandum, fol. 413. fac. 1. f.*

*Sancti medici
Christus
vni miseratur.*

QUI Domino praesidete saluatur, & est filius Amos, id est, fortis atq; robustus, cernit spiritualiter visionem confessionis, dum antiqua peccata deplan-

deplangit: & pacis, dum post poenitentiam transit ad lucem, & æterna pace requiescit: cunctaq; illius tempora transunt sub fortitudine Domini, & perfectione eius ac robore. *Tom. 4. Comment. in cap. 1. Esaiæ, fol. 1. fac. 2.*

SI fuerint peccata vestra vt, &c. Ordo praecipuus: Nõ enim sufficit dixisse, lauamini: nisi iungat, mundi estote, vt post laucrum aqua, cordis habeant puritatem. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: Cumq; cordis habeant puritatem, debent auferre malum de mentibus suis, non in conspectu hominum, sed in conspectu Dei: quem celare nihil potest. Quodq; iungitur: Quiescite agere peruersè: illud Euangelicè sonat: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Recedens ergo à vitijs discat bonum: quærat iudicium: oppresso subueniat: pupillum viduamq; sustentat: & si hoc fecerit, tunc peccata, quæ prius in modum coccini sanguinea fuerant dimittentur, & opera cruoris & sanguinis, veste Domini mutabuntur, quæ de agni confecta est vellere, quem sequuntur in Apocalypsi, qui virginitatis candore resplendent. *Ibid. fol. 5.*

Matth. 5.

Ioan. 5.

*Iudicium
faciendum,
id est,
opera
satisfactionis
exercenda.*

Apocal. 14.

*Doctor
Eccle-
siasticus
labrymas
de
his
mouere.
Eccles. 11.*

Proverb. 27.

*Habitus
popu-
li delicta
plangens
qualis.*

*Saccus
et
cilicium
habitu
sui
poenitentiam.*

*Solui
et
dimitti
peccata
differunt.*

*Soluantur
peccata
cum
purgantur
per poenitentiam.*

res, Vnde & Apostolus scribit peccantibus: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Ista est virga vel baculus de qua David loquitur: Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt pulchreq; posuit, cõsolata sunt. Ad hoc enim Dominus corripit, vt emendet. Et quo modo nux siue Amigdalus amarissimum habet corticem, & testa durissima cingitur, vt de tractis austerioribus & duris fructus dulcissimus reperitur: sic omnis correctio, & labor continentiae, amara quidem videtur ad praesens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde & vetus illa sententia est: Literarum radices amaræ, fructus dulces. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 1. Hieremie, fol. 231. fac. 2.*

*1. Cor. 4o
Psal. 22.*

*Satisfactio
est nux
siue
amigdalo
comparatur.*

QUI vult ad gradibus peccantibus tormenta tribuunt vt paulatim veniat ad salutem. Qui noluerint percutiente virga emendari, mittuntur in ollam æneam, atq; succensam, de qua plenus scribit Ezechiel, quæ à facie aquilonis acceditur, Babyloniorum regem significans, & vrbem Hierusalem. *Ibidem.*

Ezech. 24.

LIBENTER Deus suscipit poenitentes, & occurrat filio inopia & squalore confecto, statimq; induit pristinis vestibus, & reddit gloria reuertentia: ita duntaxat, vt reuertatur in ploratu & vultu. Suo enim vitio scit iniquam viam suam, & oblitus est Domini Dei & patris sui, ad quos prophetalem sermone loquitur: Conuertimini filij reuertentes. Quos idcirco filios voco, quia intellectis peccatis vestris, in ploratu atq; eiulatu reuertimini ad parentem. Cumq; vos ait, reuerfi fueritis ad Dominum, sanabit omnes contritiones vestras siue auersiones, quibus à Domino recesseratis, vel certè conuersiones. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 3. Hieremie, fol. 238. fac. 1.*

*In ploratu
et vultu
revertentibus
ad Dominum.*

MEREMUR quidem omnia quæ sustinemus, & multo meremur maiora quæ patimur. Verum tamen hoc obsecro, vt quasi pater me corripias, nõ quali aduersarius, vt me emedes quasi filium, & non punias quasi inimicum. Castigas enim omnem filium quem recipis, & per omnem dolorem ac flagellum emendas Hierusalem. Hostes autè qui non nocuerunt te, & prouinciæ siue regiones, quæ nõ inuocauerunt nomen tuum, nequaquam debent sentire iudicium, sed indignationem. Tradidisti enim nos vt emendaremur. Illi autè aggrauauerunt iugum suum. Senes perpercerunt & paruulos afflixerunt, comederunt nos, & penitus deuorauerunt, & in tantam solitudinem redegerunt Hierusalem, vt & publicarum & priuatarum ædium omnia dissiparent, & populum tuum interficerent. *Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 10. Hieremie, f.*

*Duplex animi
na castigatio
atque corre-
ptio.*

Hebr. 12.

Hierem. 6.

Psal. 78.

DISCITVS obedientiam prophetarum, quod vir nobilis (tradunt enim Hebræi Esaiam socrum fuisse Manasse, filij Ezechiae, regis Iuda) non erubuerit nudus incidere: sed, Dei præceptis nihil honestius iudicans, deposuerit saccum: quo abiecto, nudus fuerit, vnam prius habens tunicam, & ipsam cilicinam. *Ibidem, fol. 55.*

EZECHIAS pro regio cultu obuolutus est sacco, & de palatio ad templum gradus, Eliakim pontificem, & Sobnam scribã, & seniores de sacerdotibus militad Esaiam filium Amos Prophetae. In quo regis cõsideranda humilitas atq; prudentia: Ipse pergit ad templum: principes populi, & seniores sacerdotum, non stolis sacerdotalibus, sed cilicijis o-pertos mittit ad Esaiam filium Amos Prophetae. *Tom. 4. lib. 11. Com. in cap. 37. Esaiæ, fol. 126. fac. 1.*

ET hoc notandum, quod non soluantur peccata nostra, nisi de manu Domini receperimus ea. Nec id est solui peccata, atq; dimitti. Cui enim dimittuntur, solutione non indiget, audiens in Euangelio: Confide filij, dimittantur tibi peccata tua. Cui autem soluantur, propterea soluantur, quia purgata sunt, & soluta per poenas. *Tom. 4. lib. 11. Com. in cap. 40. & Esaiæ, fol. 132. fac. 1. f.*

VIGILAT autem virga, cuncta populi peccata considerans vt percutiat & corripiat delinquentes. Vnde & Apostolus scribit peccantibus: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Ista est virga vel baculus de qua David loquitur: Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt pulchreq; posuit, cõsolata sunt. Ad hoc enim Dominus corripit, vt emendet. Et quo modo nux siue Amigdalus amarissimum habet corticem, & testa durissima cingitur, vt de tractis austerioribus & duris fructus dulcissimus reperitur: sic omnis correctio, & labor continentiae, amara quidem videtur ad praesens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde & vetus illa sententia est: Literarum radices amaræ, fructus dulces. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 1. Hieremie, fol. 231. fac. 2.*

*Duplex animi
na castigatio
atque corre-
ptio.*

Hebr. 12.

Hierem. 6.

Psal. 78.

*Dei nulli
peccatum
linquit
am-
punitio.*

Consecratio mystica vationis.

VIDENS Propheta nimiam contritionem genit suae, templumq; incensum, & ciuitatem d uastatam, nulliq; sexui vel aetati hostes in nece parceret: ita vt oculi pre lachrymis deficiant, & omnis iocunditas desiderij vertatur in anxietatem cordis. Quid enim magis dolendum fuit quam quod natio antiqua, & semper patriarcharum atq; amicorum Dei diuini legibus erudita, & prophetarum oraculis sepius confortata, in tantam apostasiam venerit, vt Dei sui oblita, propter immanitatem scelerum traderetur in manus hostiu, Dei nomen bla sphemantium? Sed & nunc pari modo defenda est ruina animaru quondam fideliu, que precioso sanguine Christi redempta, & vnda baptisimatis a sordibus peccatorum abluta, mysticaq; vnctione consecrata, iterum nunc in cecum & sordes vitiorum deuolute sunt: ita vt hi, qui innocentiam & simplicitatem paruulorum videbantur imitari, in plateis mundi & seculi desiderijs ab hostibus spiritualibus enecentur. Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 2. Hieremia. fol. 314. fac. 2. f.

OMNI tempore lachrymas per compunctione cordis effundere debemus, qui auctorem nostru, non nostris offensum iniquitatibus non ignoramus. Non dissoluamur pigra inertia, nec per desidiam & vanam securitatem cesset a lachrymis oculi nostri pupilla: preoccupemus faciem eius: lauemus per singulas noctes lectum nostrum, lachrymis stratum nostrum rigemus: misericordiae operibus instemus, & elemosynam pauperibus largiter tribuamus, & tam pro nobis, quam pro proximis nostris, vt nobis commissis, misericordiam Domini asiduè deprecemur. Vnde sequitur.

CONSVRGE lauda in nocte, &c. Consurgit in nocte, qui in tribulatione presentis vite torpore a se excutit negligentie: Laudat in principio vigilaru, qui in omni conuersatione sua strenuè se adhibet & cautu, & quid quid aduersitatis patitur totu ad confessione laudis Dei conuenter nititur. Et sicut sicut aqua cor suu ante respectum Dni qui ex intimo cordis pducit lachrymas copunctionis: Sa crificiu enim Deo, spiritus contribulatus: cor contritu & humiliatu Deus no spernet. Leuat ad Dominum manus suas pro animab. paruuloru suoru qui defecerunt fame in capite omniu copitorum, qui operationem misericordiae pro humilibus & paruulis Christi membris, fame & siti, vsq; quaq; in terminis mundi laborantibus, curam adhibet ex sincera dilectione Nullu enim munus Deo acceptabilius est copunctio cordis prolata ex radice verae dilectionis. Hinc est illud, qd in Euangelio Dns cum ingressus domu Pharisei ad prandium discubuit, magis lachrymas mulieris peccatricis qua delicias epularum Pharisei probauit, vbi ita legitur. Ingressus domu Pharisei discubuit: & ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod recubisset in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes Domini, vnguento vnguebat. Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 2. Lament. Hierem. fol. 315. fac. 2.

Psal. 50.

Compunctio cordis ex radice verae dilectionis Deo gratissimum munus est.

Luc. 7. Magdalena ianissatio.

1. Tim. 2.

Psal. 144.

QVI semetipsum diligenter inspicit, & pro peccatis suis carnem macerare & desideria mortificare non despiciat: non solum venia delictorum, sed & supernum premiū a vero saluatore & clementissimo iudice sperare debet, qui omnes homines vult saluos facere. Misericors & miserator Dominus, patiens & multum misericors. Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 3. Lament. Hierem. fol. 319. fac. 1. f. Ex ago poenitentiam in fauilla & cinere. In fa-

uilla enim & cinere poenitentiam agere, est contēplata summa essentia, nihil aliud quam fauillam cineremq; se cognoscere. Vnde & ciuitati rebellae in Euangelio Dns dicit: Si in Tyro & Sydone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentia egissent. In cilicio quippe asperitas & copunctio peccatoru, in cinere autē puluis ostenditur mortuoru. Et dicitur: hoc adhiberi ad poenitentia solet, vt in copunctione cilicij, cognoscamus quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris perpēdamus, qd per vitium facti sumus. Considerentur ergo in cilicio pungentia vitia: considerentur in cinere per mortis sententia subsequens iusta pena vitioru. Quia enim post peccati carnis cotu meli surrexerunt, videat homo in asperitate cilicij superbiēdo quid fecit, videat in cinere vsq; quo peccato peruenit. Potest quoq; cilicio ipsa reprehensione atq; poenitentia doloru copunctio designari. Nam hoc quod ait b. Iob: Ipse me reprehendo: quasi quoda cilicio pungitur, dum in mente sua asperis redargutionu stimulis confricatur. In cinere autē agit poenitentia: quia ex primo peccato quid per iultu iudicium factus sit, folerter attendit, dicens: Ago poenitentiam in fauilla & cinere. Ac si aperte dicat, de nullo auctoris dono superbio, quia sumptus ex puluere, per illatae mortis sententiam ad puluerem me redire cognosco. Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 3. Lament. Hierem. fol. 320. fac. 3.

Quid sit in fauilla & cinere poenitentiam agere. Mat. 11. Cur cinis & cilicium in poenitentia adhibeatur.

SPIRITUALITER autem lapsum animae fidelis, atq; ruina in peccatis miserabiliter plangit, subnectens oratione, quam sudit lachrymosa voce propter interitum suorum ad pias aures Domini quatenus ipse benignus miseris manus solatij porrigendo, in statum pristinum erigat, atq; perfectae sanitati restituat. Tom. 4. lib. 3. Com. in proemia capiti 4. Lament. Hierem. fol. 324. fac. 2.

VAE inquit, nobis, quia peccauimus. Peccato enim commisso, & non per condignā poenitentia & correctione vite emēdato, merita vindicta successit: quia qd homo poenitēdo no corrigit, diuine vltionis sententia expectabit: attestante Apostolo: qui ait: Existimas o homo qui iudicas eos, qui talia agunt, & facies ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientie & longanimitatis contemnis ignorans quoniam benignitas Dei te ad poenitentiam adducit. Tomo. 4. Com. in Oratationem Hieremia, cap. 5. fol. 329. fac. 2.

SEPTUAGINTA columbas conuallium: siue vt Theodotio transtulit, meditates omnino tacuerunt. Hocq; quod nos interpretati sumus, omnes trepidi: vnusquisq; in iniquitate sua: Theodotio transtulit: ita omnes musitates, vnaqueq; in iniquitate sua, vt sub metaphora columbaru meditatum significet vnumquemq; de populo suu flere peccatu, & intelligere atq; sentire, cur ista patiatur. Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 7. Ezech. fol. 438. fac. 2.

CAETERVM vt in nostra Iudaea, in quam est Domini confessio quado multiplicatae fuerint iniquitates, & refrigerit multoru charitas: omnes manus bonorum dissoluentur, & cuncta genua siue scemora fluent aquis: eorum qui illicitos que serunt concubitus, & quos in lege a roug yovuoopoids, id est fluxum feminis sustinentes & immundos scriptura cognominat. Vnde qui tales sunt debent se accingere cilicij poenitentiae, & venturum iudicium formidare. Quod qui fecerit, merebitur Esaiam audire dicentē: Consortamini manus dissoluta, & genua debilia roboramini. Esai. 35.

IN

IN

IN omni facie confusio & in vniuersis capitibus caluitium. Rubor vultus, pudoris indicium est & conscientia peccatorum lucet in facie: spēsque salutis est, quando delictum sequitur verecundia. Vnde ad eam quae corde in suis peccatis gloriabatur, dictu est: Facies meretricis facta est tibi, nec is erubescere. Caluitium quoq; capitis luctus est signu, quando perdit decorum cęsarie, & pulchritudine comarum amittimus. Deniq; ad Hierusalē dicitur: Pro ornamento capitis tui habebis caluitium propter opera tua. Et alius Propheta: Omnia inquit capita in omni loco attondentur: & omnis barba radetur Micheas quoq; ad eandē Hierusalē: Decaluare, ait, & tondere super filios deliciarū tuarū: dilata caluitium tuū sicut aquila. Et super mortuis iubetur fieri caluitiu: Soli autē sancti, hoc est Nazarei, & qui ad pontificatum Domini meruerunt peruenire, non radunt capita sua. Neq; enim habent mortis opera, nec immundi sunt, quia Nazarei, id est, sancti Domini sunt. Quod si iuxta eos quispiam mortuus fuerit, omnes dies pristini non reputantur sanctificationis eoru. Samuel Dei sanctus erat, & propterea aeterna capitis ornata possedit, audiuitq; illud de cantico canticoru: Cincinni tui nigri sicut coruus. Porro Samson quia perdidit comam, perdidit fortitudinē: paulatimq; renascentib. capillis, vires rediere pristinae, vt multo plures moriens quam viuus occideret. Hasi feus vero licet corporis haberet caluitiu, tamen quia Nasareus Domini erat, cincinnis capitis fruebatur. Vnde paruuli quia paruuli erant, & necdum ad aetate viri peruenierant, illudentes caluitio eius atq; dicentes: Ascende calue, ascende calue. ferarum lanati sunt moribus, quarum saltus ac syluae sunt habitaculum. Ibidem. fol. 348. fac. 2.

MONETA autem diuina scriptura illud quod in Exodo dictu est: Ego sum Dominus Deus tuus Deus emulato, qui reddo peccata patru super filios vsq; ad tertia & quartam generatione his qui oderunt me, & facio misericordia in millia his qui diligunt me, & custodiunt precepta mea. Et iteru Descendit Dns in nube, & assistit iuxta Moysen, & inuocauit Moyses nomen Domini, & transijt Dns ante facie eius, & inuocauit: Domine Deus miserator & misericors, patiens & multae misericordiae, & verax, & iustitia seruans & misericordia in millia auferens iniquitates & iniustitias & peccata, & no emundabit reum: reddens iniquitates patru super filios, & super filios filiorum in tertia & quartam generatione sic accipi debere, quasi prouerbiu & parabola: vt aliud in verbis sonet aliud in sensu teneat: qd in parabola quoq; duaru aquilarum supra diximus. Vnde & Dns in 77. Psalmo: Aperiam inquit, in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Et in Luangelio, parabolam seminis, & lolij, & sinapis, quod cum sit minimum omnium seminum, in magna confurgit arborē, ita proponit, vt aliud praedat in verbis, aliud in sensibus teneat. Et nos vsq; in presentem diem putabamus duo testimonia Exodi, quae supra posuimus non esse parabola, sed simplicē explicare sententiam. Et quamquā non auderemus quippiam dicere, nec vas fictile loqui contra ligulum, quare ita vel ita me fecisti, tamē scandalu patiebamur occultum, quod iniustitia videretur Dei, alium peccare, & alium luere peccata. Si enim reddit peccata patrum super filios in tertia & quartam generationem, iniustum videtur, vt

alium peccet, & alium puniatur. Sed ex eo quod sequitur: His qui me oderunt cominationis huius precepti scandalum soluitur. Non enim ideo puniuntur in tertia & in quarta generatione, quia deliquerunt patres eoru, cum patres potius qui fuerunt peccatores puniri debuerint. sed quia patru extiterunt emulatores, & oderunt Deum hereditario malo, & impietate in ramos quoq; de radice crescente. Solent in hoc loco haeretici, qui vetus no recipiunt instrumentum contra creatorē dicere: Quam bonus & iustus Deus legis & prophetaru, qui quiescens & silens ad peccata patru, reddit his qui non peccauerunt imo quanta in eo crudelitas, vt iram sua vsq; ad tertia & quartam extendat generatione. Quibus nos respōdebimus & in hoc Dei creatoris clementiam demonstrari. No enim truculentia est, & feneritatis, ita tenere vsq; ad tertia & quartam generatione, sed signu misericordiae, pena differre peccati. Quādo enim dicit: Dns Deus miserator & misericors, patiens & multae miserationis: & infert: Reddens iniquitate patru super filios, & filios filioru: hoc indicat qd tanta misericordia sit, vt no statim puniat, sed sententia differat puniendi. Sin autē vindicta peccantiū differtur in tertia & in quartam generationem, cum iustis sanctisq; quid amplius facit? Sequitur: Et seruans iustitia & misericordia in multa millia, his qui custodiunt mandata eius, & faciunt precepta illius. Scriptum est in Prouerbijs: Sicut vna acerba dentibus, noxia est, & fumus oculis sic iniquitas his qui vultuntur ea. Ex quo perspicuu est non alioru dolere dentes, & obstruere, sed eorum qui vnam acerba comederunt. Est autem loci istius his sensus: Quomodo si quis velit dicere, patres vnam acerba comederunt, & dentes filiorum obstruuerunt: ridiculum est, & nullam habens consequentiam, sic iniquum est atq; peruersum peccare patres, & filios, nepotesq; cruciari. Sunt qui hoc quod in Exodo scriptum est: Reddens iniquitates patrum super filios in tertia & quartam generationem, ita edisserant: vt ad animam humanam sententia referant: patrem in nobis, leuem punctum sensuum, & incentiu vitiorum esse dicentes: filium vero, si cogitatio peccatum conceperit: nepotes, si quod cogitaueris atq; conceperis, opere per petraueris: pronepotes autem, hoc est, quartam generatione, si non solum feceris quod malum est & scelestu, sed in tuis sceleribus gloriaris: secundum illud quod scriptum est: Impius cum in profundu malorum venerit, contemnit. Deus igitur primos & secundos simulos cogitationu, quas graeci προγονες vocant, sine quibus nullus hominu esse potest, nequaqua puniunt, sed si cogitata quis facere decreuerit, aut ipsa que fecerit noluerit corrigere poenitentia. Vnde scriptu est: Nullus hominu sine peccato, ne si vni quidē dici fuerit vita eius, numerabiles anni vitae illius: Et in alio loco: Quis gloriabitur castum se habere cor? Et rursum: Aitra quoq; non sunt munda in conspectu eius & aduersus angelos suos peruersum quid excogitauit. Sin autē sublimis illa natura peccato no caret, quid dicendum est de hominibus qui fragili carne circumdati, debent loqui cum Apostolo: Miser ego homo, quis meli berabit de corpore mortis huius? Et illud: Vt cum omnia fecerimus, debemus dicere: Scrui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Et nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui edificauerunt eam: Nisi Dominus

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

alium peccet, & alium puniatur. Sed ex eo quod sequitur: His qui me oderunt cominationis huius precepti scandalum soluitur. Non enim ideo puniuntur in tertia & in quarta generatione, quia deliquerunt patres eoru, cum patres potius qui fuerunt peccatores puniri debuerint. sed quia patru extiterunt emulatores, & oderunt Deum hereditario malo, & impietate in ramos quoq; de radice crescente. Solent in hoc loco haeretici, qui vetus no recipiunt instrumentum contra creatorē dicere: Quam bonus & iustus Deus legis & prophetaru, qui quiescens & silens ad peccata patru, reddit his qui non peccauerunt imo quanta in eo crudelitas, vt iram sua vsq; ad tertia & quartam extendat generatione. Quibus nos respōdebimus & in hoc Dei creatoris clementiam demonstrari. No enim truculentia est, & feneritatis, ita tenere vsq; ad tertia & quartam generatione, sed signu misericordiae, pena differre peccati. Quādo enim dicit: Dns Deus miserator & misericors, patiens & multae miserationis: & infert: Reddens iniquitate patru super filios, & filios filioru: hoc indicat qd tanta misericordia sit, vt no statim puniat, sed sententia differat puniendi. Sin autē vindicta peccantiū differtur in tertia & in quartam generationem, cum iustis sanctisq; quid amplius facit? Sequitur: Et seruans iustitia & misericordia in multa millia, his qui custodiunt mandata eius, & faciunt precepta illius. Scriptum est in Prouerbijs: Sicut vna acerba dentibus, noxia est, & fumus oculis sic iniquitas his qui vultuntur ea. Ex quo perspicuu est non alioru dolere dentes, & obstruere, sed eorum qui vnam acerba comederunt. Est autem loci istius his sensus: Quomodo si quis velit dicere, patres vnam acerba comederunt, & dentes filiorum obstruuerunt: ridiculum est, & nullam habens consequentiam, sic iniquum est atq; peruersum peccare patres, & filios, nepotesq; cruciari. Sunt qui hoc quod in Exodo scriptum est: Reddens iniquitates patrum super filios in tertia & quartam generationem, ita edisserant: vt ad animam humanam sententia referant: patrem in nobis, leuem punctum sensuum, & incentiu vitiorum esse dicentes: filium vero, si cogitatio peccatum conceperit: nepotes, si quod cogitaueris atq; conceperis, opere per petraueris: pronepotes autem, hoc est, quartam generatione, si non solum feceris quod malum est & scelestu, sed in tuis sceleribus gloriaris: secundum illud quod scriptum est: Impius cum in profundu malorum venerit, contemnit. Deus igitur primos & secundos simulos cogitationu, quas graeci προγονες vocant, sine quibus nullus hominu esse potest, nequaqua puniunt, sed si cogitata quis facere decreuerit, aut ipsa que fecerit noluerit corrigere poenitentia. Vnde scriptu est: Nullus hominu sine peccato, ne si vni quidē dici fuerit vita eius, numerabiles anni vitae illius: Et in alio loco: Quis gloriabitur castum se habere cor? Et rursum: Aitra quoq; non sunt munda in conspectu eius & aduersus angelos suos peruersum quid excogitauit. Sin autē sublimis illa natura peccato no caret, quid dicendum est de hominibus qui fragili carne circumdati, debent loqui cum Apostolo: Miser ego homo, quis meli berabit de corpore mortis huius? Et illud: Vt cum omnia fecerimus, debemus dicere: Scrui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Et nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui edificauerunt eam: Nisi Dominus

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

custodiat

Primus pul-
sus cogitatio
nis non puni-
tur.

Genes. 9.

1. Tim. 2.

Antinomie
reconciliationis
concluitur.

Ritus exter-
ni peniten-
tiam.

Nem. 19.

Hierem. 6.
Luc. 10.

Psal. 101.

Matth. 10.
Luc. 6.

Judic. 16.

Tom. 3.
Joel. 1.

Eccles. 7.

custodierit ciuitatem, frustra vigilauit qui custodit eam. Ad probationem autem huius rei, quod nequaquam primus pulsus cogitationis, imo paruis mentis instinctus puniatur a Deo: sed si quod mente conceperis, opere consumes: Illud de Genesi proferendum est: Cham peccauit, irridens nuditatem patris, & sententiam non ipse qui risit, sed filius eius suscepit Canaan. Maledictus ait Canaan, seruus erit fratrum suorum. Quae enim iustitia est: ut pater peccauerit, & in filium sententia proferatur? Nec non quod in contrariam partem ponit Apostolus: saluam esse mulierem, si filij eius permiserint in fide, & sanctitate & pudicitia: videtur sententia iustitiam non habere, ut si filij boni fuerint, & nepotes, saluentur parentes. Quati enim parentes sancti sunt, & malos habent filios, & e contrariis, quanti parentes peccatores, iustos & sanctos filios generant. Ergo secundum hunc sensum cuncta accipienda quae supra diximus: peccata parentum atque generantium, in ramis non in radice puniri. Hoc interim de proverbio siue parabola dixisse sufficiat: Quod lex & Prophetarum, hoc est Exodus & Ezechiel, imo ipse Deus, qui & hic & ibi locutus est, nequaquam in sententij discrepare videatur, aut hic corrigere, quod ibi male dixerit. Si quis autem vel meliorem, vel alterum sensum potuerit reperire, qui contrariorum inter se testimoniorum scandalum tollat, illius magis acquiescendum sententia est. Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 18. Ezechiel. fol. 382. fac. 1. p.

Quando Tyrus ceciderit, gubernatores illius turbabuntur, descendentesque de classibus: & remiges vectoresque ac proreta siue nautae, & vnicuique gubernatores maris iactati fluctibus, stabili aequo consistent gradu, & eiulabunt super eam voce magna, quam prius suis locupletabant mercibus, & mentis amaritudine clamore signabunt: puluerem quoque siue terram iacent super capita, pro terrenis operibus agentes penitentiam. Et cinere conspergentur, vel vitula iuxta legem, ut purificentur, vel certe subternent cinerem sibi, iuxta illud quod dicitur ad Hierusalem. Sparge terram super caput tuum, & diceret: subterne tibi, & fac planctum. Et in Euangelio scriptum est: Si in Tyro & Sidone facta essent signa haec, olim in sacco & cinere egissent penitentiam, & Psalmista dicitur: Cinerem quasi panem manducaui. Radentque super Tyro caput, & facient caluitium (quod in luctu fieri solet) eo tempore quo magnitudo doloris omnem excluderet letitiam. Apostolorum vero capilli numerati erant, quia crinem suum instar Nazarenorum Domino consecrarant. Et Samson quando crines habuit, possedit fortitudinem, ablata vero caesarie, captus est ab Allophilis. Quando autem dicitur, & accingentur cilicij, vetus lumborum libido datur, ut qui vixerant in delicijs postea penitentes viuunt in austeritate, atque duritia. Niniuitae habere saccos. Et iterum ad Hierusalem dicitur: Plange ad me quasi sponsa accincta cilicio super virum suum virginealem. Et plorabunt inquit in amaritudine animae ploratu amarissimo. Melius est enim ingredi in domum luctus, quam in domum conuiuij, ut plangent Tyrum, & carmen lugubre congeminent: quod sequens scriptura subiungit. Ut autem sciamus profectum esse eorum qui plangent ruentem, & qui prius in mariscorde & in medio illius versabantur, Prophetarum nos doceat exemplum, qui & ipse plangere iubetur Tyrum, ut expleto tempore penitentiae

restituatur in antiquum statum, & assumpta cythara Domino personet. Tom. 4. lib. 8. Com. in cap. 27. Ezechiel. fol. 416. fac. 1.

PLVVIAE diluuij quadraginta diebus inferunt orbi naufragium. Iustum enim erat ut qui per quatuor elementa mundi, quibus omnia consistere dicuntur, dum ea diligit & fouet, Deum offenderat, in ipso numero puniretur: & Israel qui peccauerat in sabbatum, septem decadarum, hoc est, septuaginta annorum supplicium sustineret. To. 4. lib. 9. Com. in cap. 29. Ezech. fol. 423. fac. 2.

Quanta regis beneuolentia, ut cibum nec die nec nocte caperet: somnum oculis non concederet: sed cum periclitante Propheta ipsa penderet affectu. Si autem rex nesciens Deum, hoc facit pro altero, quem vult de discrimine liberari, quanto magis nos pro peccatis proprijs inedia, & vigilijs debemus Deum ad clementiam flectere? Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 6. Daniel. fol. 509. fac. 1.

CONGRVENTER vir desideriorum vocatur: qui instantia precium & afflictione corporis, ieiuniorumque duritia cupit scire ventura, & Dei secreta cognoscere. Pro viro desideriorum Simmachus interpretatus est, virum desiderabilem. Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 10. Daniel. fol. 519. fac. 2.

PLANGENDVM est in praesentiarum: ut post ea saltare valeamus, illa saltatione qua saltauit Dauid ante arcam testamenti, & Saulis filia displicens, magis placuit Deo quia: qui in praesenti saeculo sua plangit peccata, ridebit potius in futuro. Tom. 5. Com. in cap. 3. Ecclesiast. fol. 8. fac. 2.

PRAECEPTA vitae dat, & non vult offendere euntes ad Ecclesiam. Non enim ingredi in domum Dei, sed sine offensione ingredi laudis est. Et si esset omnium qui sunt in Ecclesia, Dei audire sermonem, nunquam addidisset, appropinqua ut audias. Denique Moyses solus prope accedebat ad audiendum Dei: ceteri non valebant accedere. Quod stulti nescientes remedium esse peccati, aestimant oblatione munerum, Deo satisfacere posse, & ignorant hoc quoque: malum esse atque peccatum: non obedientiam & operibus bonis, sed donis & victimis emendare velle quod fecerint. Huic congruit illud quod alibi dicitur: Obedientiam super sacrificium. Et: Misericordiam volo, & non sacrificium. Tom. 5. Com. in cap. 4. Ecclesiast. fol. 13. fac. 1.

Cor sapientis in domo luctus, & cor insipientis in domo laetitiae, &c.] Beati (inquit Saluator) lugentes quonia ipsi consolabuntur. Lugebat & Samuel regem Saulem omnibus diebus vitae suae. Et Paulus super eos qui post peccata varia noluerunt agere penitentiam, lugere se dicit. Cor igitur sapientis vadat ad domum talis viri, qui se corripit deliquentem: ut adducat ad lachrymas, qui reuocet propria lugere peccata: & non eat ad domum laetitiae, ubi doctor adulatur & decipit: ubi non conuersione audientium, sedet plausus quaerit & laudem. Talis praceptor plangitur, diues in opere: qui quia sanatus est, propterea recipit consolationem suam. Tom. 5. Com. in cap. 7. Ecclesiast. fol. 16. fac. 2.

Hoc notandum est, quod dicantur verba sapientium pungere non palpare, nec molli manu attrahere lasciuam, sed errantibus, & ut supra diximus, tardis penitentiae dolores & vulnus infingere. Si cuius igitur sermo non pungit sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapientis. Verba qui prope sapientium, ut stimuli. Quae quonia ad conuersionem prouocant delinquentem, & firma sunt,

Cur dies qua
draginta plu-
uia diluuij
duravit 70.
annis captiuus
Babylonica.

Danielis da-
ra peniten-
tia.

3. Reg. 6.

Exod. 19.
24.

Satisfactio
fit per obe-
dientiam &
bona opera.

1. Reg. 15.
Osee 6.

Matth. 5.
1. Reg. 16.
1. Cor. 2.

Luc. Impe-
catorum.

Afflictio Pau-
li in conscien-
tia praeteriti
vulneris.

Esai. 26.

Chirurgia
caelestis me-
dici per sa-
tis factio.

Hebr. 12.

sunt, & a cocilio sanctorum data, atque ab vno pastore concessa, & solida radice fundata sunt. Hoc stimulo necdum Paulum, sed adhuc Saulum puto in via confessum erroris audisse: Durum tibi est calcitrare contra stimulum Dei. Tom. 5. Com. in cap. 12. Ecclesiast. fol. 33. fac. 1.

PAVLVS qui postquam vocatus est Apostolus, plangit antiqua peccata, & se dicit indignum vocatione Apostoli, quia persecutus sit Ecclesia Dei: & humiliatio & afflictio in conscientia praeteriti vulneris, non in dolore malorum praesentium accipiatur. Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 2. Osee fol. 41. fac. 1.

DEO Deus tradidit Ephraim & Iudam captiuitati, & nullus est, qui de manu eius possit eripere, & reuertentur ad locum suum, donec deficiant, & querant faciem eius: ut quem propitium praesentemque non senserant, iratum & absentem requirant, & in tribulatione sua, orto eis lumine poenitentiae, mane consurgant ad eum: iuxta illud, quod in Esaiam legimus: In tribulatione Domini recordatus sum. Et in primo graduum Psalm. Ad Dominum, cum tribularer clamaui, & exaudiuient me. Cumque ad Dominum mane surrexerint, a quo fuerant derelicti: quia ipse cepit, & saluabit nos, qui supra dixerat: Ego ego capiam, percuret & curabit nos. Pro eo, quod nos diximus curabit, omnes similiter transulerunt, uox uox, pro prietate uox uox appellatur linteola, quae inferuntur vulneribus, ut putridas carnes comedant, & extrahant purulentias: artusque medicorum est, grandia vulnera longum sanare tempore, & per dolorem reddere sanitatem. Percutit ergo Dominus, & curat nos, quia quem diligit, corrumpit & castigat omnem filium quem recipit, & non solum curat, sed uiuificat post dies duos, & die tertio resurgens ab inferis omne hominum seculum suscitatur genus: Cumque percussos curauerit, & curatos uiuificauerit, & uiuificatos suscitauerit, tunc uiuemus in conspectu eius, qui illo absente mortui iacebamus. Viuentem autem in conspectu eius, sciemus eum, & omni studio sectabimur, ut cognoscamus Dominum, quo tertia die resurgente, surreximus. Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 5. Osee fol. 50. fac. 2.

SI quis igitur flet, & agit penitentiam, & Dominum deprecatur, inueniat eum in dolore cordis sui, & cum eum inuocauerit, sibi audiet respondentem. Postumus Iudam Ecclesiasticum virum intelligere, qui a Domino corripitur, quod non sit pristinum in se beneficiorum eius memor: sed quotidie peccatis peccata confociet, & exponit, quae sunt ipsa beneficia: Cum te, inquit, uascentem in fide Ecclesiae parturiret, supplantasti Iudaeum siue gentilem fratrem tuum, & eius accepisti primogenita, & in fortitudine tua directus & cum Angelo, vel vincens aduersarias fortitudines, vel roboratus benedictionibus Angeli, qui ipse est Deus: & inualuisti per figuram contra angelum, ut inualeres contra homines, & confortatus. Cumque esses victoriam consecutus, ite uulsi & rogasti angelum Domini, & peccatorum veterum recordatus, inuenisti eum in Bethel, hoc est, in domo Dei, quae est Ecclesia, siue in domo dei doloris & lachrymarum & penitentiae. Et ut sciremus quis esset iste Iudas, ibi, inquit, locutus

est nobiscum, hoc est, nobis Christianis, & ex eo tempore usque ad praesentem diem, Christi censentur nomine, & ipso dirigente corrigimur. O itaque vir Ecclesiastice, qui appellaris Iudas, & confitens, conuere quod cotidie per penitentiam ad Dominum tuum, & si forte peccaueris, imitare prophetam dicentem. Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Nec hoc dixisse sufficiat, sed Dei serua mandata: fac in alios misericordiam, ut & ipse misericordiam consequaris: Iudicium verum indica: ut in quo iudicaueris, iudicetur de te. Et spera in Deo tuo semper: siue appropinqua Deo tuo iugiter: ut omnino tempore in virtute proficiens, appropinques Deo tuo. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 12. Osee fol. 70. fac. 1.

ET vocate cecum siue curationem: ut per poenitentiam nostra peccata curemus. Tom. 5. Com. in cap. 1. Joelis, fol. 80. fac. 2.

NON eos ad poenitentiam prouocat, & conuertit ad Dominum cohortatur: ut tota mente correcti, non patiantur, quae Dominus comminatur: & est sensus. Omnia, quae sermone praeterito continentur, propterea sum locutus, ut vos comminatione mea terrerem. Vnde conuertimini ad me in toto corde vestro & animi poenitentiam ieiunio & fletu & planctibus indicate: ut nunc ieiunantes, postea saturamini, nunc sistentes, postea rideatis: nunc plangentes, postea consolemini. Et quia consuetudinis est, ut in tristibus atque aduersis scindatis veltes: quod & pontifex ad Domini Saluatoris crimen augendum in Euangelio fecisse memoratur: & Paulum & Barnabam audientes verba blasphemiae legimus perperasse. Idcirco ergo praecipio vobis, ut nequaquam scindatis velimenta, sed corda, quae plena sunt peccatis: quae instar vtrium, nisi scissa fuerint sponte rumpentur. Cuius hoc feceritis, redite ad Dominum Deum vestrum, quem vobis priora peccata alienum fecerant: nec desperetis veniam scelerum magnitudine, quia magna peccata, magna debet misericordia. Est enim benignus & misericors, malens poenitentiam peccatorum, quam mortem: patiens & multus in misericordia: qui non humanam imitatur impatientiam, sed longo tempore nostram praestolatur poenitentiam: & praestabilis, siue poenitens super malitiam: ut si nos egerimus super peccatis poenitentiam, & ipsum poeniteat comminationis suae, & mala, quae comminatus est nobis non inferat: nostraeque mutatione sententiae, & ipse mutetur. Tom. 5. Com. in cap. 2. Joelis, folio 83. fac. prima.

EXTRIMA medicina est, & decem tribuum & haereticorum & omnium peccatorum, ut postquam mortem miserit in via Aegypti, & percussit, iuuenes eorum gladio, equoque consumpsit, & ascendere fecerit putredinem castrorum in naves eorum, & nec sic quidem ad eum reuerli fuerint, subuerat eos, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorra, & cum subuerli fuerint ob similitudinem criminum Sodomae & Gomorreae, pessimaque in eis aedificia diuini ignis exusserit, ipsi liberentur, quasi torris raptus de incendio. Et quomodo Loth Sodomam pereunte seruat, & mittens substantiam & partem corporis sui, quam intelligimus vxorem: sic omnes isti Sodomorum diuitias amittentes euadant nudi: iuxta illud, quod in Apostolo legimus: Si cuius opus manserit, quod superaedificauit, mercedem

Psal. 8.

Per satisfactio-
nem curatione
peccata.

Matth. 5.

Confectus
Iudaea: sicut
dere vestes.
Matth. 26.

Affor. 14.

Peccatores
per peniten-
tiam eripiuntur
a penis
quasi torris
de incendio.

Gen. 19.

1. Cor. 3.

102m. 8.

Matth. 3.

Ezech. 16.

Ezech. 2.

Cant. 1.

Planctus super eos, qui post peccata...

Metaphora ad iustitiam...

accipiet, si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluatus erit, sic tamen, quasi per ignem. Qui ergo saluatur per ignem, quasi torris de incendio rapitur. Et ad huiusmodi homines (quos in Evangelio Saluator arguens loquebatur. Si filij essetis Abraham, opera Abraham faceretis) Ioannes Baptista dicit: Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira? facite ergo fructus dignos penitentiae, & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: Dico enim vobis, quonia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham? Igitur & Israel & cuncti haeretici, quia habebant opera Sodoma & Gomorrae, subuertuntur vt Sodoma & Gomorra, vt quasi torris raptus de incendio liberentur. Et hoc est, quod in propheta legimus: Restituetur Sodoma in antiquu, vt qui suo vitio Sodomites est, postquam in eo Sodoma opera arserint, in antiquum restitatur statum. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 4. Amos fol. 105. fac. 1.

QUANTVM ad intelligentiam spiritualem, planctum super omnem Israel, qui Deum mente cernebat, & postea ei seruire desinit, assumit propheta: secundum illud, quod Ezechielii precipitur, vt deuoret librum, in quo & intus & foris scriptum erat. Lamentatio & carmen & va. Intus intellige Salomonis canticum sequens qui ait: Introduxit me rex in cubiculum suum. Et quadragesimum quartum Psalmum, in quo scriptum est: Omnis gloria filiae regis intrinsecus. Foris autem est, quicquid in litera legitur, & videtur in cortice, & in medulla spiritus non tenetur. Itaque & iuxta literam & iuxta Tropologiam, in omnibus prophetarum libris scriptus est planctus super eos, qui post peccata agunt penitentiam. Carmen super illos, qui nulla peccatorum sordem maculati, canticum & laude sunt digni: Va super eos, qui non agunt penitentiam, sed iuxta duritiam cordis sui thesaurizant sibi iram in die irae. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 5. Amos fol. 106. fac. 2.

NO DICITUR prophetae, quare non fecisti quod tibi fuerat imperatum: sed sufficit ei naufragij & deuotionis sola correptio, vt qui imperantem non senserat, Dominum intelligeret liberantem. Alioquin superfluum est delinquenti seruo post plagas ab illo impurare, quod fecit: cum huiusmodi correptio non tam emendatio sit, quam exprobratio. Tom. 5. Com. in cap. 3. Iona a. p.

TRINVS numerus qui ponitur a Lxx. non conuenit penitentiae, & satis miror, cur ita translatum sit: cum in Hebraeo nec literarum nec syllabarum, nec accentuum, nec verbi sit vlla communitas. Tres enim dicitur salos & quadragesinta arbaim. Alioquin & de Iudaea tanto itinere missus propheta in Assyrios dignam suae praedicationis penitentiam flagitabat: vt antiqua & putrida vulnera, Dno apposito curarentur Emplastro. Ibidem fac. 1.

IRAM Domini sustinebo, quoniam peccauit ei, donec iustificet causam meam, & faciat iudiciu meum, & educat me in lucem, & videbo iustitiam eius. Omnis correptio ad praesens, non videtur esse gaudij, sed melioris, & postea fructum pacificum iustitiae reddet his, qui per eam fuerint eruditi. Sentiens igitur anima se peccasse, & habere vulnera peccatorum, & in mortuis carnibus viuere, & indigere cauterio, constanter dicit ad medicum: vnde carnes meas, refeca vulnera: humores omnes & rebus noxium dura hellebori potione

constringe. Mei vitij sunt, vt vulnerarer, mei doloris sit, vt tot tormenta sustineam, & postea sanitatem recipiam. Verusque medicus iam sospiti atque securae ostendit causam medicaminis, & recte se docet fecisse, quod fecit. Denique post cruciatu atque supplicia, educta de tenebris exterioribus anima, & reddito nouissimo quadrante dicit: Videbo iustitiam eius, & loquar: iustificatus est nobis a Deo sapientia, & iustitia, & sanctificatio, redemptio, qui iustitia post iram Dei vide re se dicit, Christi sibi repromittit aspectum. To. 5. lib. 2. Com. in cap. 7. Michea fol. 168. fac. 2.

CVM eduxerit nos Dominus in lucem, & vidimus iustitiam eius: tunc visibile inimica nostra Babylon, & operietur confusione, quae prius loquebatur ad nos: vbi est Dominus Deus tuus: existimans Hierusalem post vulnera non posse sanari. Et respiciet eam oculi nostri, & erit in conculationem & lutum platearum. Et quia omnis pccenarum finis bonorum exordium est, & dolor proficit ad sanitatem: de luto illius lateris fiet, & erit formatio laterum litura eius. Ibidem fol. 169. facie prima.

LOQUITVR iuxta Tropologiam, aduersum Marcionem, de quo supra diximus, & omnes videntes hereticos, qui bonum nescio quem confingentes Deum, ipsum dicunt consummationem mundi esse facturum, & arguit legis Deum quasi crudelitatis, quod multos puniat, & pro peccatis irroget cruciatu. Quid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? ipse qui creauit mundum, & consummationem eius faciet. Quod si vobis videtur crudelis, rigidus & cruentus, quod in diluuiio genus deleuit humanum, super Sodoma & Gomorram ignem & sulphurem pluit, Aegyptios submersit fluctibus. Israelitarum cadauera prostrauit in eremo, scitote eum ideo ad praesens reddidisse supplicia, ne in aeternum puniret. Certè aut vera sunt, quae prophetae loquuntur, aut falsa. Si vera sunt, quae de seueritate eius videtur dicere. Ipsi dixerunt: Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione. Si autem falsa sunt, & falsum est hoc, quod dicitur: Non confurget duplex tribulatio, falsa est ergo & crudelitas, quae in lege descripta est. Quod si verum est (vt negare non poterunt, dicente propheta: Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione) ergo qui puniti sunt, postea non punientur. Si autem illi postea punientur, scriptura mentitur, quod dicere nefas est. Receperunt ergo, & qui in diluuiio perierant, & Sodomitae & Aegyptij & Israelitae in solitudine, mala sua in vita sua. Querat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur: Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione: Aut non punietur, & optandum est adulteris, vt in praesentiarum breui & cita poena cruciatu frustrentur aeternos. Ad quod respondebimus: Deum vt omnium rerum, ita & suppliciorum quoque scire mensuras, & non praueuiri sententia iudicis: nec illi in peccatorem exercenda de hinc poena auferri potestatem, & magnum peccatum magnis diuturnisque elui cruciatibus. Si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis maledixit, & q in sabbatho ligna collegerat, talis postea non puniri, quia culpa leuis praesenti supplicio condempnata sit. To. 5. Com. in cap. 1. Numeri fol. 173. fac. 1.

Vilitas cap. reptiouis.

Martianorum blasphemiarum, qui Deum calumniantur esse crudelium.

Gen. 7. Exod. 15. Num. 32.

Dilemmate consistit: Martium.

Obiectio per dilemma propoita.

Dissolutio obiectiois.

Num. 15.

SYSTINE

Caro anima imperio subiungenda.

Multitudo peccatorum multitudinem exaequantia virtutum.

Iobi penitentia & satisfactio.

Apocal. 14.

Deut. 32. Falce et gladio spirituum: peccatores impuniti erit. Esai. 54.

Psal. 7.

Hier. 4. Gladius spiritualis vocatur securus.

SYSTINE o anima tentationes & iniurias, qui bus tradita es, & poenas, quas merito tuo pateris, quia si super vacua huius mundi, & fragilia graderis negotia, scias te pro remedio sustinere: si tamen obtinueris super laterem, & carnem anime imperio subiugaueris. Denique sequitur. Ibi coedat te ignis. Si non fueris super laterem, & dominationem non habueris in carnem, sed manseris in latere, & amaueris paleas, & in carne iuxta carnem vixeris, non solum ardentia inimici iacula te vorabunt, sed & gladius eius te interficiet: & in similitudinem locustarum, quidquid in te virens videbatur, & naturae bono sponte germinans, auro dente consumet, & quasi bruchus volatu perditu, & grauuus pondere suo: ita & tu graua onere peccatorum, detraheris in terram. Igitur neta talia & tanta patiaris, multiplicare vt bruchus, & quantum ille habet numerum, tantu tu habeto virtutes. Quae enim multiplicasti negotiationes tuas: & omni genere quasi caelestia cuperes possidere) per fas & nefas perituras tibi diuitias congregasti, debes multitudinem peccatorum multitudinem exaequare virtutum. Tom. 5. Com. in cap. 3. Nahum, fol. 182. fac. 2.

NVC libenter omnes patimur angustias, & ad comminationem tuam totis visceribus contremiscimus. Nunc tremunt labia mea, & pavor mentis trepidat in ore signator: & non solum istud, sed etiam aliud vltro appeto, & vltro desidero, ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: hoc est, libeter patiar, quod passus est Iob, non solum carnes meas, sed medullas quoque; osium cupio tabefieri, & stratum meum putredine corporis, & innumeris scatere vermibus: vt postquam hic, pro peccatis meis hac sustinero requiesca in die amara: in die tribulationis, in die necessitatis & angustiae. Et ascenda ad populum accinctum, fortem videlicet, bellatorem atque pugnacem. Et pulchre ascendam: Ad accinctum enim populum semper ascenditur. Eleganterque nostrum. Qui enim tribulatus est, & pressuras libenter sustinuit, & praesentibus malis futura praemia contemplant: nostrum audacter loquitur, vt iuxta Abraham, Isaac, Iacob, & ipse dormiat in senectute bona plenus dierum, & apponatur ad patres suos. Tom. 5. Com. in cap. 3. Abacuc fol. 202. fac. 2.

SI falcem accipimus, vt Lxx. transferunt: de Apocalypsi Ioannis sumamus exemplum, in quo scriptum est: Et respondit Angelus, & dixit ei, qui sedebat super equum: Mitte falcem tuam acutissimam, & mete vineam terrae, quoniam maturae sunt vineae eius. Pro falce in Deuteronomio sagittas & gladium legimus: Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Et quia Deus Angelis peccantibus non perpercit, qui proprio vitio habitaculu perdere caeleste, Ideo ipse dicit per Esaiam: Inebriatus est gladius meus in caelo. Gladio enim interibunt omnes peccatores populi, non vtique gladio corporali (si quidem multae & diuersae praeter gladium ad mortem viae sunt) sed gladio spirituali, quo percutiendi sunt, qui non egerunt penitentiam, & quibus comminatur Psalmista proclamans: Nisi conuertamini gladium suum vibrabit, arcum suu tendent & parauit illum: Et in ipso parauit vasa mortis. Et in Hieremia legimus: Vique quo fecabis mucro vel gladius Domini: vsque quo non quiesces? conuertere in vaginam tuam. Ille gladius non solum falx appellatur, quae seuum itit-

pulam spinasque succidit: sed & securis arborum dicitur, quae succidet, qui non fecerint dignos fructus penitentiae. Et de quibus Ioannes Baptista proclamatur: Ecce securis ad radices arboru posita est: Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 5. Zacharia fol. 242. fac. 1.

CVM in huiusmodi vinea & malis fructum Saluator non inuenit: dicit: Omnem palmitem non ferentem fructum tollet pater, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Et in alio loco Ioannes Baptista conclamat: Iam securis ad radices arborum posita est: Omnis arbor, quae non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 12. Zach. fol. 266. fac. 2.

QUI prophetae tentauerit, & parentum iudicio fuerit condemnatus, & vaticinij illius falsitatem rerum contrarius exitus approbarit, confundetur ex visione sua, nec vltra operietur cilicio, vt metiatur. Hic enim erat habitus prophetarum, vt quando populum ad penitentiam prouocabant, induerentur cilicio. Vnde & Esaias praecipitur, vt auferat secum de lumbis suis, & nudus incedat: nequaquam enim tempus esse penitentiae sed imminenti captiuitatis. Ergo & iste Pseudopropheta nequaquam habitum accipiet prophetalem, ne sub alieno vestitu & operimento simplices quosque decipiat: sed magis terram sinitet vomere, & agriculturam deditus hominem se probabit: Deique subiacerententiae, qui locutus est ad Adam: Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae: spinas & tribulos germinabit tibi, & coedes herbas terrae, & in sudore vultus tui vesceris pane. Cumque se ostenderit ad hoc natum, vt in sudore faciei suae comedit panem suum: interrogabit eum alter, & dicit: Quid tibi volunt istae plagae, & haec vulnera, quae in medio manuum tuarum sunt? Et est sensus: quare adhuc patibulo. Cur manus tuae transfixae sunt clauis? Quid commisit, vt huic poena & cruciatu subiaceres? Et ille respondebit & dicit: Haec vulnera & haec accepi plagas parentum meorum iudicio condemnatus, & eorum, qui me non oderant, sed amabant. Et in tantum fugato mendacio veritas obtinebit, vt etiam ipse, qui suo punitus est vitio, recte perpeffum se esse fateatur. Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 13. Zacharia fol. 267. fac. 2.

SI sacerdotes purgandi sunt & colandi, vt purum aurum remaneat & argentum, Quid de ceteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint & colati, tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda & Hierusalem, hoc est, pro his, qui Dominu consententur, & pacem eius mente conspiciunt, sicut dies saeculi, & sicut anni antiqui: vt quo modo in principio placuerunt Deo, sic post peccatum & penitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum sordem purgati. Tom. 5. Com. in cap. 3. Machab. fol. 283. fac. 2.

IPSE Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, &c. De pilis habebat, non de lana. Aliud austerum vestis indicium est, aliud luxuriae mollioris. Zona autem pellicea, qua accinctus fuit Helias, mortificationis symbolu est. Porro, quod sequitur. Esca autem eius erat &c. Habitatori similitudinis congruum est, non delicias ciborum,

Matth. 5.

Ioan. 15.

Matth. 3.

Habitus prophetarum, pulum ad penitentiam prouocatum, & nudus incedat: Esai. 20.

Gen. 3.

Pseudopropheta poena

Omnes peccatores colati ad maiori ad minus probat.

Vestis austeri, & symbola iustitiae.

rum. sed necessitatem humanæ carnis explere. *Tom. 6. Com. in cap. Matth.*

LYXIA Tropologiam sciendum, quod quam diu sponsus nobiscum est, & in lætitia sumus, nec ieiunare possumus, nec lugere. Cum autem ille, propter peccata à nobis recesserit, tunc induendum ieiunium esse, tunc lucus recipiendus. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 9. Matth. Canon. 13. facie 2.*

QUOD autem dixit: expedit ei, ut suspendatur mola afinaria in collo eius: secundum ritum provinciæ loquitur, quo maiorum criminum iusta apud veteres Iudæos pœna fuerit, ut in provincia fundum ligato saxo demergerentur. Expedit autem ei, quia multo melius est pro culpa breuius recipere pœnam, quam æternis seruari cruciatibus. Non enim vindicabit Dominus bis in idipsum. *Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 18. Matth. Canon. 37. fac. 1.*

NEMO putet eandem esse, quæ super caput effudit unguentum, & quæ super pedes. Illa enim & lachrymis lauat, & crine tergit, & manifestè meretrix appellatur. De hac autem nihil tale scriptum est. Nec enim poterat statim capite Domini meretrix digna fieri. Alius Euangelista pro alabastrum unguenti pretiosum (quod genus est maris) nardum pisticam posuit, hoc veram, & absque dolo: ut fidem Ecclesiæ gentium demonstraret. *Tom. 6. lib. 2. Com. in ca. 26. Matth. Canon. 17. facie 2.*

POST QUAM gallus cecinit, & decreverunt tenebris, vicina lux nunciata est, conuersus fleuit amare, ternæ negationis sordes lachrymis lauans. *Ibidem Canon. 59. fac. 2.*

IN atrio Cayphæ sedens, non poterat agere pœnitentiam. Egre ditur foras de impiorum concilio, ut pauidæ negationis sordes, amarum fletibus lauet. *Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Matth. Canon. 61. f. 2.*

POSSUNT & alio genere pauperes accipi, de quibus & in Euangelio dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Meretur quippè tales in memoria esse Apostolorum. Nec non & illi pauperes, de quibus in Salomone scribitur: Redemptio viri animæ propriæ diuitiæ. Pauper verò non sustinet comminutionem. Non enim post futurarum pœnarum audire terrorem, pauper in fide, pauper in gratia, non habens diuitias spirituales nec scientiam scripturarum, quæ auro & argento, & precioso lapidi comparatur. Quoniam igitur non egent sani medico, sed qui malè habent, propterea & Apostolis in dexterarum communicatione conuenit, ne spernerent pauperes: nec despicerent peccatores: sed semper meminissent eorum, sicut Paulus Corinthi illius meminit, quem cum in priori epistola contristasset ad tempus, ut corpore per pœnitentiã laborante spiritu saluus fieret, in secunda, ne maiori tristitia absorberetur, reuocat, petitque cunctos, ut confirmet in eum charitatem, & donent fratrum, sicut ipse unicuique eorum in facie Christi donauerit, implens pactum, quod Hierosolymis fecerat, ut semper pauperum recordaretur. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 2. ad Galatas fol. 127. fac. 2.*

SOL non occidat super iracundiam vestram. Si simpliciter hunc solem intelligimus, qui oculis carnis aspicitur, peccamus, quando irascimur, & occidente sole, iracundia perseverat. Non peccamus autem: quando (verbi gratia) à prima hora vsque ad vndecimam irascentes, facimus, quod indignatio, furor, ira suggesterint. Quo sensu nihil mihi videtur absurdum, quasi non queat quis

piam abortu Solis vsque ad occasum, in tanta scelerata debacchari, quanta tota vita sua, non possit lachrymis expiare. Aut non magis ira locum habeat in die, cum utique nox requies sit furoris, & succedente somno, etiam si irascimur, in diem iracundiam differamus. Quia igitur verus sol, sicut occidit sol super malos prophetas, iuxta illud, quod scriptum est: Occidit sol super prophetas vestros meridie, ita etiã super omnes peccatores: nequaquam eis ortus sui lumè indulgès: præcipit nunc Apostolus, ne talia faciamus furere superati, per quæ nobis sol occidat, & principale cordis tenebris inuoluatur. Quidam putant sic accipiendum hoc esse simpliciter, quomodo & illud quarti Psalmi, vnde id ipsum sumptum videtur: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini: id est, quæcunquæ in die vel opere vel sermone vel cogitatione peccatis, hæc succedente pœnitentiã purgate per noctem, & ira sit breuis, nec in diem crastinum differatur. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 4. ad Ephesios fol. 182. facie prima.*

VERBA quæ decipiunt atque supplantant, inania sunt & vacua. Quæ verò edificat audientes, plena cum lata conferta. Quia igitur sunt plerique, qui dicunt non futuri pro peccatis esse supplicia, nec extrinsecus adhibenda tormenta, sed ipsum peccatum & conscientiam delicti esse pro pœna, dum vermis in corde non moritur, & in animo ignis accenditur: in similitudinem febris, quæ non torquet extrinsecus ærotantem: sed corpora ipsa corripit, sine cruciatuum forinsecus adhibitiõne, quod possidet. Has itaque persuasiõnes, & decipulas fraudulentas verba inania appellauit & vacua: quæ videntur florè quendam habere sermonum, & blandiri peccantibus: sed dum fiduciam tribuunt, magis eos ferunt ad æterna supplicia: Quia de nulla re sic irascitur Deus: quomodo si peccator superbiat & erectus ac rigidus non flectatur in fletum, nec misericordiam postulet pro delicto. Propter hæc enim venit ira Dei super filios diffidentie, siue insuauisibilitatis: *277. ed. 2. 2. in magis à sua sione, quã à fiducia è diuerso intelligi potest. Insuauisibilitas autem siue diffidentie filij sic dicuntur, quomodo filij perditionis, & filij fornicationis, & filij mortis, & filij gehennæ, & cetera his similia, quæ in varijs scripturarum locis inuenire perfaciles est. Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 5. ad Ephesios fol. 186. fac. 1.*

CONSIDISTI saccum meum. Velamentum peccatorum meorum: quia saccus & cilicium ad peccatores pertinet. Dum ergo dicit: Confidisti saccum meum, & alibi dicit: Induebam me cilicio, & humiliabo in ieiunio animam meam, & quidem Christus non est vsus isto indumento. Quid est saccus Christi, nisi mortalitas, quam de nobis assumpsit? Tunc confidisti iste saccus, quando resurrexit & immortalis effectus sit. Et licet habuit saccum, sed non habuit opus facci, id est, peccatum, de quo scriptum est: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Nobis ergo necesse est saccum & cilicium induere, quia opus facci habuimus, id est peccatum. *Tom. 7. Commen. in Psal. 29. fol. 35. fac. 1.*

DUM peccator fui, opprobrium factus sum insipienti diabolo, qui est omnium criminum & inceptor & accusator. Ideo purgari cupio in hoc sæculo, ne ille me accuset in iudicio tuo. *Tom. 7. Com. in Psalmum 38. fol. 50. fac. 2.*

TABESCIT

TOMVS TERTIVS CAP. IX.

Esa. 19.

Anima quo modo conturbetur per penitentiam.

1. Cor. 3.

Pro mensura penitentiae mensura consolationis.

Mat. 19.

Penitentia non amat delicias.

Psal. 101.

Dauidis penitentia.

TABESCIT anima, cum caro à luxurijs & concupiscentijs refrenatur. Hoc est, tabescere, obflupescere de anterioribus delictis. Ille verò, qui ea agit, quæ mundanæ vanitati sunt apta, telas texit aranæ, iuxta Esaiam prophetam, hoc est, die noctuque in opere vano vacat & non vtilia, sed dissolubilia & corruptibilia operatur. Sed quia propheta animam seu aranæam tabescere dicit: hoc intelligendum est, ut ad tantam subtilitatem per abstinentiam decoquatur, ut ad instar filiorum illorum deducatur: scilicet ut nihil crassum durumque peccati contineat. *Ibidem.*

QUOMODO potest de lachrymis panis fieri? Potest, quia sicut corpus satiatur de pane, ita anima de lachrymis: quia exinde sperat remissionem peccatorum habere. Fletus ac gemitus erant mihi ac lamentatio, ob desiderium tui. *Tom. 7. Com. in Psal. 41. fol. 53. fac. 2.*

HOC ipsum & Apostolus loquitur, quoniam secundum labores & miseria, quas in isto sæculo patimur, habemus mercedem apud Deum in cælis. Magnitudo tribulationum magnitudo præmiorum est. Quot patimur vulnera, tot mereremur & coronas. Hoc est, quod dicit: Quoties egii penitentiam, totiens me consolatus est. Vnam fudi lachrymam, vnam merui consolationem. Decem fudi lachrymas, decem merui consolationes. Quantum cupit fuit pondus pœnitentiæ, tantus fuit & consolationum numerus.

QUI fingit, &c. Nemo dormiens coronatur, nemo securus possidet regna cælorum: nemo referto ventre potest dignè de ieiunijs disputare. Vides ergo quid dicat: Qui fingit laborem in præcepto. Omnia præcepta Domini laborem habent. Sine labore non possumus possidere regna cælorum. Vultis scire quia ita est? Si vis, inquit, perfectus esse: vade vende omnia quæ possides, & da pauperibus, & veni sequere me. Qui vult, inquit, consequi regna cælorum, diebus & noctibus oret, vigilet, ieiunet, iacet in sacco, non in pluma, non in serico. Pœnitentia non amat delicias: Quia cinerem, inquit, tanquam panem manducaui, & potum meum cum fletu miscēbam. Qui fingit laborem in præcepto.

CAPTABVNT in, &c. Videte quomodo non videtur esse consonans. Quæ enim est consequentia: qui fingit laborem in præcepto: captabunt in animam iusti? Sed quod auris carnea non intelligit, auris spiritualis intelliget. Quid ergo dicit: Qui fingit laborem in præcepto. Propterea, inquit, laboramus in præceptis Domini diebus & noctibus, vigilamus, oramus, ieiunamus, quoniam multos habemus aduersarios, qui captant animam iusti. Videte quid dicat: iulli captant animam non iniusti. Non enim volunt eos decipere, qui decepti sunt, sed iustos. Vnde dicitur in Habacuc: Esca eius electa. *In Psal. 93. fol. 120. fac. 2.*

VERAM semper agit penitentiam hic sanctus, & non cessat fluentis lachrymarum antiqua delicta diluere, ut intelligas: nisi veram penitentiam egeris, tibi facile non dimittit quæ gesseris. Vera est enim penitentia, iugiter, fletibus commissa diluere, & abluta non iterare. *In Psal. 118. fol. 159. fac. 2.*

PONE magistrum aliquem aut patrem, aut medicum. Si viderit medicus in corpore carnes putridas, & dicat quid ad me pertinet: scias quia crudelis est. Si autem prædicat, & cauterium imponat, misericors est: quia sanat hominem. Simi-

liter & magister, qui dimittit puerum, & non in eo exigit disciplinam, odit eum: Si autem exigat & medicus curet, quæ putatur esse asperitas, clementia est. Ahab arguitur à Domino de Naboth quando occidit eum, & accepit vineam eius, & effudit sanguinem iustum. Elias propheta missus est ad eum, qui dixit: Occidisti & possidisti: statim conscientia percussus submitit ceruicem & oculos, & hoc impius, & rex, & indutus purpura. Et postea dicit scriptura, quod audiens induit, cilicium subtus purpuram. Et videns Deus dixit: Quia reueritus est me Ahab, non inducam mala in eum. Vide ergo quantum valuit cilicium & ieiunium, & modica lachryma quantum sanguine lauit. Ita ergo oportet vestiri cilicio, & ieiunare ut nemo videat. *Tom. 7. Com. in Psal. 140. fol. 174. fac. 2.*

EXVLTENT sancti in gloria: lætentur in cubilibus suis. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis incis stratum meum rigabo. Illud peccatoris: illud pœnitentis est. Hoc verò quod dicitur: Lætabuntur in cubilibus suis, ad sanctos pertinet, ad iustos pertinet. Quis de nobis in cubili suo lætatur? Quis non pugnat cum carne sua? Ego cum è lectulo meo vigilauero, non lætor, sed pugno: non regnum cælorum suspiro, sed cum carne pugno. Incendium carnis rigolachrymis & extinguo. Propterea dicitur: Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis stratum meum rigabo. Lectulus meus, qui ardet libidine, extinguitur lachrymis. Felices isti, de quibus dicitur: Lætabuntur in cubilibus suis. *In Psal. 149. fol. 186. fac. 1.*

Articulus XII. Penitentiam publicam eis imponi solitam, quorum publica crimina fuissent, alijs verò secretam.

SI qua erat nobilis, non permittebatur de domino sua habere comitem, nec veterum actuum memor, & lasciuientis infantie errorum refricaret antiquum, & crebra confabulatione renouaret. Vnus omnium habitus. Linteamine ad tergendas solum manus utebantur. A viris tanta separatio, ut à spadonibus quoque eas seiuingeret, nec vllam daret occasionem linguæ maledicæ, quæ sanctos carpere solita est in solatium delinquendi. Si qua vel tardior veniebat ad Psalmos, vel erat in opere pigrior, varijs eam modis aggrediebatur: si erat iracunda, blanditijs, si patiens, correptione: illud Apostoli imitans. Quid vultis, in virga vineam ad vos, an in spiritu lenitatis & mansuetudinis? Excepto victu & vestitu nullam habere quicquam patiebatur, dicente Paulo: Habetes victum & vestitum, his contenti sumus, ne consuetudine plus habendi præberet locum auaritiæ, quæ nullis expletur opibus, & quanto amplius habuerit, plus requirit, & neque copia neque inopia minuitur. Iurgantes inter se, sermone lenissimo scederabat. Lasciuientem adulescentularum carnem crebris & duplicatis frangebatur ieiunijs, malens eis stomachum dolere, quam mentem: Si vidisset aliquem comptiorem, contractione frontis & vultus tristitia arguebat errantem, dicens: Muditiam corporis atque velutis, animæ esse immuditiam, & turpe verbum atque lasciuium, nunquã de ore virgineo proferendum: quibus signis libidinosus animus ostenditur, & per exteriorem hominem interioris hominis vitia demonstrantur.

Quam

Ritus provincie iudaice in puniendis maioribus delictis.

Num. 1.

Plures Magdalene Hieronimo.

Tom. 11. fol. 12.

Tom. 12.

Petrus lachrymis lauat delicta.

Mat. 5.

Prover. 13.

1. Cor. 5.

2. Cor. 2. Sicut factio Corinthij in eam hosti.

1. Cor. 4.

1. Tim. 6.

Paula uxor Marcia.

Publica penitentia virginitatis.

Ab ortu solis vsque ad occasum potest quis in tanta scelerata debacchari, ut vsque ad occasum solis non possit lachrymis expiare.

Amos 8.

Solius iustie occidit peccatoribus.

Peccatum in conscientia instar febris est sui ipsius pœna.

Psal. 34. Ritus penitentium.

Esa. 33.

Purgamus in hoc sæculo per penas satisfactionis.

Publica poenitentia virginitas.

Quam linguosam, garulam ac procacem, rixisq; perspexerat delectari, & saepius commonita nolle conuerti inter vltimas, & extra conuentum fororū ad fores triclinij orare faciebat & separatim cibū capere, vt, quam obiurgatio non correxerat, emēdaret pudor. Furtum quasi sacrilegium detestabatur, & quod inter saeculi homines vel leue putatur, vel nihil, hoc in Monasterijs grauissimum dicebat esse delictum. Quid memorem clementiam & sedulitatem in agrotates, quas miris obsequijs & ministerijs consuebat; cumq; alijs languentibus largē praeberet omnia, & esum quoque exhiberet carniū, si quando ipsa aegrotasset, sibi non indulgebat, & in eo inaequalis videbatur, quod in alijs clementiam, in se duritiam commutabat. *To. primo Epistola vigesima septima ad Eustochium cap. 10.*

SED quid ego in abolitis & antiquis moror, quærens excusare culpam, cuius poenitentiam ipsa confessio est? Quis hoc crederet, vt post mortem secundi viri in semetipsam reuersa, quotempore solent viduae negligentes, iugo seruitutis excusso agere se liberius, adire balneas, volitare per plateas, vultus circumferre meretricis, faccum indueret, vt errore publicè fateretur, & tota vrbe spectante Romana, ante diē paschæ in basilica quondam Laterani, qui Cæsariano tructatus est gladio, staret in ordine poenitentium, episcopo, presbyteris & omni populo collachrymantibus, sparsum crinen, ora lurida, squallidas manus, sordida colla submitteret? Quæ peccata fletus iste non purget? quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant? *Tom. 1. epist. 30. ad Oceanum cap. 1. fac. 1.*

Ritus, modus, ordo forma publicæ poenitentiae.

2. Reg. 11. 12. Exempla prisca publicæ poenitentiae.

Psalm. 50.

3. Reg. 21.

Achab publica poenitentia.

2. Para. 33. Ion. 5. 4. Lucae 12.

Montanum ex Nouatum hostes poenitentia.

Pharisæus superba iactatione virtutum. Non est loci huius, vt poenitentia prædicem & quasi contra Montanum Nouatumque scribens, dicam illam hostiam Domino esse placabilem: Et Sacrificium Deo spiritum contribulatum: Et malo poenitentiam peccatoris, quam mortem: Et, Exurge exurge Hierusalem, & multa alia, quæ prophetarum clangunt tubæ, hoc vnum loquar, quod & legentibus vtile sit, & præsentis causæ conueniat. Nō est confusa Dominum in terris, & ille eā non confunderet in cælo. Aperuit cunctis vulnus suum, & decolorem in corpore cicatricis flens Roma conspexit. Dissuta habuit latera, nudum caput clausum os. Non est ingressa Ecclesiam Domini, sed extra castra cum Mariâ forore Moysi, separata confedit, vt quam sacerdos eiecerat, ipse reuocaret. Descendit de lolo delictiarum suarum accipit molam fecit farinam, & discalcatis pedibus, transiit fluentia lachrymarum, sedit super carbones ignis, hi ei fuerunt in adiutorium. Faciem per quam secundo viro placuerat, verberabat: oderat gemmas, linteamina videre nō poterat, ornamenta fugiebat, sic dolebat, quasi adulterium commisisset, & multis impendijs medicaminum vnum vulnus sanare cupiebat. Diu morati sumus in poenitentia: in qua velut in vadosis locis, resedimus, vt maior nobis, & absq; vilo impedimento se laudem eius campus aperiret. Recepta sub oculis omnis Ecclesiæ communionem, quid fecit? Scilicet in die bona malorū non oblita est, & post naufragium rursum tentare noluit pericula nauigandi, qui potuit omnem censum, quem habere (erat autem amplissimus, & respondens generi eius) dilapidauit & vendidit, & in pecuniam congregatum, vsibus pauperum præparauit, & prima omnium *ποσωνομειον* instituit, in quo aegrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, atq; inedia miserorum membra foueret. *Ibid. c. 2.*

O funestos oculos meos, o diem illum omni maledictione dignissimum, in quo epistolas illas tuas quas hucusque retinemus, consternata mente legi. Quæ ibi turpitudines? quæ blanditiæ, quæta de condicito stupro exultatio? Hæcne diaconum, non dicam loqui, sed scire potuisset? Vbi miser ista didicisti, qui in Ecclesia te nutritum esse iactabas? Nisi quod in istis epistolis iuras te nunquam pudicum, nunquam fuisse diaconum, si negare volueris, manus tua te redarguet, ipsi apices proclamabunt. Habeto igitur interim lucrum sceleris: non possum tibi ingerere, quæ scripsisti: laces itaque aduolutus genibus meis, & misericordiam vt tuis verbis utar, sanguinis deprecator. Et o te miserum, neglecto iudicio Dei, me tantum quasi vindicem, times. Ignoui fateor. quid enim aliud possum tibi facere Christianus? Hortatus sum, vt ageres poenitentiam, & in cilicio & cinere volutaberis, vt solitudinem peteres, vt viueres in monasterio, vt Dei misericordiâ iugibus lachrymis implorares. At tu bonæ spei columen, excetreg stimulis inflamatus, factus es mihi in arcum peruersum, & contra me conuiciorum sagittas iacis. Inimicus tibi factus sum, vera dicens. Non doleo de maledictis: quis enim nesciat nihil nisi flagitiosum, tuo ore laudari? Hoc plango quod te ipse nō plangis, quod te nō sentis mortuū, quod quasi gladiator paratus libithinæ, in propriū funus ornatus. Amicris linteis, digitos anulis oneras detes puluere teris, raras in rubenti caluaria digeris capillos, taurina ceruix, toris adipeis intumescens nec

Psalm. 50. Ezech. 18.

Esaie 60.

Luc. 9. Publicæ poenitentia.

Num. 12. Esaie 47.

Eccles. 11.

Publicæ poenitentia exemplum.

Osee 7.

Galat. 4.

1. Cor. 3.

Luc. 10. Ioan. 11.

Matt. 9.

Mar. 10.

Eze. 9. Matt. 9.

1. Cor. 7.

Exempla publicæ poenitentia.

1. Cor. 5.

1. Cor. 2.

1. Cor. 7.

Matt. 5.

1. Reg. 3.

nec quia propter libidinem fracta est, inclinatur. super hæc vnguenta fragras, mutas balneas, & contra renascentes pilos pugnas, per forum ac plateas nitidus ac politus amator incendis. Facies meretricis facta est tibi necis erubescere. Conuertere miser ad Dominum, vt ad te Dominus conuertatur. Age poenitentiam, vt & ille agat poenitentiam super omnibus, quæ locutus est malis vt faceret tibi. Quid neglecto vulnere proprio, alios niteris infamare? quid me, benè tibi & sedulo consulentem, quasi phreneticus morfu laceras? Esto, ego flagitiosus sum, vt vulgo iactitas, saltem mecum age poenitentiam. Criminosus vt simulas, imitare lachrymas criminosis. Num mea peccata virtutes tuæ sunt? an malorum tuorum putas foliatum, si multos tui similes habeas? Fluant paululum de oculis lachrymæ inter sericum & linteamina, quibus tibi videris fulgidus & formosus, intellige te nudum, conscisum sordidatum, mendicantem. Nunquā est sera poenitentia. Quāuis de Hierosolymis descenderis, & sis in itinere vulneratus, inde te Samaritanus impositum iumento, curandumque ad stabulum referet. Sed & si mortuus iaces in sepulchro, tamen & fetentem Dominus suscitabit. Imitare saltē cæcos illos, propter quos saluator, dimittens domū suā, & hereditatem suam, Hierico venit. Sedentibus in tenebris & vmbra mortis, lux orta est eis. Qui postquam præterire Dominum cognouissent, ceperunt clamare dicentes: Fili Dauid miserere nobis. *Tom. 1. Epist. 48. cap. 4.*

VERVM ne quis putet ex eo, quod sequitur: Vt vacetis orationi, & iterum reuertimini ad id ipsum. Apostolum hoc velle, & non propter maiorem ruinam cōcedere statim inferet. Ne tentet vos sathanas propter incontinentiam vestrā. Pulchra nimirum indulgentia, & iterū ad id ipsum, quod erubescit suo vocare nomine, quod tentationi præfert sathanæ, quod causam habet incōtinentiæ: laboramus quasi obscurum differere, cū exposuerit ipse, quod scripsit. Hoc autē, inquit, dico, iuxta indulgentiam, non iuxta imperiū, & missitamus adhuc nuptias nō vocare indulgentiā, sed præceptū, quasi non eodem modo & secūda & tertia matrimonia concedantur: quasi non & fornicatoribus per poenitentia fores aperiatur Ecclesiæ, quodq; his est maius, & incestus. Nam illum violatorem nouerac quem in prima ad Corinthios Epistola tradiderat sathanæ in interitū carnis, vt spiritus saluus fieret, in secūda retrahit, & ne abundantiori vilitia absorbeat frater, laborat. Aliud est, velle quid Apost. aliud ignoscere. In voluntate promeremur, venia abutimur. Vis scire, quid velit Apostolus? Iunge quod sequitur: Volo autem omnes homines esse, sicut me ipsum. Beat⁹ qui Pauli similis erit. Fœlix qui audit Apostolum volentem, non ignoscentem. Hoc, inquit, volo, hoc desidero, vt imitatores mei sitis, sicut & ego Christi. Ille virgo de virgine, de incorrupta incorruptus: nos quia homines sumus, & natiuitatem Saluatoris, non possumus imitari, imitemur saltem conuersationē. Illud diuinitatis est & beatitudinis, hoc humanæ conditionis est & laboris. *Tom. 2. lib. 1. contra Iouinianum capite quarto.*

OROTE, LVCITR. D. Nonne legisti de Episcopis dictū: Vos estis sal terræ? Si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Ad nihilum est vtile, nisi vt projiciatur foras, & conculetur ab hominibus.

Sed & illud quod pro populo peccatore sacerdos Deū exoret, ac pro sacerdote, nullus sit alius qui deprecetur. Quæ quidem duo scripturarum capitula in sententiam concurrūt vnā. Nā vt sal omnem cibum condit, nec est aliquid per se tam suauē, quod absque eo gustū demulceat: ita mundi totius & propriè Ecclesiæ condimentum Episcopus est, qui si infatuatus fuerit, siue per negationē, siue per hæresin siue per libidinē, & vt simul dicam, per vniuersa peccata, a quo alio poterit cōdiri, cū ipse fuerit omnium condimentū: Sacerdos quippè pro laico offert oblationē suam, imponit manus subiecto, reditū Sacti Spiritus inuocat, atque ita cum, qui traditus fuerat sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret, indicta in populum oratione, altario reconciliat, nec prius vnum membrum restituit sanitati, quam omnia simul mēbra cōsueuerint. Facile quippè ignoscit filio pater, cum mater pro visceribus suis deprecatur. Si ergo hoc, quem diximus, gradu laicus poenitens restituit Ecclesiæ, ibique sequitur venia, vbi luctus præcesserat. manifestum est, sacerdotum de gradu suo motum in eundem locum nō posse restitui, quia aut poenitens sacerdotio caret, aut in honore persistens, reduci in Ecclesiam non poterit per ordinem poenitentis. Tu mihi nunc infatuato sale Ecclesiæ saporem contaminas: tu cum qui proiectus foras, iacere deberet in stercore a cunctis hominibus conculcandus, super altarium reponis? Et vbi erit illud Apostoli præceptum. Oportet Episcopum esse sine crimine quasi dispensatorem Dei. Et iterum: Probet autem se vnusquisque, & sic accedat. Vbi dominica denunciatio est: Ne miseritis margaritas vestras ante porcos? Quod si de omnibus generaliter dictum intelligis: quanto magis de sacerdotibus præcauendum est, cum etiam de laicis sic cauetur? Separamini, inquit, Dominus per Moysen à tabernaculis istorum hominum durissimorū, & nolite tangi ab omnibus, quæ sunt eorum, ne simul pereatis in peccato eorū. Et rursum in duodecim prophetis. Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminantur. Et in Euangelio Dominus: Lucerna, inquit, corporis est oculus, id est, Ecclesiæ lumen est Episcopus. *To. 2. in Dial. aduersus Lucif. cap. 2.*

LVCIFER. D. Sed ego recipio laicum poenitentem per manus impositionem & inuocationem Spiritus sancti sciens ab Hæreticis Spiritum sanctum non posse conferri. *Ibid. cap. 3.*

DISCIMVS non consulandum his, qui Dei iudicio poenis traditi sunt, nec exprobrandum homini conuerso a peccatis suis, nec poenitentibus & egressis de Ecclesia aliquando dicendum: Longè recessistis à Domino: nobis est data terra in possessionem. Quia hæc dicit Dominus: Licet eos parumper à mea Ecclesia separauerim, & inter gentes disperferim, tamen ero, eis in sanctificationem modicam, dum meminerint peccatorum suorum, vt qui propter vitia recesserunt de loco suo, propter poenitentiam ad sedes pristinas redire festinant. *Tom. 4. lib. 3. Com. in cap. 11. Ezech. Fol. 35. fac. 2.*

ETHI qui foris crant ablato corde lapideo, & accepto corde mollissimo per poenitentia reuertentur ad Ecclesiā, & ambulant in præceptis Domini, iudiciaq; eius custodiunt: fiuntque Domini populus, & Dominus quem prius offenderant, fit eis Deus. *Ibid. Fol. 35. fac. 1.*

1. Cor. 5.

In publicæ poenitentia est communis laetitia.

Latrum post publicæ poenitentiam restituitur Ecclesiæ.

Matt. 5.

Titim. 1.

1. Cor. 11.

Matt. 7.

Num. 16.

Osee 9.

Matt. 23.

Non est iustitandum publicæ poenitentiam agētib⁹.

Cant. 8.

Phil. 3.

Matt. 10.

Phil. 4.

Status publice penitentium.

De aqua pulcherrima descende, & dormi cum incircuncitus. Quod specialiter ad eum pertinet, qui in baptismo Christi renatus, & audiens cum Ecclesia: Quae est ista, quae ascendit dealbata, innitens super statruelum suum? postea vel fornicatione vel alijs vitijs sordidatus, eicitur de Ecclesia, & dicitur ad eum. de aqua pulcherrima descende, & dormi cum incircuncitus: id est, cum immundis, iuxta illum sensum, quem ponit Apostolus. Nos sumus circuncisio, qui in spiritu Deo feruientes, & gloriantes in Domino, & non in carne confidentes. Hi omnes in medio vulneratorum siue interfectorum cadent cum Pharaone, illo gladio quem venit mittere Dominus super terram. Sicut enim Christi gladius bonos a malis separat, dicens: Non veni pacem mittere super terram, sed gladium: sicut hereticorum gladius omnes truncat populos, vulneratos ad infernum deducit. *Tom. 4. lib. 10. Com. in ca. 32. Ez. ecb. Fol. 433. fac. 2.*

Quia de domo est Israel, & cernit pacem Christi, quae exuperat omnem sensum, habitat in terra sua Ecclesia, vel in carnis hospitio quod ei a Deo traditum est. Sin autem polluerit vtrancq; terram in vitijs suis pessimis, & immunditiae mulieris menstruatę fuerit comparatus: effundit Deus indignationem suam super eum, pro sanguine vel suo, vel eorum, quos scandalizauerit, & effuderit super terram, & peruersis cogitationibus quibus polluit eam. Tunc dispergetur in gentes, vt incredulis coaquetur: & ventilabitur in terra instar palearum, vt a frumento Ecclesiae separetur, & iudicetur secundum vias suas. Quod si nec sic fecerit peccatum suum, sed polluerit nomen sanctum eius, dicent omnes inter quos habitauerit. Ecce populus Dei: ecce qui egressus est de terra eius, imo proiecitur. Sin autem egerint poenitentiam, & sanctificati fuerint in medio eorum: tunc omnis gentiliu turba cognoscat, quod ego eos tollam de terris, in quas dispersi erant, & reducam in terram Ecclesiae, & effundam super illos nequaquam aqua baptismi salutaris, sed aqua doctrinae & sermonis Dei: & mundabo illos ab omnibus inquinamentis suis, atque ab vniuersis idolis & erroribus quae in suo corde simulauerant. *Tom. 4. lib. 11. Com. in ca. 36. Ez. ecb. Fol. 445. fac. 1.*

Leuitate autem, hoc est, sacerdotalis gradus longe recesserunt a Domino in errore filiorum Israel, & errauerunt post idola sua, postquam receperunt iniquitatem suam, stent in sanctuario Domini aeditui & ianitores, ministriq; domus, & maectent holocausta & victimas populi, & isti sint in conspectu eorum vt ministrent eis: eod qd ministrauerint illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt Domini Israel in tormentu iniquitatis: idcirco manu leuasse se dicit super eos Dns Deus, vt non accedant ad eu, & sacerdotio fungatur illi, neque offerant illi in sancta sanctoru, portentq; ignominiam suam in errore quod errauerunt: vt scilicet ponantur in obseruatione custodiaru domus in omnia opera eius, & in vniuersa quae sunt in domo. Quod si ita est, quomodo stare poterit, & leuitate quae longe recesserunt a Deo in errore filiorum Israel, & errauerunt ab eo post idola sua, ipsi ministrent in domo, & maectent holocausta & victimas populi, & ipsi stent in conspectu eoru, vt ministrent eis: Quid. n. amplius facturi sunt sacerdotes filij Sadoch, qui custodierunt caeremonias sanctuarij Dei, de quibus dicit: Ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi, & stabunt in

conspectu meo vt offerant mihi adipem & reliqua? Hebraicum aut hunc habet sensum. Omnis alienigena incircuncisus corde & carne, non ingreditur sanctuariu meum. licet cum populo Israel esse videatur: Leuitate autem, hoc est, sacerdotalis gradus, qui longe recesserunt a me in errore filiorum Israel, & secuti sunt idola, portabunt iniquitatem suam, eo quod fuerint in sanctuario meo ministrantes in officio portarum domus & ministri eius. Ipsi enim offerebant holocaustum, & victimas populi, & ipsi stabant in conspectu eorum, vt ministrarent pro eis. Quia ergo ministrauerunt pro illis in conspectu idolorum suoru, & fuerunt domui Israel in offendiculum iniquitatis: propterea leuauit manum meam super eos dicit Dominus Deus, & portauerunt iniquitatem suam, & non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio fungantur mihi, neq; accedent ad omne sanctuariu meum iuxta sancta sanctoru, sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quae fecerunt. Pro sacerdotali. n. officio, qui holocaustum & victimas omnesq; sacrificium offerre consueuerat, rediguntur in vltimu gradum, & erunt ianitores domus in ignominiam sempiternam: vt ab vniuerso populo videantur intrate & exite, de qua sublimi dignitate ad que vltimum gradum peruenerint. Sacerdotes autem, inquit, id est, leuitate g sunt filij Sadoch, hoc est, iustoru siue iusti Dei, & qui tempore erroris vniuersi Israelis, custodierunt caeremonias sanctuarij mei: ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi, & stent in conspectu meo, & offerant mihi adipem, hoc est, pinguis simam hostiam & sanguinem viuam & placentem hostiam Deo, & ipsi ingredientur sanctuariu meum, & accedent ad mensam meam, vt accendant Thymiama mihi, & omnem ritum sacrificij custodiant. Si autem hoc ita est, vt qui in tempore erroris & persecutionis idola sunt secuti, quae de suo corde confixerant, & non solum voce, sed & subscriptione manus, asseruerunt Dei filium creaturam, & feruerunt creaturę magis, quam creatori, qui est benedictus in saecula: quo modo sibi sacerdotale & pontificale assumunt fastigium, & audent offerre victimas Deo, cultores quondam idolorum? Sed vt ardentissimus Poeta testatur, quicquid a multis peccatur inultum est: multitudo peccantium impenetrabiliorem fecit impijs veniam: vt qui redacti in laicos pristina sacrilegij sui debuerunt scelera deplorare, nunc resupini in pontificali solio sedent, & rudent nobis simulatae fidei nauas, imo aperte perfidie aperta compendia. Audiatur igitur saltem sero, & obseruent praeccepta omnipotentis Dei. Omnis alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne non ingreditur sanctuariu meum. Licet ille sit filius, licet cognatione sociatus, licet antiqua nobis hzreat necessitudine: si incircuncisus corde vel carne est, non introducat in sanctuariu Dei, ne ministros Christi, nostros faciamus ministros, & pro carnalibus refrigerijs, altaria Domini polluamus. *Tom. quarto libro decimo tertio Commentariorum, in caput quadragesimum quartum, Ez. ecb. Fol. 475. fac. 2.*

Si ceterper merorem declinamus mala impenduntia & ex latere deuitamus, sic post sanguinem & cilicium vitę sanguinarie, antequam veniam ad cofinia Hemath, circuiamus & peruenerimus ad motes de quibus scriptum est: Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui: Qui locus appellatur, atriu Thicon, hoc est, atriu mediu

Degradatio et domatio capiti in Ecclesiastico ordine.

Rom. 1.

Publica penitentia Africanorum & piscoporum.

Psal. 124.

(vt in-

Israh. 7. 1. For. 2.

Post iram et poenitentiam spes salutis ostenditur.

Matt. 9. Fama publicae poenitentiae.

Phil. 103.

Leuit. 14. Episcopus publicam poenitentiam imponit.

Truncato capite fidei cetera membra integra heretici habere non possunt. Adoni de paradiso eiecitio typum poenitentiae publicae et excommunicationis.

Luz. 12.

(vt interpretatus est Symmachus) iuxta terminos Hauran, quod iracundiam sonat, vt cum propheta dicamus: Iram Domini sustinebo, quonia peccauit ei. Et a mari vsque ad terminos Damasci: in quo & Apostolus Paulus a furore iudaico & effusione Ecclesiastici sanguinis, lumen caecitate conspexit, & assumpto cilicio persecutionis veteris, Euangelium praedicauit, vt perueniret ad atrium fontis aeterni, & in Aquilone quondam positus, apprehenderet terminum veritatis. *Tom. 4. lib. 14. Com. in cap. 47. Ez. ecb. Fol. 489. fac. 2.*

Post terminos aquilonis longo circuitu per Hethalon, & Schedada & Berotha, Sabarim quoque, Thicon, & Hauran & Damascum & atrium Enon, ad Hemath vsque peruenit orientalis plagae: de medio iracundiae Hauran, & de medio Damasci, sanguine videlicet poenitentiae, & de medio Galaad: quod interpretatur reuelatio, vel tu mulus testimonij: vt post iram & poenitentiam, spem salutis ostendat: & de medio terrae Israel, quae visionem continet pacis, vsq; ad dulcissima Iordanis fluenta pertingat, quae longe separato mari lumen orientis consequitur, ita vt fluuius Iordanis, qui interpretatur, riuus iudicij, & orientis termino finiatur. *Ibid. Fol. 490. fac. 1.*

Secundum Anagogen vero hoc dicendum est: quod qui in luctu est, & sponso luget absentiam, non comedit panem desiderabilem, qui de caelo descendit: neq; solidum caput cibum, qui intelligitur in carne: nec bibit vinum quod letificat cor hominis: nec exhilarat faciem eius in oleo: iuxta quod in Psalmis legitur: Vt exhilaret faciem eius in oleo. Hoc autem ieiunium impetrabile facit lachrymas, quando sponso fuerit ablatus ab ea. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 10. Daniel. Fol. 519. fac. 1.*

Quia absolute scriptura ait: Qui subtrahit lapides, siue qui transfert lachrymas, & non adiecit bonos siue malos: propterea & e contrario intelligendum, quod Ecclesiasticus vir, Episcopus videlicet & presbyter, si iuxta mandatum Leuitici, de leprosa domo lapidem abstulerit, in cinere & puluerem conterendum: dolebit in eo ipso, quod de Ecclesia Christi lapidem auferre cogitur, dicens secundum Apostolum: Flete cum stentibus: luge te cum lugentibus: Et: Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis scandalizatur & ego non vror? *Tom. 5. Com. in cap. 10. Ecclesiast. Fol. 27. fac. 1.*

Quotidie Deus, & eos qui extra Ecclesiam sunt, & qui peccant in Ecclesia commorantes, prouocat ad poenitentiam, & dicit eis: Misericordia volo & non sacrificium, & scientiam Dei plus quam holocausta. Illi vero offerunt panem sacrilegum & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem: quia ego si verē fiant, holocausta interpretor: Cum autem scientia Dei reliquerint, frustra truncato capite fidei cetera membra habere se iactant: prauaricati sunt enim pactu Dei in Ecclesia, sicut Adam prauaricatus est in paradiso, & imitatores se antiq; parentis ostendunt, vt quo modo ille de paradiso, sic isti eiciantur de Ecclesia. *Tom. 5. lib. 2. Commentario. in cap. 6. Osee. Fol. 52. fac. 1.*

Qui sanctus sacerdos est, & comedit pascha Domini, accingatur baltheo castitatis, & audiat cum Apostolis: Sint lumbi vestri praecincti & lucerna ardentes in manibus vestris. Qui autem peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio accingatur & plagat vel propria delicta vel populi & ingrediatur Ecclesiam, de qua propter

peccata fuerat egressus, & cubet vel dormiat in sacco, vt preteritas delicias, per quas offenderat Deum vitę austeritate compenset. Qui. n. mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Accingatur autem sacerdotis & plangent & vlulent, & dormiant in sacco propheta eos ad poenitentiam cohortate qui dicit: Ministri Dei mei: quo modo interijt de domo Dei vestri sacrificium & libatio, de quibus supra dictum est: Nec sufficit flere vel plangere, & habitum lugentis assumere, nisi sanctificet ieiunium, & vocent coetum. Si omne ieiunium placeat Deo, nunquam diceret, sanctificate ieiunium, & non tale ieiunium elegi dicit Dominus. Et in Euangelio condemnantur, qui exterminant facies suas, vt videantur hominibus ieiunare: & in diebus, inquit, ieiuniorum vestrorum percussitis pugnis, & opprimitis pauperem. Idcirco nunc dicit: sanctificate ieiunium. Ieiunat Manichaeus & multi heretici, maximęq; Encratitae, quorum principis Tatianus est: sed hoc ieiunium fatuitate & ebrietate deterius est. Et vocate coetum siue curationem, vt per poenitentiam nostra peccata curem. Pro coetu in Hebraico legitur afara, quod Symmachus synodum: Aquila die collectę interpretatus est. Coegregate senes, quorum etas vicina morti, maturaque sententia, magis timore & cultum suscipit Dei. Omnes quoque habitatores terrae de quibus supra dixerat: audite hoc senes & auribus percipite omnes habitatores terrae, vt senes & habitatores terrae in domu Dei, quae est Ecclesia coegregentur. Cumque fuerint in Ecclesia & de dispari grege sacerdotum & populi, senum & habitatorum terrae vnus grex fuerit effectus. Clamate inquit, ad Dominum, in cordibus vestris, & dicit.

A 13, ach diei, quia propē est dies Domini, & quasi vastitas a potente venit. Pro eo quod nos translulimus a potente, & Hebraice dicitur saddai, quod vnum est de decē Dei nominibus, alioquoties diximus, Lxx. interpretati sunt miseriam sod saddai. Vox igitur sacerdotu & populi ad Dominum clamantis inducitur vt tertio dicant, Heu mihi. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Ios. Fol. 80. fac. 2. p.*

Ad huc eos ad poenitentiam cohortatur, antequam veniat hostilis exercitus. Supra inquit, dixeram: Canite, tuba in Sion, vlulate in mote sancto meo, & reliqua, quia venit dies Domini: quia propē est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbis, annuncians vobis populum multum & fortem esse venturum, qui vestras possessiones vrbesque subuerteret. Nunc quia benignus sum & misericors, patiens & multus misericordia: rursum praecipio & dico: Clangite tuba in Sion, & poenitentiam in populis praedicate: sanctificate ieiunium, praedicate curationem siue coetum, de quibus iam ante diximus: congregate populum, vt qui dispersus peccauerat, congregatus peccare desistat. Sanctificate Ecclesiam, vt nullus in Ecclesia non sanctus sit, ne forsitan impediatur orationes vestrae, & modicum fermentum totam massam corrumpat. Coadiuuate siue eligite senes, vt non etas in eis, sed sanctitas eligatur. Congregate quoque paruulos, & sugentes vbera, ne vlla sit etas quae non conuertatur, ad Dominum. Paruulos atque lactantes, de quibus in Psalmis & in Euangelio legitur: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem: Quos Petrus rationali & absque dolo dicit lacte nutritos: quibus Paulus loquitur: Lac vobis potum

Ritus poenitentiae publicae.

Ioan. 1.

Ioel. 2.

Esai. 58. Matt. 6.

Esai. 18. Hereticorum ieiunia Deo displicent.

Synodus sine dies collectae.

Publica poenitentiae orationis descriptio.

Psal. 8.

Matt. 23. 1. Pet. 2.

ACCIPERE captiuitate, & à principibus, & al-
 vilibus eius & ab his qui cognouerunt eam, & ar-
 gentum, & ingressus in domum Iosif filij Sopho-
 niæ (qui & ipse venit de Babylone) facin ea coro-
 nas aureas & argenteas: quas impones super caput
 Iesu filij Iosedech sacerdotis magni. Captiuitatis
 Iudgorū, id est, populi Domini confitentis, vitia
 atque peccata, que qui coeperit agere pœnitentiã,
 & desiderare pristinam Hierusalem, id est, Ecclē-
 siam Christi, Babylone deserit ac dimittit, & of-
 fertur à principibus captiuorum, ab vtilibus eius,
 id est, captiuitatis (qui & ipsi pro vtilitate sua tra-
 diti sunt angelo sathanæ in interitum carnis, vt
 spiritus saluus fieret) & ab his qui cognoscunt eã
 videlicet captiuitatem, in bonam partē post sup-
 plicia esse vertendam. Offertur autē aurum & ar-
 gentum ab his, qui & sensu & sermone Domini
 confitentur, & sunt ex eo, id est, auro & argento
 in domo Iosif, qui interpretatur saluator, & est fi-
 lius visitationis Domini, id est, *ἱεροκόπου κυρίου*.
Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 6. Zachar. Fol. 246. fac. 1.

CAETERVM nulli dubium est, Sion & Hieru-
 salem speculam & visionem pacis posse accipi a-
 nimas fidelium: quibus cum peccauerint, iratus
 Dominus tradit eas captiuitati: vt que Deum per
 bona prospera que non senserant, per mala senti-
 antur & aduersa. Cumq; egerint pœnitentiã, reuer-
 tetur Dñs ad Sion, & habitabit in medio Hierusa-
 lem (quã vnam atque eandem intelligimus ciui-
 tatem) & in quibus ante regnabant vitiorū pecca-
 torum que mendacia, postea Christus veritas cõ-
 morabitur. Et mons Domini exercituum voca-
 bitur mons sanctus, de quo dicitur: Qui confi-
 dunt in Domino sicut mons Sion. Et: Magnus
 Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei no-
 stri in monte sancto suo. De quo Esaias Michēf-
 que clamant: In nouissimo dierum erit mons
 Domini præparatus in vertice montium & subli-
 mis super colles: & fluent ad eum omnes populi
 & properabunt gentes multæ & dicent: Venite ad
 eandem in monte Domini, & ad domū Iacob.
 De hoc mōte & de hac ciuitate & Apostolus Pau-
 lus (si tamen in suscipienda Epistola Græcorum
 auctoritatem Latina lingua non respuit) sacra-
 ta oratione disputans ait: Accessistis ad montem
 Sion & ciuitatem Dei viuētis Hierusalem cœle-
 stem, & multorum angelorum millia & Ecclēsiã
 primitiuorum, que scripta sunt in cœlis. *Tom. 5. li-
 2. Commentariorum in caput octauum Zacharia Fol. 248.
 facie secunda.*

Si peccauerit in nos frater noster, & in quali-
 bet causa nos læserit, dimittendi habemus pote-
 statem, imò necessitatem: quia præcipitur, vt de-
 bitoribus nostris debita dimittamus. Si autem in
 Deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij. Di-
 cit enim scriptura diuina: Si peccauerit homo in
 hominem, rogabit pro eo sacerdos. Si autem in
 Deum peccauerit, quis rogabit pro eo? Nos è con-
 trario in Dei iniuria benigni fumus, in nostris
 contumelijs, exercemus odia. Corripendus est
 autem frater seorsim: ne si semel pudorem ac ve-
 recundiam amiserit, remaneat in peccato. Et si
 quidem audierit, lucrificamus animam eius, &
 per alterius salutem, nobis quoque acquiritur sal-
 us. Sin autem audire noluerit, adhibeatur &
 tertius: vel corrigendi studio vel conueniendi
 sub testibus. Porro si nec illos audire, volue-
 rit, tunc multis dicendum est, vt detestationi
 eum habeant, & qui non potuit pudore salua-

ri, saluetur opprobrijs. *Tom. sexto, libro tertio,
 Commentariorum in caput decimum octauum, Matthai.
 Canone 38. fac. 1.*

IN Luca legimus duos calices, quibus discipulis
 propinarit. Vnum primi mensis, & alterum
 secundi, vt qui inter sanctos primo mense agnum
 comedere non potuerit, secundo mense inter pœ-
 nitentes hœdum comedit. *Tom. sexto, libro quarto,
 Commentariorum in caput 2. b. Matthai. Canone. 59. fa-
 cie prima.*

POSSUNT & alio genere pauperes accipi, de
 quibus in Euangelio legitur: Beati pauperes spi-
 ritu: quoniam ipsorum est regnum celorum.
 Merentur quippe tales in memoria esse Aposto-
 lorum. Nec non & illi pauperes, de quibus in Sa-
 lomone scribitur: Redemptio viri animæ pro-
 priæ diuitiæ. Pauper verò non sustinet commi-
 nationē. Non enim potest futurarum pœnarum
 audire terrorem pauper in fide, pauper in gratia,
 non habens diuitias spirituales nec scientiam scri-
 pturarum, quæ auro & argento, & pretioso lapi-
 di comparatur. Quoniam igitur non egent, san-
 ni medico, sed hi qui malè habent, propterea &
 Apostolis in dexterarum communicatione con-
 uenit, ne spernerent pauperes, ne despicerent pec-
 catores, sed semper meminissent corū, sicut Paulus
 Corinthij illius meminit, quem cum in priori
 Epistola contristasset ad tempus, vt corpore per
 pœnitentiã laborante spiritu saluus fieret, in se-
 cunda, ne maiori tristitia absorberetur reuocat
 ad Ecclēsiã: petitque cunctos, vt confirmem in
 eum charitatem, & donent fratri, sicut ipse vni-
 cuique eorum in facie Christi donauerit, imple-
 ctum quod Hierosolymis fecerat, & semper
 pauperum recordaretur. *Tom. sexto, libro primo,
 Commentariorum in caput secundum, ad Galatas, Folio
 127. fac. 2.*

**Articulus XIII. Pœnitentibus simul
 cum culpa non totam pœnam sem-
 per remitti.**

VNUM scelus Achab & Hiezabel, tamen con-
 uerso ad pœnitentiã Achab, pœna differ-
 tur in posteros, & Hiezabel in scelere perseveras,
 præsentis iudicio condemnatur. Loquitur & Do-
 minus in Euangelio: Viri Niniuitæ surgent in iu-
 dicium cum generatione hac, & condemnabunt
 eam, quia egerunt pœnitentiã in predicatione
 Ionæ, Et iterum: Non enim veni vocare iustos,
 sed peccatores ad pœnitentiã. Drachma perit
 & tamen inuenitur in stercore. Nonaginta no-
 uem oues relinquuntur in solitudine, & vna ouis
 quæ aberrauerat, pastoris humeris reportatur,
 Vnde & lætitia angelorum est, super vno pecca-
 tore agente pœnitentiã. Quanta cœli citas, vt de sa-
 lute nostra exultent cœlestia? De quibus dici-
 tur: Pœnitentiã agite, appropinquabit enim re-
 gnum cœlorum. Nullum in medio spacium.
 Mors & vita sibi contraria sunt, & tamen pœni-
 tentia copulantur. Luxuriosus filius totam pro-
 degerat substantiam, & procul à patre, vix por-
 corum cibis inedia inultabat, reuertitur ad
 parentem: immolatur ei vitulus faginatus: sto-
 lam accipit & annulum, vt Christi recipiat vesti-
 mentum, quod dudum polluerat, & audire me-
 reatur. Candida sint semper vestimenta tua. Re-
 ceptoque signaculo Dei, proclamat ad Domi-
 num: Pater peccaui in cœlum & coram te, & re-
 conciliatus osculo, dicat ad eum: Signatum est
 super

*Luc. 22.
 Penitentes
 secundo mē-
 se hœdū co-
 medunt.*

Mat. 5.

Pro. 13.

*Pauperum
 peccatorum
 memores sūt
 presciti Ec-
 clēsiæ dñi eos
 tanquam spi-
 rituales me-
 dici curant
 per publicam
 pœnitentiã
 1. Cor. 5.
 2. Cor. 2.*

*Publice pœ-
 nitentiæ et ex
 communica-
 tionis exem-
 plū in Corin-
 thio in cœli-
 olo.*

*Pœna Achab
 dimissa cul-
 pa differtur
 in postero.
 Mat. 12.*

Luc. 5. 19.

Mat. 18.

Mat. 3.

Luc. 15.

Ecc. 9.

super nos lumen vultus tui Domine. In iustitia iu-
 sti non liberabit eum, in quacunq; die peccauerit:
 & iniquitas iniqui nõ nocebit ei, quacunq; die cõ-
 uersus fuerit. Vnūquemq; iudicat sicut inuenerit
 Nec pœnitentiã considerat, sed pœnitentiã: si tamen ve-
 tera crimina nouella cõuersione mutantur. Septi-
 es cadit iustus, & resurget. Si cadit, quomodo iu-
 stus? Si iustus, quomodo cadit? Sed iusti vocabu-
 lum non amittit qui per pœnitentiã semper re-
 surgit. Et non solum septies, sed septuagies septi-
 es delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiã,
 peccata donantur. Cui plus dimittitur, plus dili-
 git. Meretrix lachrymis pedes Saluatoris lauat, &
 crine detergit, & in typum Ecclēsiæ de gentibus
 congregatæ meretur audire, Dimittitur tibi pec-
 cata tua. Pharisei iustitia perit superbia: publica-
 ni humilitas confessione saluatur. Per Hieremiã
 contestatur Deus: Ad summã loquar contra gen-
 tem, & regnum, vt eradicem, & destrua, & disper-
 dam illud. Si pœnitentiã egerit gens illa à ma-
 lo suo, quod locutus sum aduersum eam: agam &
 ego pœnitentiã super malo, quod cogitavi vt fa-
 cerem ei. Et ad summã loquar super gentem, & re-
 gnum, vt ædificem, & vt plantem illud. Si fecerit
 malum in conspectu meo, vt non audiat vocem
 meam: pœnitentiã agam super bono, quod locu-
 tus sum, vt facerem ei. Statimq; infert: Ecce ego
 fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogi-
 tationē. Reuertatur vnusquisq; à via sua mala,
 & dirigite vias vestras, & studia vestra. Qui dix-
 erunt: Desperauimus: post cogitationes enim no-
 stras ibimus, vt vnusquisq; post prauitatem cordis
 sui malum faciemus. Simeon iustus in Euangelio
 loquitur: Ecce hic positus est in ruinam, & in re-
 surrectionem multorum in ruinã videlicet pec-
 catorum, & in resurrectionem eorum, qui agunt
 pœnitentiã. Apostolus scribit ad Corinthios: Au-
 ditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qua-
 lis ne inter gentes quidem, ita vt vxorem patris
 aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non magis lu-
 ctum habuistis, vt tollatur de medio vestro, qui
 hoc opus fecit. Et in secunda ad eosdem epistola,
 ne abundantiori tristitia pereat, qui eiusmodi est,
 reuocat eum & obsecrat, vt confirmem super il-
 lum charitatem, vt qui incestu perierat, pœnitentiã
 conseruetur. Nullus quidem mūdus est à pec-
 cato, ne si vnus quidem diei fuerit vita eius: nu-
 merabiles autem anni vitæ illius. Astra quoq; ip-
 sa non sunt munda in cõspectu eius: & aduersum
 angelos suos peruersum quid excogitauit. Si in cõ-
 lo peccatum, quanto magis in terra? Si delictum
 in ijs, qui carent tentatione corporea, quanto ma-
 gis in nobis qui fragili carne circundamur, & cū
 Apostolo dicimus: Miser ego homo, quis me libe-
 rabit de corpore mortis huius? Non enim habitat
 in carne nostra bonū, nec agimus quod volumus,
 sed quod nolumus, vt aliud anima desideret, ali-
 ud caro facere cogatur. Quod si quid iusti, appel-
 lantur in Scripturis, & non solum iusti, sed iusti in
 cõspectu Dei: iuxta illam iustitiam appellantur
 iusti, iuxta quam supra dictum est: Septies in die
 cadit iustus, & resurget. Et iuxta quod iniquitas
 iniqui non nocebit ei, in quacunq; die conuer-
 sus fuerit. Denique & Zacharias pater Ioannis,
 qui scribitur iustus, peccauit in eo, quod non cre-
 didit, & statim silentio condemnatur. *Tom. 1. Ep-
 istola 46. ad Rusticum, cap. 4. p.*

CONCEDO & nuptias esse donum, sed inter
 donum & donum magna diuersitas est. Deniq;

& Apostolus de eodem post incestum pœniten-
 te, è contrariò, inquit, Donate ei, & consolamini:
 & si cui quid donastis, & ego. Ac ne putaremus
 donum hominis esse contemnendum, addidit:
 Nam & ego quod donauit, si quid donauit propter
 vos, in persona Christi. Diuersa sunt dona Chri-
 sti, vnde & Ioseph in typo eius variam habet tuni-
 cam, & in Psalmo 44. legimus: Astitit regina à
 dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata vari-
 etate. Et Petrus Apostolus. Sicut dispensatores
 ait, multiplicis gratiæ Dei, quod significantius
 Græcè dicitur *ποικιλίας*, id est, variæ *Tom. 2. libr. 1.
 contra Iouianum, cap. 4.*

**Articulus XIII. Pœnitentiã differen-
 dam non esse.**

CLEMENTIA Dei, nõ nostra duritia, dum &
 post tanta scelera nos prouocat ad salutem,
 & ne hic quidem volumus ad meliora cõuerti. Si
 reliquerit, inquit, vxor virum suum, & alij nupse-
 rit, & voluerit postea reuerti ad eum, nunquid sus-
 cipiet eam, & non detestabitur? Pro quo scriptū
 est iuxta Hebraicam veritatem, quod in Græcis
 & Latinis Codicibus non habetur: Et tu reliqui-
 sti me: tamen cõuertere, & suscipiam te, dicit Do-
 minus. Esaias quoque in eundem sensum iisdem
 penè loquitur sermonibus: Conuertimini, qui
 profundum consilium cogitatis, & iniquum si-
 lij Israel: reuertere ad me, & redimam te. Ego
 Deus, & non est alius præter me, iustus & Salua-
 tor non est absque me. Reuertimini ad me, & sal-
 ueritis, qui estis in extremis terræ. Recordamini
 horum, & ingemiscite, & agite pœnitentiã qui
 erratis. Conuertimini corde, & mementote prio-
 rum à sæculo, quoniam ego sum Deus, & non est
 alius absque me. Scribit & Joel: Conuertimini ad
 me ex toto corde vestro, in ieiunio & lachrymis,
 & planctu scindite corda vestra, & non vestimen-
 ta vestra. Misericors enim & miserator est Do-
 minus, & agens pœnitentiã super malitijs. *Tom. primo,
 Epistola quadragesima sexta ad Rusticum, cap. 3.
 tertio. p.*

SAMUEL quondam iugebat Saulem, quia pœ-
 nituerat Dominum, quod vnisset eum Regem
 super Israel, & Paulus Corinthios, in quibus au-
 diebatur fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec
 inter gentes quidem flebili voce commonebat,
 dicens: Ne cūm rursus venero, humiliet me De-
 us apud vos, & lugeam multos ex eis, qui antè
 peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super
 immunditijs, quas gesserunt in impudicitia, &
 fornicatione. Si hoc Propheta, & Apostolus, nul-
 la ipsi labe maculati clementi in cunctos mente
 faciebant, quantò magis ego ipse peccator in te
 debeo facere peccatore, qui non vis erigi post rui-
 nam, nec oculos ad cœlum leuare, sed pro diti-
 patris substantia, porcorum filiquis delictaris, & su-
 perbie prærupta conscendens præceps laberis in
 profundum? Deum ventrem vis habere pro
 Christo, seruis libidini gloriaris in carne, & con-
 fusione tua, & quasi pinguis hostia, in mortem
 propriam faginatis, imitariq; eorum vitam quo-
 rum tormenta non metuis, ignorans quoniam beni-
 gnitas Dei ad pœnitentiã te hortetur. Secun-
 dum autem duritiam tuam & cor impœnitens,
 thesauris tibi iram in die iræ. An idcirco in-
 duratur, iuxta Pharaonem cor tuum, qui non sta-
 tim percuteris, & differris diu ad pœnitentiã?
 Et ille dilatus est, & decem plagas, non quasi
 abiurato

*2. Cor. 2.
 Corinthios
 incestuosus
 dimissa cul-
 pa pro pœna
 diu suscipiet
 Gen. 37.*

1. Pet. 4.

*Esai. 31.
 Esai. 45.*

Joel. 2.

1. Reg. 16.

2. Cor. 12.

*Sabinianum
 concubinari-
 um diaconū
 ad pœnitentiã
 celerem
 cobortatur.*

Luc. 15.

Rom. 2.

Exod. 16.

ab irato Deo, sed quasi a patre commone...

Articulus XV. Numerus Quinquagenarius...

QVIA vero quinquagenarius numerus...

MITTUNTUR duodecim Apostoli, & datur eis potestas...

INCERTVS interpres in cap. 6. Marci...

Caput Undecimum De Sacramento Ordinis.

Articulus primus: Ordinem sine sacramentationem...

LEXIQUE nostrorum χειροτονια, id est ordinationem clericorum...

Capitulum X. libri III. De Sacramento extremae unctionis.

Articulus seu propositio unica: Extreme unctionis sacramentum...



ACTVM virum & conuersum ad Dominum...

ex quo vulnere mitigatur tumor: languentia membra quiescunt...

CONSTANTIAE sanctae femine generum & filiam Hilarion...

VNIuersi agricolae atque pastores a venenatis animalibus...

MITTUNTUR duodecim Apostoli, & datur eis potestas...

INCERTVS interpres in cap. 6. Marci...

Caput Undecimum De Sacramento Ordinis.

Articulus primus: Ordinem sine sacramentationem...



LEXIQUE nostrorum χειροτονια, id est ordinationem clericorum...

catio clandestina, clericos ordinet nescientes, sic intelligunt...

catio clandestina, clericos ordinet nescientes, sic intelligunt...

ticeps est eorum iusticiae, qui bonos elegit.

Articulus II. In Ecclesia Catholica hierarchiam esse divina ordinatione institutam...

VT regi, sic Episcopo, imo minus Episcopo, quam regi...

Occurrenti sibi sancto & venerabili Episcopo Isidoro confessore...

NvNQVAM post viri mortem vsque ad diem dormitionis...

Adierant Hierosolymarum & aliarum urbium Episcopi...

Quod si responderis quomodo Lazarus cepit mala in vita sua...

Historia pulchra de Antonio et Dydimo.

fit incidere. Nos licet hoc anno non veneris, tamen non desperamus...

Concurrerant Episcopi, presbyteri, clericorum & Monachorum greges...

CERNIS igitur, quod Episcopus, presbyter & diaconus non eo sunt beati...

Si autem non sunt plurimae mansiones: quomodo & in veteri testamento...

Etzechielis, ubi futurae Ecclesiae & caelestis Hierusalem ordo...

CVR leuitica tribus in terra partem non accipit, sed Dominus pars eius est...

Timendus de his cui etiam elementa...

Mysterium numerum quinquagenarium...

Leuit. 23. Deut. 16. Leuit. 25.

Num. 31.

Luc. 7.

1 Cor. 16. Intra dies quinquagenaria...

4 Reg. 1.

Joan. 8. Mart. 12.

Christus princeps penitentium...

Luc. 6.

Diaconus portitor litterarum...

Catalogus sacerdotum...

Benedictum panem et oleum...

In ordinibus ecclesiasticis non tam nomina...

Similitudo ordinum ecclesiasticorum...

Etzech. 40. 44.

Etzech. 47. Diverfitas ordinum ecclesiasticorum...

Militarum ordinum ecclesiasticis...

Num. 18.

Heb. 9.

Exod. 28. Sacerdotum leuitarum...

Num. 4.

stra & boues accipiunt: maioris ordinis gestant arcam Domini humeris suis. Si tollis ordinem tabernaculi, templi ecclesie, si omnes qui a dextris, sunt corpus vnum, & vt vulgo dicitur & uouo: nequidquam Episcopi, frustra presbyteri, sine causa Diaconi sunt. Ibidem cap. 18. f.

Quod si indignè accipiunt mariti, non mihi irascantur, sed scripturis sanctis, imo Episcopis & Presbyteris, & Diaconis, & vniuerso choro sacerdotali, & leuitico, qui se nouerunt hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali. Tom. 2. in Apologia ad Pammachium cap. 3. f.

Hilarius cum diaconus ab Ecclesia recesserit, solusq; vt putat turba sit mundi, neq; Eucharistiam conficere potest, episcopos & presbyteros non habens, neque baptisma sine Eucharistia: & cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interijt & secta: quia post se nullum clericum diaconum potuit ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotes. Tom. 2. in dialogo contra Luciferianos cap. 8. fol. 202. fac. 1.

A triginta cubitis incipiens, & vsque ad vnum cubitum paulatim decrescens, arca construitur. similiter & Ecclesia, multis gradibus consistens ad extremum diaconis presbyteris, episcopisq; finitur. Ibidem cap. 8.

Mvltr episcopi communionis nostræ & presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nos comprehendere non potueramus, & miserunt ad nos diaconos, & hypodiaconos, quos suscipimus cum gratia & ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem episcopum, & sanctum Theoprobum, vt in Ecclesijs Cypri, quæ iuxta seerant ad meæ autem parochiæ videbantur Ecclesiam pertinere, eò quod grandis esset, & latè patès prouincia, ordinarent Presbyteros, & Christi Ecclesiæ prouiderent. Nunquam autem ego ordinauit diaconissas, & ad alienas mihi prouincias, neque feci quidquam, vt Ecclesiam scinderem. Tom. 2. Epist. 60. ad Iouan. Hierosol. cap. 1. f.

Nonne ante sepulchrum Domini misso archidiacono præcipisti, vt talia disputans conticerec? Quis hoc vsquã presbytero coram plebe imperauit episcopus? To. 2. Epistola 61. ad Pammachium cap. 4.

E seruo clericum factum criminatur, cum & ipse nonnullos eiusmodi clericos habeat, & Onesimum legerit inter Pauli renatum vincula, diaconum cepisse esse de seruo. Tom. 2. Epistola 62. ad Theophilum cap. 2.

Quæ distributiones officiorum, non solum in præsentiarum, sed etiam in futuro sæculo erunt, vt per singulos profectus & honores, ascensiones & descensiones vel crescat aliquis, vel decrescat, & sub alia atque alia potestate, virtute, principatu & dominatione fiat. Et post exemplum terreni regis, totamque palatij descriptionem, per quã diuersa miam inferiorum Dei officia demonstrabã, addidi. Et putamus Deum, Domini Dominorum regemque regnantium, simplici tantum ministro esse contentum? Quomodo archangelus non dicitur, nisi qui prior est angelorum: sic principatus, & potestates & dominationes non appellantur, nisi subiectos aliquos habeant, & inferioris gradus. Sin autem putat idcirco me Origenem sequi, quia profectus & honores, ascensiones, & descensiones, incrementa, & imminutiones, in expositione mea posuiss. sciat multũ interesse, de angelis & Seraphim & Cherubim dicere dæmones &

homines fieri, quod affirmat Origenes, & ipsos inter se angelos diuersa officiorum genera esse sortitos, quod Ecclesiæ non repugnat. Quomodo & inter homines ordo dignitatu ex laboris varietate diuersus est, cum Episcopus & Presbyter, & omnis Ecclesiasticus gradus habeat ordinem suum, & tamẽ omnes homines sunt, sic & inter angelos merita esse diuersa, & tamen in angelica omnes persisterent dignitate, nec de angelis homines fieri, nec rursum homines in angelos reformari. Tom. 2. lib. 1. aduersus Rufinum cap. 6. fol. 238. fac. 1. m.

Quæ sunt rogo, inimicitia contra Deum, si tunicam habuero mundiore, si Episcopus, presbyter, & diaconus, & reliquus ordo Ecclesiasticus in administratione sacrificiorum cum cædida veste processerint? Tom. 2. lib. 1. dialogorum aduersus Paganos. cap. 9. fol. 277. fac. 1.

Miror autem te vnum protaxisse in medium, cum omnis mundus his ordinationibus plenus sit: non dico de presbyteris, non de inferiori gradu: ad Episcopos venio: quos si sigillatim voluero nominare, tantus numerus congregabitur, vt Ariminensis Synodi multitudo superetur. Tom. 2. Epistola 33. ad Oceanum fol. 305. fac. 2.

Ego si fecero, si dixero quippiam quod reprehensione dignum est, de sanctis egredior, & polluo vocabulum Christi, in quo mihi blãdior: quanto magis Pontifex, & Episcopus, quem oportet esse sine crimine, tantarumque virtutum, vt semper moretur in sanctis, & paratus sit victimas offerre pro populo, sequefer Dei & hominum, & carnes agni sacro ore conficiens: quia sanctum oleum Dei sui super eum est. Tom. 3. Epistola 128. ad Fabiolam fol. 365. fac. 2.

Porrò qui in aduentu Christi & Romano imperio prophetiam differunt: quinque ciuitates vel legem Domini quæ in Alexandria primum interpretata est, vel quinque Ecclesiæ ordines episcopos, presbyteros, diaconos, fideles, catechumenos sentiunt: Aut certè spirituale legis intelligentiam: de qua & Apostolus ait: Volo, quinque verbis loqui in ecclesijs in sensu meo, quam decem millibus verborum in lingua, & quod vna quinque ciuitatum appellatur ciuitas solis, vnde dicitur iustitiæ, in cuius pennis est fanitas. Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 19. Esaiæ fol. 54. fac. 2.

Si quando reges iuda, quæ interpretatur confessio, & principes eius, & sacerdotes, & populi, Episcopi videlicet & presbyteri & diaconi, & vultus vile, atque ignobile, contra sanctum virum confurgere voluerint, habeat fidei firmitatem & timere desinat: quia Domino auxiliante superabit. Tom. 4. lib. 1. Commen. in cap. 1. Hieremia fol. 232. fac. 2. f.

Quid auro, quod metallis cæteris prægeminet, nisi excellentia sanctitatis: quid colore optimo, nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur: quid per sanctuarij lapides, nisi sacrorum ordinum personæ signantur: quid enim græco eoloquio πλάτος: latitudo dicitur profecto à latitudine plateæ sunt vocata. Per semetipsam verò dicit veritas. Lata & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem. Aurum igitur obscuratur, cum terrenis actibus sanctitatis vita polluitur. Color optimus commutatur: cum quorundam qui agere religiose credantur, æstimatio ante acta minuitur. Nam cum quilibet pro sanctitatis habitu terrenis actibus inserit: quasi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia despecta palle-

Colectio de distributione inter angelos & inter Dei ministros ecclesiasticos.

Totus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum candida veste procedit.

Magnam. titulo ministrorum ecclesiæ.

Tit. 1. Episcopi & Pontificis officium.

Quinq; ecclesiæ ordines sic nominantur.

1. Cor. 14.

Episcopi ordines ministratur.

Sacruarij lapides personarum sacrarum ordinum.

Matt. 7.

Ecclesiastici secularibus inhærent & bene.

pallefcit. Sanctuarij quoq; lapides in plateas dispersuntur, cum causa secularium foras lata itinera expetūt hi, qui ad ornamenta Ecclesiæ internis mysterijs, quasi in secretis sanctuarij vacare debuerant. Ad hoc quippè sanctuarij lapides fiebāt, vt intra sancta sanctoru in vestimento summi Sacerdotis apparerēt. Cum verò ministri religionis à subditis honorè redemptoris sui, ex merito vite non exigunt, sanctuarij lapides in ornamento Pontificis nō sunt. Qui nimiru sanctuarij lapides dispersi per plateas iacent, cum personæ factoru ordinu voluptatum suaru latitudini deditæ terrenis negotijs inhærent. Et notandum quod nō hos dispersos in plateis, sed in capite platearum dicit: quia cum terrena agunt, summi videri appetunt, vt & lata itinera teneant ex voluptate delectationis, & tamen in platearum sint capite ex honore sanctitatis. Nihil quoq; obstat, si sanctuarij lapides, eosdem ipsos, quibus constructum sanctuariu existebat, accipimus: qui dispersi in capite platearu iacent, quando sacrorum ordinum viri terrenis actibus ex desiderio inseruiunt: ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare videbatur. Sæcularia itaq; negotia aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam verò ex amore require dantur cum mentem diligentis aggrauant, hæc suu victam pondere ad ima de cœlestibus mergant. Tom. 4. lib. 3. Com. in cap. 4. Lamentat. Hieremia.

Fili Syon incliti & amici auro primo, &c. Ad eundẽ sensum hæc sententia pertinet ad quẽ superior: quod filij Ecclesiæ qui incliti fuerunt Christiana religione, & ornati sapientiæ fulgore, & decore virtutum, nunc emolliti carnalibus desiderijs & terrenis cupiditatibus tabefacti, vasis testis comparentur, quæ dominicæ correptionis virga in futuro examine conterens frangat, & ad nihilum rediget: taliter vt nō inueniri possit fragmentum testæ, quo igniculus ferri possit de incendio. Tom. 4. lib. 3. Commentariorum in cap. 4. Lamentat. Hierem. fol. 324. fac. 1.

Quidam spirituales alas terræ, quibus ad cœlestia, subuolamus, quatuor ponit genera credentium, domum Aaron, & domum Leui, & domum Israel, & timentes Dominum. De quibus Psalmista canit: Domus Israel benedicite Dominum: domus Aaron benedicite Dominum, domus Leui benedicite Dominum: qui timentis Dominum, benedicite Dominum, benedicite Dominum. In Aaron sacerdotium: in Leui, ædituos & ministros: in Israel cunctum populum, in timentibus Dominum, proselytos intelligens. Tomo quarto, libro secundo Commentariorum in caput septimum Ezechielis.

Quidam ridiculè (si tamen quod legimus est dicendum) gubernatores Episcopos hæreticoru, consiliatores Presbyteros, prorctas archidiaconos, remiges atque nauas diaconos, interpretantur, vectores verò ad cunctum populum referūt: quod si addidissent nauclerũ diabolum, implefent tragediam. Qui omnes eiulabunt pariter, & fiebunt amarissimè, & agent pœnitentiam, postquam naufragium senserint nauis suæ, & in terra steterint: omnemque decorem falsi nominis scientiæ amiserint: & pro gaudio atque latitia in cordis amaritudine pœnitentiam macerore signauerint. Tom. 4. lib. 8. Commentariorum in cap. 27. Ezechielis. fol. 416. fac. 2.

Cum iuxta Hebraicum perspicuum sit, iuxta Lxx plurimam obscuritatem habet, quomodo

Ezechiel ingressus sit, vt vngeret ciuitatem: ad cuius prophetiam comminationemq; ceciderit: nisi fortè illud dicamus: quod correptio, prophetæ sit vnctio ciuitatis, & vnctio olei exultationis sacerdotalis & regij: quod qui libèter receperint, & audire voluerint, efficiuntur vncti Domini: de quibus scriptũ est: Nolite tangere Christos meos: & in Prophetis meis nolite malignari. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 43. Ezech. fol. 469. fac. 2.

Et iuxta litteram, omni generi electo & regali, & sacerdotali (quod proprie ad Christianos refertur, qui vncti sunt oleo spiritali, de quo scriptum est: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis) hæc præcepta conueniūt, vt morticinium non comedat tam de auius, quàm de pecoribus, cuius nequaquam sanguis effusus est, quod in Actibus Apostolorum dicitur suffocatum: & quæ necessario obseruanda, Apostolorum de Hierusalem epistola monet: & captum à beltia, quia & ipsum similitè suffocatum est: & condemnat Sacerdotes qui in turdis, ficculis, gliribus, & cæteris huiusmodi hæc auuiditate gulæ non custodiunt. Tom. 4. Com. in ca. 44. Ezech. fol. 478. fac. 2.

Ad præsens tempus & ad Ecclesiam, quæ nunc laborat in mundo, & ad cœlestia ire festinat, referenda sunt omnia: vt de vniuerso mundo eligatur, alij in possessionem Dei, qui sanctum possideant, alij qui ad maiora profecerint, teneant sancta sanctorum. In ministris quoque ordo diuersus est Sacerdotum & Leuitarum: quorum alij orationibus suis atque virtutibus quotidie sacrificia offerunt Deo: alij in secundo & minori gradu sunt, vt eis ministrent & per eos, qui ad virtutum culmina conscenderunt, & ad extremum sit Dux siue Princeps, qui tantum possit, vt contra vnã tribum possessionem accipiat: Vniusque meritum compenset merita plurimorum: & primum dum versatur in sæculo, de mari vsque ad mare latitudinem possideat: Deinde ab Occidente, siue à mari vsque ad Orientem: vt præsentia derelinquens ad futura festinet, & habeat certam possessionem suam, & nequaquam Principes aliena desiderent, vt vnaqueque tribus suam partem teneat. Quod proprie ad Episcopos & Presbyteros referri potest: quibus dicitur: non vt vastent atque depoulerunt ultra populum Dei, nec terram Israel hæreditate possideant: sed vnusquisque habeat possessionem suam, quæ gradui illius constituta est. Viginti quinque autem millia referuntur ad sensus, quæ quater posita sunt. Porrò decem millia ad perfectam scientiam, vt in altero simplex tantum teneatur historia, in altero etiam de Theologia & superius virtutibus disputetur: quia decennarius profectus est numerus. Illud quoque considerandum, quod Sacerdotes qui in maiori gradu sunt constituti, viginti quinque millia possideant in longitudine, & decem millia in latitudine. Leuitæ autem, id est, inferior gradus, eundem quidem numerum habeat in longitudine, hoc est, viginti quinque millia: sed latitudo ipsorum quinario numero finiatur. Vndè & viginti tantum teneant gazophilicam, in quo numero offeruntur munera Esau. Princeps verò qui verè Princeps est in populo & meretur Ducis nomen accipere, hinc inde accipit possessionem sanctuarij ex omnibus videlicet, qui ex voluntate subiecti sunt: & vrbs habitator est, multorumque salutem suam

Ceremonia ordinis vnctio olei.

Psal. 104.

1. Petr. 2. Christiani vncti oleo spiritali.

1. Petr. 13.

In ministris ordo diuersus sacerdotum & Leuitarum.

Episcoporum & Presbyterorum fines.

Genes. 33.

Par. 15.

Præter cho- rum sacerdo- tibus et Leui- ticus.

Exercitiu- la habent ve- ra sacramen- ta.

Exerciti- quia sacerdo- te suo habet neque habet etiam eccle- siam.

Arca et ec- clesie in gra- tibus diuersis similitudo.

In ordinati- onibus suis di- stincti paroc- hiaru et pro- uinciarum.

Archidia- conus.

Episcopi im- periu in pres- byteros.

Veru ordina- ti ecclesiæ.

Distributio- nes officioru inter homi- nes et ange- los.

Separata Sa-
cerdotii pos-
sio.

Principi in-
fuita posse-
sio.

Præcipuis
Pontificis
Christi dicitur,
id est,
vbi.

Par. 25 &
26.
Dauid in cul-
tum Dei Le-
uitarum ordi-
nes & organo-
rum repe-
rii varia-
tes.

Esaie 41.
1. Tim. 3.

Iudices do-
mus Israel
Episcopi,
Presbyteri,
Diaconi.

Præter gene-
ra Christi
6.

1.
Psal. 104.

2.

Exod. 10.

3.
Leuit. 8.

1. Reg. 16.
4. Reg. 9.
1. Reg. 19.

4.

suam mercedem facit. In priori templo quod dicitur sanctuarium, quingenti per singula latera calami describuntur, & rursus quinquaginta cubiti: quibus omnis Sacerdotum possessio separatur. In secundo autem sanctuario, vbi sunt sancta sanctorum latitudo templi & spatium non describitur, sed incertus numerus est. Quod quidem & in possessione Principis inuenimus: qui absque vilo numero habet possessionem in populo Israhel, dum profectus vniuersorum redundat ad Principem, & discipulorum salus, præmium magistrorum est. Tom. 4. lib. 13. Comment. in cap. 45. Ez. 4. fol. 479. fac. 2.

Sicut autem necesse est nos dicere, quod sentimus, iuxta aliam expositionem, quæ in præsentia versatur lectione, in eo quod Angelus ait: ab exitu sermonis, ut respondeatur, & ædificetur Hierusalem, vsque ad Christum ducem, non alios arbitramur quam Principes, qui post hanc prophetiam, & reuerentiam de Babylone Iudaico populo præferunt: hoc est, & Pontifices, quos Christos ab eo quod vñcti sunt Scriptura cognominat: quorum Princeps fuit Iesus filius Iosedech Sacerdos magnus, & qui fuerunt vsque ad aduentum Domini Saluatoris. Tom. 4. lib. 1. Comment. in cap. 9. Daniel. fol. 516. fac. 1.

Quia cum hæc passuri estis, nunc dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis mollibus: ut somno libidinem copuletis. Qui comeditis non ad repellendam famem, & ad sustentandum corpus humanum: sed ad delicias atque luxuriam: ut quicquid in gregibus: & in armentis tenerum atque pingue est: vestra gulæ paretis: quibus non sufficit libido penis & gutturis & æstuantis cibus aqualiculi, nisi & tybiarum & psalterij & liræ cantica aures vestras mulceatis, ut quod Dauid fecit in cultum Dei, Leuitarum ordines & organorum reperiens varietates, vos ad voluptatem & luxuriam conferatis. Tom. 5. lib. 3. Comment. in cap. 6. Amos. fol. 113. fac. 2.

Si quis hæc quæ de Hierusalem dicuntur, & de Sion, ad Ecclesiam transferat (ipsa est enim domus Iacob, & domus Israhel, secundum illud quod in Esaia scribitur: Iacob puer meus suscipiam eum: Et illud ad Timotheum: Ut scias quomodo te oporteat in domo Dei conuersari quæ est Ecclesia) iste liquido prouidebit, quod Principes domus Iacob, & reliqui de domo Israhel (siue ut melius in Hebræo scriptum est: Iudices domus Israhel) non sint alij, nisi Episcopi, Presbyteri, & Diaconi: Qui nisi omni custodia seruauerint cor suum, abominantur iudicium, & vniuersa recta peruertunt. Tom. 5. lib. 1. Comment. in cap. 3. Michæa. fol. 154. fac. 1.

PRIMUM videamus quot sint genera Christorum, & postea tractabimus, quomodo egressus Dominus in salutem Christorum suorum. Christi in veteri testamento dicebantur & Patriarchæ: de quibus scriptum est in Psalmis: Corripuit Reges pro eis: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et in primo Paralipomenon libro, omnes qui de Aegypto egressi sunt, Christi vocantur. Christum quoque in Exodo sacerdotale conficitur: quo postea Sacerdotes in Leuitico referuntur vñcti. Est & aliud vnguentum, quo Reges vnguntur in regno, quod in duo scinditur: Si enim Dauid est, & Salomon, id est, fortis manu & pacificus, cornu vngitur. Si vero Iehu & Azahel sunt, perfunditur len-

ticula: vas autem fictile sic vocatur, id est, p. 2. Sed & Cyrus Persarum Rex atque Medorum, qui de captiuitate populum relaxauit (licet multi errēt & de Domino saluatorē scriptū putent) audit per Esaia: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro: cuius tenui dexteram: vt audiret coram eo gētes, &c. Et ad extremum dicitur: Tu autem non cognouisti me: quod de Saluatore nefas est intelligere. Est vnguentum propheticum, quo præcipitur Elia, vt Heli sgu vngat in Prophetam. Et super omnia vnguentorū genera, est vnguentū spirituale, quod vocatur oleū exultationis: quo vngitur Saluator, & dicitur ad eū. Propterea vñxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Participes autem eos puto, ad quos loquitur & Ioannes. Et vos vnguentū habetis à sancto. Et post modicū: Hæc scripsi vobis de his qui seducūt vos: & vos christum quod accepistis ab eo maneat in vobis: Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed ipsum Christum docebit vos, de omnibus, & verum est, & non mendaciū, & sicut vos docuit, manete in eo. To. 5. cō. in c. 3. Habacu. fol. 201. fa. 2.

SYFFICIT leproso, vt post primum vnguentum perditum vngatur secundo: sed super eo, qui per dies singulos proficit, & semper eius augetur vñctio, & de leprosi oleo migrat ad oleum populi atque sanctorum, & de oleo populi ad oleum peruenit Sacerdotum, à Sacerdotibus transcendit ad Christum Pontificis: à Pontifice quoque ad Regem, à Rege ad Patriarchas, & à Patriarchis pergit ad Christum, & vngitur oleo exultationis: quo qui fuerit linitus, vnus cum Deo efficitur spiritus, & vbi pater & filius est, ibi etiam ille erit. Verum hoc rarum est, & sunt vota credentium. Ibidem, folio 202. fac. 1.

LEGIMVS in Exodo, quomodo conficiatur vnguentum Sacerdotale. Deinde legimus quomodo aliud vnguentum quo vngentur Reges. Erat aliud vnguentum, quo vngentur Prophetæ. Et quid plura loquar? Omnia vnguenta habebant diuersitates & mysteria sua. Miramur de sanctis? Leprosus postquam mundatus fuerit: postquam hyssopo fuerit aspersus, & sanguine gallinæ, & dimittitur vna gallina in eremum, & ipse habet vnguentum proprium. Non sanctificatur aliquid, nisi per vnguentum. Propterea dicunt & ad adolescentulæ in Cantico Canticorum: Vnguentum exinanitum nomen tuum. Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Pulchrè dixit, in capite quod descendit in barbam Aaron. Barba virilitatis indicium est. Mulierem enim & virum hoc ligno natura distinguit. Barba igitur virilitatis indicium est. Caput ergo diuinitas dicitur, hoc est, Deitas. Barba verò virum indicat: vt inquit, perueniamus in virum perfectum, qui est Christus. Vide ergo quid dicat: Sicut vnguentum, sicut benedictio vnguenti de capite. hoc est, de diuinitatis sermone descendit in barbam, descendit in virum perfectum, qui est Christus, & postea descendit ipsum vnguentum in oram vestimenti eius: sic benedictio & ros montis Hermon descendit in montem Sion. Vnguentum enim hic pro benedictione ponitur. Tomo septimo Commentariorum in Psalm. 132. fol. 166. fac. 1.

ET circundabo, inquit, domum meam, hoc est, Ecclesiam, ex his qui militant mihi, id est, ex his qui mihi seruiūt in varijs ministerijs, & ad meum imperium

diuersa vnguenta habent diuersa mysteria. Nihil sine vnguento sanctificatur.

caus. 1.

vnguentum pro benedictione posuit

In varijs ministerijs, & ad meum imperium

1. Reg. 19.

Propheta et
sancti Dei
oculi.
Ecclesie se-
curitas.

Quattuor tri-
bus habet
privilegia
dignitatis.
Ex tribus
autem est ordo
sacerdotum

Can. 6.

3. Reg. 17.

Can. 8.

Ordo grano-
rum malis
nisi igni
cat gradus
et membra
totius corpo-
ris per singu-
la officia di-
stribua.

Omnia ordo
Ecclesiæ
sunt quomo-
do constructio-
nem.

Ex ordines
et ministeria
veteris
testamenti
nominantur.

De traditio-
nibus He-
bræorum qua
dam secreta
provisi Pau-
lus.

imperium huc illucque, discurrunt, euntes & reuertentes: Sicut circūdabo domum meam angelorum perfidio, denique & in alio loco scriptum est: Im mit tet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: vt non sit, qui vadat & reuertatur: hoc est, qui insidias meo populo molitur. Nec transibit super eum vltra exactor: de quo dicit Esaia: Cessauit exactor: vel certè exactor, id est, foras educens, & vinctos in captiuitatem trahens, quia oculis suis (quos prophetas & omnes sanctos intelligere possumus) vidit Dominus vocatiōnem gentium, & Ecclesiæ securitatem. To. 5. lib. 2. Com. in cap. 9. Zacharia. fol. 154. fac. 2.

IN Dauid regia tribus accipitur, hoc est, Iuda: Nathan prophetæ ordo describitur. Leui refertur ad sacerdotes, ex quo ortū est sacerdotium. In Semei doctores accipiuntur: ex hac enim tribu magistrorū agmina pullularunt. Reliquas tribus tacuit, quæ non habent aliquod priuilegium dignitatis. Tomo quinto lib. tertio Comment. in cap. 1. Zacharia. fol. 266. fac. 2.

DICAMVS & iuxta Lxx. p. 2. v. appellatur, nō vna arbor malorū granatorum. i. mali punici, sed locus his arborib. confusus: de quo iuxta intelligētiam spirituale sponsum dicit in Cantico canticorū: Descendi, vt viderem in genimine torrens, si florisset vinea, si florissent mala punica. Descendit enim Saluator ad torrentem huius sæculi, & turbidas aquas (de quib. in typo eius Helias bibisse describitur, vt post flores vineæ & mali punici fructum vtrumque susciperet, & inebrians Ecclesiam suam, audiret ab ea. Potabis me de vino vnguentarij, de vino malorum. Huiusmodi potio non solum æstus stomachi fugat, sed & corruptum ventrem sanare dicitur, & reliquis prodesse visceribus. Nihil hoc poma pulchrius: in rubore, Ecclesiæ significat verecundiam, in granorum ordine, gradus & membra totius corporis per singula officia distributa. Ibidem.

SI Remmon malogranatum accipere volumus (vtrūque enim apud Hebræos interpretatur) hoc dicamus, quod fines Ecclesiæ de collibus incipiant, vt omnis ordo Ecclesiasticus constituitur: de quo supra diximus, quando interpretati sumus planctum vnguenti, & planctum sicut Adadrimon. Nec hoc est Ecclesia sine contenta: sed peruenier vsque ad austrum in luce plenissima, super quo dudum exposuimus. Et nūc idcirco reticemus, ne eadem sapius inculcantes lectori sumus fastidio. Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 14. Zach. fol. 271. fac. 1.

NVLVS in vobis est, vsque ad extremum ministerium: non dico pontifex, non sacerdos, non Leuita, non cantor: sed nec ianitor quidem, & is, qui ignem supponit altari ad cremandum holocausta, qui non à me mercedem accipiat laboris sui. To. 5. Com. in cap. 1. Malach. fol. 277. fac. 2.

POST hæc queritur, quomodo id, quod sequitur, possit intelligi: Super omnem principatū & potestatem & virtutem & dominationē, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et quidem de dextris ac sinistris, & de sessione iam dictū est. Nunc querendū vbi Apollolus hæc quattuor nomina principatū loquitur: & potestatem, virtutem & dominationē scripta repererit, & in medium, vnde protulerit. Neque enim fas est eum, qui diuina lectione fuerat instructus, aliquid locutum putare, quod in sanctis voluminibus non habetur. Arbitror itaque: illum, aut de traditionibus Hebræorum, ea quæ secreta

sunt in mediū, protulisse, aut certè, quæ quasi iuxta historiā scripta sunt cū intelligeret legē esse spirituale, sensisse sublimius, & quod de regibus atque principibus ducibus quoque, tribunis & centurionibus, in numeris & in regnorū libris refertur, imaginē aliorū principum regumque cognouisse. Quod scilicet in cælestibus, sint principatus, sint potestates, sint dominationes atque virtutes, & cetera ministeriorum vocabula, quæ nec nos possumus nominare: nec ipsum Paulū puto, vt in graui corpulculo constitutum enumerare valuisse. Si autem sunt principatus & potestates & virtutes & dominationes, necesse est, vt & subiectos habeant, & timentes se, & seruientes sibi, & eos, qui sua fortitudine roborentur. Quæ distributiones officiorum non solum in præsentiarum, sed etiam in futuro sæculo erunt, vt per singulos profectus & honores & ascensiones & descensiones, vel crescat aliquis vel decrescat, & sub alia atque alia potestate, virtute, principatu, & dominatione fiat. Nos homunculi cōditi in cinerē & puluerē dissoluendi, si cōsensu hominum leuemur in reges, tantas habemus ministrorū diuersitatas, & multitudines, quantas facilius possumus sentire, quā dicere: Verbi causa, quod præfectus in parteciuili, iudices, prouincias, & ordinē suum habeat: rursus militia, in tot comites, duces, tribunos, & multiplicem scindatur exercitum, & putamus Deum, Dominum dominorum, & regem regnantium simplici tantum ministerio esse contentum? Tom. 6. lib. 1. Comment. in cap. 1. ad Ephesios. fol. 166. fac. 1.

QUAERITVR quæ ob causam & in cælis ab eo omnis paternitas appellatur. Quo modo nos, qui non sumus de genere Abraham, si fidem illius habuerimus, filij vocamur Abraham, patriarchas quoque & prophetas, si tamen nos, ab eis peccata non separant, nostros patres dicimus: Ita puto & angelos, ceterasque virtutes habere principes sui generis in cælestibus, quos patres gaudeant appellare. Archangelus enim, nisi angelorū dici non potest: & dominatio & principatus, & potestas, nisi inferiores subiectos habeant, non vocantur. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 3. ad Ephesios. fol. 75. fac. 1.

MEMOR eorum, qui in Ecclesijs sunt, te segnitè agente sic viuat, vt se putet esse meliorem. Qualis enim edificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem. Vnde non solum Episcopi, presbyteri & diaconi debent magnopere prouidere, vt eunctorum populum, cui præsidet, conuersatione, sermone & scientia præcedant: verum & inferior gradus, exorcistæ, lectores, aditui, & omnes omninō qui domui Dei inseruiūt. Quia vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse, quam clericos. Tomo sexto libro primo, Commentariorum in caput secundum ad Titum, fol. 207. fac. 1. f.

ARTICVLVS III. Per sacram ordinationem dari spiritum sanctum, ac prouide non frustra ab Episcopis dici: Accipite spiritum sanctum.

ILVD dico, quod Episcopi sacerdotes se esse nouerint, nō dominos; honorēt clericos, quasi clericos, vt & ipsi à clericis, quasi Episcopis, honor deferatur. Scitum illud est oratoris Domitij: Cur ego te, inquit, habeā vt principem, cū tu me non habeas, vt fenatorem? Quod Aaron & filios eius, hoc Episcopū & presbyteros esse nouerimus. Vnus Dominus, vnum templum, vnum sit etiam ministerium.

Distributio-
nes officiorū
Ecclesiasticæ
vniuersæ
cum distri-
butione se-
cularium offi-
ciorum.

Minori
ad maius de-
clarat diuer-
sitates ordi-
nans habere
Deum in cæ-
lo & in ter-
re.

Hic nomina
ter ordinem
maiores &
quidam etiā
minores
iuxta ysaie

Contra Sa-
percussionē
Episcoporum.

Aaron typus
episcoporum
presbytero-
rum sicut
nisi typus.

1. Petr. 5. ministerium. Recordemur semper, quid Apostolus Petrus precipiat Sacerdotibus: Pascite eum, qui in vobis est gregem Domini, prouideres non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucrig'atia sed voluntariè, neq; vt dominantes in clerum, sed forma facti gregis ex animo: vt cum apparuerit princeps pastoru, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesijs, tacere presbyteros, & presentibus episcopis nō loqui, quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. Et si alij inquit, Apostolus Paulus, fuerit reuelatum sedenti, prior taceat. Potestis enim per singulos prophetare, vt omnes discant & omnes consolentur: & spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis Deus, sed pacis. Gloria patris est, filius sapiens. Gaudeat episcopus iudicio suo, cum talis Christo elegerit sacerdotes. *Tom. 1. epist. 2. ad Neopotianum cap. 9. p.*

RECORDARE, à quo episcopo diaconus ordinatus sit *Tom. 1. epist. 4. ad Sabinianum cap. 3. f.*

PRŌ nefas, episcopos sui sceleris dicitur habere confortes: si tamen episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaconos, nisi prius vxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam, immo ostendentes quàm sanctè viuât, qui malè de omnibus suspicatur, & nisi pregnantes vxores viderint clericorum, infantesq; de vlnis matrum vagientes, Christi sacramenta non tribuunt. Quid faciant Orientes Ecclesiæ, quid Aegypti, & sedis Apostolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentur, aut si vxores habuerint, mariti esse desistunt? *Tom. 2. aduersus Vigilantium cap. 1.*

EX TITMO ex superioribus pedere quod sequitur. In pigritia & fœcordia magistrorū humiliari Ecclesiæ & culmen eius concidere, & tignā perfusi, supra exposuimus. Nunc ergo de ijdem magistris loquitur. Et quia visus fuerat accusare eos, cur tacerent, & nō vterentur officio magistrorum, & episcopi & presbyteri in ecclesia constituti non laborarent in sermone & doctrina, quod & Titus commonetur vt faciat, & Timotheo precipitur, ne gratiam negligat quam per impositionē manuum acceperat: sed & in eo se estimaret presbyteros & episcopos, vt salutaria acciperent, & vti præceptorēs honorem duplicem quaererent, qui laboratibus in doctrina & sermone deberent. Nunc & contrariō accusat eos, qui loquuntur quidem in ecclesia & docent populos, sed ea docent quæ populum audire delectet, quod peccatores palpent in vitio & strepitus concitent audientium. *Tom. 5. Com. in cap. 10. Ecclesiast. fol. 28 fac. 2.*

Articulus IIII. In nouo Testamento sacerdotes esse qui non baptismo aut sanctificare, sed ordinatione fiant.

QUID desideramus vrbium frequentia qui de singularitate censetur? Moyses vt præset populo Iudaicorum quadraginta annis eruditur in eremo: pastor ouium, hominum factus est pastor. Apolloli de piscatione lacus Genezareth ad piscationem hominum transferunt. Qui tunchabentes patrem, rete, nauiculam, secuti Dominum protinus omnia reliquerunt, portantes quotidie crucem suam, & ne virgam quidem in manu habentes. Hæc dico, vt etiam si clericatus te titillat desiderium, discas quod possis docere, & rationabilem hostiam offeras Christo, ne miles ante, quam Tyro, ne prius magister sis, quàm discipulus. Non est humilitatis mæ, neque menis

ræ, iudicare de clericis & de ministris Ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. habeant illi ordinem & gradum suum: quem si tenueris, quo modo tibi in eo viuendum sit, editus ad Neopotianum liber, docere te poterit. *Tom. primo Epistol. 4. ad Rusticum cap. 3. f.*

EX TAT Alexandri, Hierosolimorum Episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Ecclesiam epistola super ordinationem Asclepiadis confessoris ad Antiochenes, congratulantis eis, in qua ponit in fine: Hæc vobis domini ac fratres scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum virum illustrem, & probatum: quæ vos quoque scitis, & nunc plenius recognoscetis, qui cum huc venisset iuxta prouidentiam & visitationem Dei, confirmavit & auxit Domini Ecclesiam. *Tom. 1. de vris illustribus in Clement. Alexandrin. folio 125. facie prima.*

Hic Alexandria, dispersa Ecclesia, decimo octauo ætatis suæ anno, κατ'εξέχαστον optus aggressus: postea à Demetrio eiusdem vrbis Episcopo in locum Clementis presbyteri confirmatus, per multos annos floruit: & cum iam mediæ esset ætatis, & propter Ecclesiæ Achaicæ, quæ pluribus heresibus vexabatur, sub testimonio Ecclesiasticæ epistolæ Athenas per Palestinam pergeret, à Theoclyto & Alexandro, Cæsareæ & Hierosolymarum Episcopis presbyter ordinatus. Demetrius offendit animum, qui tanta in eum debacchatus est infania, vt per totum mūdum super nomine eius scriberet. *Tom. 1. de vris illustribus in Origene. fol. 126. fac. 1.*

NESCIAS & Laicos & Clericos vnum habere Christum, nec aliū Neophytis, aliū Episcopis esse Deum? cur ergo non recipiat Clericos, qui recipit Laicos penitentes? Lucifer d. Non est Episcopi, ipsum lachrymas fundere pro peccatis, & corpus atrectare Domini. Non est Episcopi ad fratrum genua prouolui, & de sublimi loco Eucharistiam ministrare populo. Aliud est lugere, quod fueris, aliud neglecto peccato in Ecclesia viuere gloriosum. Tu, qui hesternodie sacrilegus, creaturam Dei filium prædicabas, qui quotidie prior Iudeis blasphemiarum lapides in Christum iaciebas, cuius manus sanguine plene sunt, cuius stylus lancea militis fuit, ad vnius horæ conuersionem virginem Ecclesiam aduiter ingrediens? Si peccasse te poenitet, officium deponere sacerdotis, si te non peccasse confidis, permane quod iussisti. *Tom. 2. in Dialogo contra Luciferianus, cap. 1. m.*

ORTODOX. d. Respondebo tibi, & ego sermonibus tuis. Si Laicus errasse te confitetur, quomodo laicus periteuerat? Deponat sacerdotiū Laici. i. Baptisma, & ego do veniam penitenti. Scitipū est enim: Regnum quippè nos & sacerdotes Deo & patri suo scit. Et iterum: Gentē sanctā regale sacerdotium, populum acqulitum. *ibidem cap. 2.*

HILARIVS cū Diaconus de Ecclesia recesserit, solutq; vt putat turba sit mūdū, neq; Eucharistiam conficere potest, Episcopos & presbyteros nō habens, neq; Baptisma sine Eucharistia tradere, & cū iam homo mortuus sit, cū homine pariter interijt & sceta: quia post se nullum clericum Diaconus potuit ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotes. *ibidem cap. 8. p.*

ORDINA VIMVS Diaconū: & postquam ministravit, rursus presbyterum. *Tom. 2. Epist. 60. ad Ioannem Hierosolomytanum cap. 11.*

Sed & illud vehemeter admiratus sum quod meo locutus es clericis, asserens te per sanctum presbyte-

Ordinatio Asclepiadis

Origenes à Demetrio Alexandrinæ vrbis Episcopo in locum Clementis presbyteri confirmatus.

Presbyteri ordinatio.

Laicorum et clericorum discrimen.

Episcopus Eucharistiam ministras.

Officium sacerdotis.

Sacerdotiū Laici est baptisma.

Hæretici nō habent vera sacramenta, neque Episcopos nec presbyteros. Ordinatione sunt sacerdotis.

Episcopi ordinant sacerdotes.

presbyterum & abbatem monachorum Gregorium mandasse mihi, nequenquam ordinarem, & ego hoc pollicitus sum. *ibid. cap. 2. p.*

At contemnis laicos, diaconos atque presbyteros. Potes enim, vt gloriaris & iactas, in vna hora mille clericos facere. *Tom. 2. epistola 61. ad Pamphiliū cap. 2.*

NON eras tam stultus, vt apertè defenderes heresim quam sciebas Ecclesiæ displicere. Noueras te, si hoc fecisses, statim loco mouendum. *ibid. c. 2.*

Si de Pauliniano tibi sermo est: vides eum esse episcopo suo subiectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non vt tuum, sed vt alienum, eius videlicet à quo ordinatus est, quod si hic etiam esse voluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine viuere: quid tibi debet, nisi honorem, quem omnibus debemus episcopis? Fac à te ordinatum idem ab eo audies, quod à me misello homine, sanctæ memoriæ episcopus Paulinus audiuit. Num rogauit te, vt ordinarer? Si sic presbyterum tribuis, vt monachum nobis non auferas: tu videris de iudicio tuo, sin autem sub nomine presbyteri tollis mihi, propter quod faculum dereliqui: ego habeo quod semper habui: nullum dispendium in ordinatione passus es. *ibidem cap. 16.*

At te est coargutum ætatis, qua Paulinianus erat: presbyterum ordinas, & legatū mittis ac socium, tantamque habes fiduciam, vt vbi Paulinianum mentitus es puerum, illuc puerum mitras presbyterum. Itemque Theosebam, Tiriæ Ecclesiæ diaconum, facis presbyterum, & contra nos armas, illiusque in nos abuteris eloquentia. Tibi soli licet Ecclesiæ iura calcare: tu quicquid feceris, norma doctrinæ est: & non erubescis ante tribunal Christi iudicandum tecum Epiphanium prouocare. *ibidem in fine cap. 16.*

Certe ipse, quando episcopus ordinatus est, non multum ab ea, in qua nunc frater meus est, distabat ætate. Vel si hoc in Episcopis licet, in presbyteris non licet, ne per antiphrasin à suo nomine discrepare videantur, cur ipse, aut eius, aut minoris ætatis, & quod his amplius est, ministrū alterius Ecclesiæ ordinauit presbyterum? *Tom. 2. epist. 62. ad Theophyllum. cap. 3.*

ETIAM si ipse eum ordinasset, & sic secreti amator quiescere vellet, ne quidquam exereret. Quod si Ecclesiam scinderet nihil ei deberet præter honorem cunctis sacerdotibus debitum. *ibid.*

QUID facis, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter non faciat? *Tom. 2. epist. 85. ad Eugag. p. 1. m.*

PRO Platone, & pro cæteris diuersorum dogmatum & errorum magistris, nati sunt tibi filij, quos constituisti principes tuos, & fecisti in populis præceptores. Vel certè aliter: O Ecclesia, filij tui, quos genuisti tibi, vertentur in patres tuos, cū de discipulis eos feceris magistros, & in sacerdotali gradu omnium testimonio collocaueris. *Tom. 3. epist. 140. f.*

QUANDO dicit: Assumam ex eis in sacerdotibus & leuitas: ostendit vetus sacerdotium prætermissum, quod tribui Leuiticè debebatur: vbi non est electio, sed ordo naturæ, & series est familiae per posteros descendens. Translato enim sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat & electio ad nos pertineat, quibus nequaquā iuxta sanguinem, sed iuxta merita atque virtutes sacerdotium desertur: qui venient de infidelibus gentium, & gloriam Domini nunciabunt. *Tom. 4. libro 18. Com.*

Hæretici episcopi loco mouendi.

Visitatio episcoporum.

Presbyteri episcopi à quibus sunt ordinati subiecti honorè debent.

ordinatur presbyteri ab Episcopo.

Cunctis sacerdotibus honus debetur. Episcopus in re ordinatio nis est maior sacerdotis.

Ecclesia sacerdotali gradu filios colat, & de discipulis faciat magistros. Sacerdotiū Leuiticum erat per successionem, non frum est per electione Hebr. 7.

mentariorum in caput 66. Esaiæ folio 228. fac. 2.

FINGE aliquem in sacerdotali culmine constitutum, non bene viuere & deturpare operibus dignitatem: Nonne imitatione vitiorum eius laicus frater corrumpitur? Nam & qui vnum de minimis scandalizauerit, mola collo alligata, precipitatur in profundum. Sorores quoque Hierusalem Sodoma & Samaria iustificauerunt: nō quo per se iustæ sint, sed vt diximus, cōparatione peioris. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 16. Ez. ecb. fol. 378. fac. 1.*

POST vrbis Hierusalem subuersionem & captiuitatem populi, ad ducem Israel sermo dirigitur: quem nemini dubium est significari Sedechiam, in quo regnum Israel de stirpe Dauid imperium finitum est. Venit, inquit, tibi dies quæ logo tempore præfinita est in te, & propter te sacerdotium & regnum interijt populi Iudaicorum. Cidarisenim insignis pontificis est: corona, hoc est diadema regis iudicium. Nonne hæc est Cidaris, & hæc corona, quæ nihil fecit iudicio: sed ad imitationē regis Babylonij, quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat? Propterea non semel, nec iuxta Lxx. bis, sed tertio iniquitate ponam tibi in perpetuum: quæ non statim tibi reputata est, sed donec veniat Christus, cuius est iudicium, & tradat ei pater regnū & sacerdotium, vel ecclesiam de gentibus congregatam. Nō enim iudicat pater quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Et in alio loco: Deus ait: iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis. Iste est cui repositum est imperium & sacerdotiū sempiternum: de quo loquebatur & Iacob: Nō deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium. In eo loco vbi nos interpretati sumus: Nonne hæc est: Pulchrè transtulit Symmachus, neque hoc neque illud. Quia enim dixerat: Aufer Cidarim, tolle coronam, subiunxit, neq; hoc neque illud: id est regnum cessabit & sacerdotium. *Tom. 4. lib. 7. Com. in cap. 21. Ez. ecb. fol. 396. fac. 2.*

ADHVC sacerdotibus precipitur. In quibus obseruandum quod non dixerit absolute: & sababata sanctificabūt, vel iuxta Esaiam: Neomenias & sabbatha vestra odit anima mea, sed cū distinctione sabbatha mea. Vnde & in Euangelio scriptum est: Sacerdotes in templo sabbathū violant, & absq; culpa sunt: non sabbatum Dei, sed sabbatum literæ, sabbatum Iudeorum: quod rectè violant qui sunt genus electum, regale, sacerdotale. *Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ez. ecb. fol. 478. fac. 1.*

ET iuxta literam, omni generi electo, & regali & sacerdotali (quod propriè ad Christianos refertur qui vncti sunt oleo spirituali, de quo scriptum est: Vnxit te Deus tuus oleo exultationis præ participi. tuis) hæc præcepta conueniunt, vt morticinū non comedat tam de auiibus quàm de pecoribus, cuius nequaquā sanguis effusus est, quod in Actibus Apost. dicitur suffocatum, & quæ necessario obseruanda, Apostolorū de Hierusalē epistola monet: & captū à bestia, quia & ipsum similitè suffocatum est: & condēnat sacerdotes qui in turdis, ficedulis, gliribus & cæteris huiuscemodi hæc auditate gulæ non custodiunt. *ibid. fac. 2.*

INTELLIGIMVS cuncta quæ referimus ad sensus, hoc est corporis voluptates, quæ visu & auditu, tactu, odore, & sapore capimus, esse prophana, & templi sanctimoniam nō habere, nec sacerdotale esse priuilegium, sed laicæ vilitatis. *Tom. 4. lib. 14. Com. in cap. 48. Ez. ecb. fol. 492. fac. 1.*

Tales sunt hodie ordinationes hæreticorum Clerici vxores in reprehenduntur Ordo hoc loco christi sacramentum vocatur, vt de supra art. eno 1.

Magistri Ecclesiæ Episcopi & presbyteri.

Tit. 2. 3. Tim. 4.

Per impositionē manū conferitur gratia.

Præceptorē Ecclesiæ vti supra reprehenduntur.

Exod. 23.

Luce 5.

Math. 4.

Math. 10.

Sacerdoti duo officia.

Math. 12.

Sacerdotiū iudicium tollendum prædicatur, & substituentur sacerdotium Christi anorum ex gentibus.

1040. 5.

Psal. 71.

Gen. 49.

Esai. 11.

Math. 12.

1. Petr. 2.

Psal. 44.

Act. 13.

Sacerdotale priuilegium præ vilitate Laicorum.

Psal. 86. Ecclesia habet certam tribuum descriptionem mensuram civitatis, possessionis ordinem & plagas tribuum singularum. Sacerdotes primogeniti possident.

NO STRA vrbs quae est civitas magni regis, cuius artifex & conditor est Deus, de qua & Psalmista canit: Nunquid Sion dicit homo, & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam altissimus: aliam habet tribuum in terra sancta descriptionem & mensuram civitatis, possessionis ordinem, & plagas tribuum singularum. Primum enim plaga aquilonis opponuntur tres portae siue exitus civitatis (quorum est primogenitus Ruben) & Iudas regiae stirpis auctor & Levi: super cuius nomine in tabernaculo & sacrorum descriptione nil dictum est: vt primogeniti possident, quasi genus regale & sacerdotale, aquilonis frigora contemnamus. *Tom. 4. lib. 14. Com. in c. 48. &zech. fol. 494. f. 1.*

QV I D autem in eo significet quod ait: Et communis populos multos, & consecrabis Domino multitudinem eorum & robur eorum Domino vniuerse terrae: Legamus numeros. Iesu nauae, & primum regnoru librum, & videbimus quo modo de subiectis gentibus cum vniuersa perierint in ore gladij, aurum & argentum, & tam de hominibus quam de iumentis certus praedae numerus Domino consecratus sit. Deniq; & Achor qui de anathemate Hiericho aliquid est furatus, conturbauit populu, & ex peccato valli nomen, impositum est, Eux Achor: id est vallis tumultus siue turbatum. Vt autem scias iuxta Lxx. interpretes, qui dixerunt consecrabis Domino vniuersae terrae, in bona partem debere accipi consecratione. Theodotio pro multitudine munera transtulit, id est, *δωρα*, quinta editio, emolumetum, id est *ωφέλιμα* Symmachus, lucrum eorum, id est, *τὸ κέρδιον* & *ἀντιπῶν*. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 4. Michae. fol. 158. fac. 2.*

SACERDOTES quoque qui dant baptismum, & ad eucharistiam Domini imprecantur aduentum, faciunt oleum chrisimatis: manus imponunt catechumenos erudiunt: Leuitas & alios constituit sacerdotes: non tam indignetur nobis haec exponentibus, & prophetis vaticinantibus, quam Dominum deprecantur, & studiosè agat, ne de sacerdotibus qui violant sancta Domini esse mereantur. Non enim dignitas & nomina dignitatu, sed opus dignitatis, & principes & iudices & prophetas & sacerdotes saluare conseruit. *Tom. 5. Com. in cap. 3. Sophonia. fol. 218. fac. 2.*

PECVNIA & argentum, praedicatione Euangelij est, & sermo diuinus: qui dari debuit nummularijs & trapezitis, id est, vel ceteris doctoribus (quod fecerunt & Apostoli, per singulas provincias, presbyteros & episcopos ordinantes) vel cunctis credentibus qui possunt pecuniam duplicare & cum vfaris reddere, vt quicquid sermone didicerant opere explerent. *Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Math. canon. 56. fac. 2.*

QV O D autem exceptis duodecim quidam vocentur Apostoli illud in causa est: omnes qui Dominum viderant, & cum postea praedicabat fuisse Apostolos appellatos, vt ad Corinthios scribitur: Quia visus est post haec illis vndecim: deinde visus plus quam quingentis ita tribus simul, ex quibus multi manent vique adhuc: quidam autem dormierunt: deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Paulatim vero tempore procedente, & alij ab his quos Dominus elegerat ordinati sunt Apostoli: sicut ille ad Philippenses sermo declarat, dicens: Necessarium autem existimaui Epaphroditum cooperatorem & commilitonem meum: vestrum autem Apostolum & ministrum necessitatis meae mittere ad vos. Et ad Corinthios

Domino consecratur ex multitudine hominum peculiariter sacerdotes. Iosue 7.

Rom. 2. Sacerdotes ministrant sacramentis, quae hic aliquid nomen dantur.

Apostoli per singulas provincias presbyteros & episcopos ordinant.

1. Cor. 15.

Apostoli vocabulum & quoniam.

Philipp. 2.

de talibus scribitur. Siue Apostoli ecclesiarum in gloria Dei: Silas quoque & Iudas ab Apostolis Apostoli nominati sunt. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Galat. fol. 125. fac. 1.*

LEGIMVS in exordio istius epistolae: Huius rei gratia reliqui te Cretae, vt ea quae deerant corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros sicut ego disposui: vt quia Cretenses nuper crediterant, recedente Paulo & ad alias ecclesias transeunte, non dimitterentur orphani, sed haberent Apostolicum virum, qui ea quae videbantur desesse, corrigeret. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 3. ad Titum. fol. 209. fac. 2.*

O vos doctores Ecclesiarum, distribuite gradus ordinationum canonicè & sanctè: non praemijs corrupti, non personarum acceptione per adulationem decepti. *Tom. 7. in Psalm. 47. fol. 60. f. 1.*

POTES hoc dicere & episcopos sanctus vir: quoniam non ordinabam presbyterum illum, qui mihi obsequeretur, aut propinquum eum: sed eum quem sciebam fidelem. Et iterum idem potest dicere. Quonia omnes clericos meos & laicos fideles habebam. *Tom. 7. in Psalm. 99. fol. 127. fac. 2.*

Articulus V Episcoporum atq; presbyterorum officium esse, sacramenta & Dei verbum administrare.

ESTO subiectus Pontifici tuo & quasi animae paratorem suscipe. Amare filiorum, timere seruatorum est. Si pater sum, inquit, vbi est honor meus? Si Dominus ego sum vbi est timor meus? Plura tibi in eodem viro obseruanda sunt nomina, Monachus, Pontifex, auunculus, qui te iam in omnibus quae sancta sunt docuit. Illud etiã dico, qd Episcopi sacerdotes esse nouerint, nō dominos: honorent clericos quasi clericos, vt & ipsi a clericis, quasi episcopis honor deferatur. Scitum illud est oratoris Domitij: Cur ego te, inquit, habea vt principem, cum tu me nō habes vt senatorem? Quod Aaron & filios eius, hoc episcopum & presbyteros esse nouerimus. Vnus dominus, vnum templum, vnum sit etiam ministeriu. Recordemur semper quid Apostolus. Petrus praecipiat sacerdotibus: Pascite eum qui in vobis est, gregem Domini, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundu Deum: neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in Clerum, sed forma facti gregis ex animo: vt cum apparuerit princeps pastorum, percipiat immarcescibilem gloriae coronam. Pessima consuetudinis est in quibusdam Ecclesijs, tacere presbyteros & praesentibus episcopis non loqui, quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. Et si alij, inquit Apostolus Paulus fuerit reuelatum sedenti, prior taceat. Potestis enim per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes cōsolentur, & spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissentionis Deus, sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat episcopus iudicio suo, cū tales Christo elegerit sacerdotes. *Tom. 1. epist. 2. ad Neopitian. cap. 9.*

DOCENTE in Ecclesia, nō clamor populū, sed gemitus subit cetur. Lachryma auditori, laudatur sint. Sermo presbyteri, scripturarum lectione conditus sit. Nolo te clamatorē esse, & rabulam garulumq; sine ratione, sed mysteriorū peritū, & sacramentorū Dei tui eruditissimum. Verba voluere & celeritate dicēdi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est: At trita frons interpretatur saepe, quod nescit, & cum

2. Cor. 8. Constituebatur ab episcopi per presbyteri per singulas ciuitates.

Gradus ordinationum canonicè distribuendi.

Malach. 1.

Officia episcoporum & presbyterorum.

1. Petr. 5.

1. Coloss. 14.

Modus docendi in ecclesia.

Episcopi mysteriorum & sacramentorum Dei peritus esse debet.

Nesciantque mysteriorum presbyteri quid sit sabbatum deo te inquis, super hac re in Ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante, cogentibus inuitis scire quod nescis: aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiae condemnaberis. Nihil tam facile, quam vult plebeculam, & indoctam concionem, linguae volubilitate decipere: quae quid quid non intelligit, plus miratur. M. Tullius, in quem pulcherrimū illud elogium est: Demosthenes tibi praeripuit, ne esses primus orator: tu illi ne solus: in oratione pro Q. Gallio, quid de fauore vulgi & de imperitis concionatoribus loquatur, attende: ne his fraudibus ludaris. Loquor enim, quae sum ipse nuper expertus. Vnus quidam poeta, nominatus homo per litteratus, cuius sunt illa colloquia poetarum ac philosophorum, cum facit Euripidem & Menandrum inter se & alio loco Socratem atq; Epicurum differentes, quorum aetates non annis, sed seculis scimus esse disiunctas, quantos is plausus & clamores mouet? Multos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul litteras non didicerant. *Ibidem, cap. 10. ad Nepotianum.*

Dalogi imperiti perit ob ignorantiam Chronologia

1. Tim. 3. Episcopi & presbyteri nomina non honorum sed officiorum.

Sacerdotes Domini sacramenta conficiunt.

Et cum alijs persuaserit, sibi quoq; vsurpat scientiam. Praeceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus a me vt exponeret, quid sibi vellent in Luca, sabbatum deo te inquis, eleganter ludit: Docebo te inquis, super hac re in Ecclesia: in qua mihi omni populo acclamante, cogentibus inuitis scire quod nescis: aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiae condemnaberis. Nihil tam facile, quam vult plebeculam, & indoctam concionem, linguae volubilitate decipere: quae quid quid non intelligit, plus miratur. M. Tullius, in quem pulcherrimū illud elogium est: Demosthenes tibi praeripuit, ne esses primus orator: tu illi ne solus: in oratione pro Q. Gallio, quid de fauore vulgi & de imperitis concionatoribus loquatur, attende: ne his fraudibus ludaris. Loquor enim, quae sum ipse nuper expertus. Vnus quidam poeta, nominatus homo per litteratus, cuius sunt illa colloquia poetarum ac philosophorum, cum facit Euripidem & Menandrum inter se & alio loco Socratem atq; Epicurum differentes, quorum aetates non annis, sed seculis scimus esse disiunctas, quantos is plausus & clamores mouet? Multos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul litteras non didicerant. *Ibidem, cap. 10. ad Nepotianum.*

EPISCOPVS & presbyter & diaconus non sunt meritum nomina, sed officiorum. Nec dicitur: Si quis Episcopatum desiderat, bonum desiderat gradum: sed, bonum opus desiderat, quod in maiori ordine constitutus, possit, si velit, occasionem exercendarum habere virtutum. *Tom. 2. lib. 1. contra Iouinianum, cap. 19.*

LVCTFD. Non est Episcopi ad fratrum genua prouolui & de sublimi loco Eucharistia ministra re populo. Aliud est lugere qd fueris, aliud, neglecto peccato in Ecclesia viuere gloriosum. *Tom. 2. in Dialogo contra Luciferianos, cap. 1. f.*

ORO te, vt aut sacrificandi ei licentiam tribuas, cuius baptisma probas, aut reprobos eius baptisma, quem non existimas sacerdotem, neque enim fieri potest, vt qui in baptismo sanctus est, sit apud altare peccator. *Ibid. cap. 2. f.*

HILARIVS cum diaconus de Ecclesia recesserit, solusque vt putat turba sit mundi, neque Eucharistiam conficere non potest, Episcopos & presbyteros non habens, neq; baptisma sine Eucharistia tradere: & cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interijt & sceta: quia post se nullum clericum diaconus potuit ordinare. Ecclesia autem non est, quae non habet sacerdotes. *Ibidem, cap. 8. p.*

ET cum ministraret in sanctis sacrificijs, rursus eum ingenti difficultate tento ore eius, ordinamus presbyterum: & iisdem verbis, quibus antea suaseramus, impulsimus vt sederet in ordine presbyterij. Post haec scripsimus ad sanctos presbyteros monasterij & ceteros fratres, & increpauimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum queri audissem, cur non haberent qui sibi Domini sacramenta conficerent & illum omnes suo poscerent testimonio, & grandem utilitatem in commune monasterij testarentur. *Tom. 2. Epistola. 60. ad Ioannem Hierosolym. cap. 1. m.*

QVAE est haec tanta arrogancia, non respondere de fide interrogantibus tantam fratru multitudinem & monachorum choros, qui tibi in palestina non communicat quasi hostes publicos.

stimare? Dei filius propter vnam morbi da ouem, nonaginta nouem, in montibus derelictis, a lapas crucem, flagella sustinuit, & suis humeris portauit ad caelos baiulans, & patiens delicatam peccatricem. Tu beatissimus Papa, & fastidiosus Antistes, solus diues, solus sapiens, solus nobilis ac disertus, conseruos tuos & redemptos sanguine Domini tui, rugata fronte & obliquis oculis despicias? Hoc est illud, quo Apostolo precipiente, didicisti: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos ratione de ea, quae in vobis est spe? Fingenos occasione querere, & sub praetextu fidei lites ferere, schisma conficere, iurgia concitare. Tolle occasione volentibus, occasione, vt postqua de fide satisfeceris, ad omnes nodos, qui contra te nectuntur, absolueris, tunc liquido omnibus probes, nō dogmatū, sed ordinationis esse certamē. Nisi forte prudenti consilio, ideo de fide interrogatus taces, ne videaris hereticus esse, cum satisfeceris. Omnia ergo crimina, quibus accusantur, homines recutare nō debet, ne postq negauerint, criminosa sint. At contentis laicos, diaconos atq; presbyteros. Potes. n. vt gloriaris & iactitas, in vna hora mille clericos facere. *Tom. 2. Epist. 61. ad Pamach. cap. 2. p.*

IPSV M vero pectus & brachium dextrum datur Aaron & filijs eius legitimu sempiternum a filijs Israel. Sensus in corde est, habitaculu cordis in pectore. Queritur vbi sit anima principale. Plato in cerebro, Christus monstrat in corde: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū videbunt. Et de corde procedunt cogitationes malae. Et quid cogitatis nequa in cordibus vestris? Voluptas & concupiscentia, iuxta eos qui de physicis disputant, consistit in icore. Huius pinnulam in diuersa volitantē, & per oculorū fenestras erumpentē foras, offerunt sacerdotes Deo: vt postqua opere dixerint Deo holocaustum tuū pingue fiat, & concupiscentia libidinis seminariū igni spiritus cremauerint, mereantur accipere premiū, pectus & brachiū. In pectore munda cogitationes, legis notitiam, dogmatū veritatē. In brachio bona opera, & pugna contra diabolū, & armatā manū vt quod mente conceperint, exēplo probent. Iesus enim cepit facere & docere. Ipsum quoq; pectusculū appellatur *καρδιά*, id est, additamentū, siue praecipuum & egregiū: tenupha quippe hoc magis sonat. Ex quo intelligimus iuxta illud Malachiae: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: praecipuum debere esse sacerdotibus legis doctrinae; notitiam & additamento gratia spiritualis, talem virum institui qui possit contradicentibus resistere: & nihil in se sinistri habere operis quod ducat ad tartarum, sed dextrum brachium & separatum, vt opera sacerdotis comparatione virtutum eius a cunctis hominibus separata sint. *Tom. 3. Epist. 1. c. 8. ad Abiolam. fol. 364. fac. 2.*

PLATO in cerebro, Christus monstrat in corde: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū videbunt. Et de corde procedunt cogitationes malae. Et quid cogitatis nequa in cordibus vestris? Voluptas & concupiscentia, iuxta eos qui de physicis disputant, consistit in icore. Huius pinnulam in diuersa volitantē, & per oculorū fenestras erumpentē foras, offerunt sacerdotes Deo: vt postqua opere dixerint Deo holocaustum tuū pingue fiat, & concupiscentia libidinis seminariū igni spiritus cremauerint, mereantur accipere premiū, pectus & brachiū. In pectore munda cogitationes, legis notitiam, dogmatū veritatē. In brachio bona opera, & pugna contra diabolū, & armatā manū vt quod mente conceperint, exēplo probent. Iesus enim cepit facere & docere. Ipsum quoq; pectusculū appellatur *καρδιά*, id est, additamentū, siue praecipuum & egregiū: tenupha quippe hoc magis sonat. Ex quo intelligimus iuxta illud Malachiae: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: praecipuum debere esse sacerdotibus legis doctrinae; notitiam & additamento gratia spiritualis, talem virum institui qui possit contradicentibus resistere: & nihil in se sinistri habere operis quod ducat ad tartarum, sed dextrum brachium & separatum, vt opera sacerdotis comparatione virtutum eius a cunctis hominibus separata sint. *Tom. 3. Epist. 1. c. 8. ad Abiolam. fol. 364. fac. 2.*

EGO si fecero, si dixerō quippiam quod reprehensione dignum est, de sanctis egredior, & poluo vocabulum Christi, in quo mihi blandior: quanto magis pontifex & Episcopus quem oportet esse sine crimine, tantarumq; virtutū, vt semper moretur in sanctis, & paratus sit victimas offerre pro populo, sequester Dei & hominū, & carnes agni sacro ore conficiens: quia sanctum oleum Dei sui super eum est. *Ibid. fol. 365. fac. 2. 3.*

LEUE est ergo doctor Ecclesiasticus, qui lachrymas non risum mouet, qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse scelerem, *Matth. 18. Superciliosus docuit arrogantis Episcopi.*

LEUE est ergo doctor Ecclesiasticus, qui lachrymas non risum mouet, qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse scelerem, *Matth. 18. Superciliosus docuit arrogantis Episcopi.*

LEUE est ergo doctor Ecclesiasticus, qui lachrymas non risum mouet, qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse scelerem, *Matth. 18. Superciliosus docuit arrogantis Episcopi.*

LEUE est ergo doctor Ecclesiasticus, qui lachrymas non risum mouet, qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse scelerem, *Matth. 18. Superciliosus docuit arrogantis Episcopi.*

LEUE est ergo doctor Ecclesiasticus, qui lachrymas non risum mouet, qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse scelerem, *Matth. 18. Superciliosus docuit arrogantis Episcopi.*

LEUE est ergo doctor Ecclesiasticus, qui lachrymas non risum mouet, qui corripit peccatores: qui nullum beatum, nullum dicit esse scelerem, *Matth. 18. Superciliosus docuit arrogantis Episcopi.*

Matth. 18. Superciliosus docuit arrogantis Episcopi. 1. Petr. 3. 2. Cor. 11. Ordinationis certamen de Pauliniano facere B. Hieronymi. Leuit. 78. Leuit. 5. Leuit. 13. Psal. 19. Sacerdotum virtutes. Leuit. 9. 1. Tim. 3. Malach. 2. Legum notitia in sacerdotibus requiritur. 1. Cor. 15. Episcopi officium. Tit. 1.

domus venatorum. To. 4. lib. 9. Com. cap. 28. Etzech. fol. 42. o. fac. 2.

Zach. 2.

Cementarij Ecclesie & populi & propheta.

FVNICVLVS quoque erat lineus siue cementariorum in manu eius, de quo & in Zacharia scriptum est, quod funiculum habuerit Geometricum, vt longitudinem & latitudinem vrbs metiretur. Cementariorum autem, vel angelorum, qui Dei imperio ministrabant, vel Moyfi, & omnium prophetarum atque Apostolorum, qui aedificauit ciuitatem Dei, & adiutores vel ministri sunt Dominice voluntatis. Vnde & Paulus Apostolus loquebatur: Dei agricultura, Dei aedificatio estis. Tom. 4. lib. 12. Com. in cap. 40. Etzechiel. fol. 45. 4. fac. 2. m.

EXISTIMO ex superioribus pendere quod sequitur. In pigritia enim & focordia magistrorum humiliari Ecclesiam, & culmen eius concidere, & tigna perflui, supra exposuimus. Nunc ergo de iisdem magistris loquitur. Et quia visus fuerat accusare eos cur tacerent, & non vterentur officio magistrorum, & Episcopi & presbyteri in Ecclesia constituti non laborarent in sermone & doctrina, quod & Titus commoneatur vt faciat, & Timotheo praecepit, ne gratiam negligat, quam per impositionem manuum acceperat sed & in eo se firmarent presbyteros & Episcopos, vt salutaria acciperent, & vt praecceptores honorem duplicem quaerent, qui laborantibus in doctrina & sermone debetur: Nunc e contrariod accusat eos, qui loquuntur quidem in Ecclesia, & docent populos, sed ea docent, quae populum audire delectet, quod peccatores palpent in vitio, & strepitus concitent audientium. Nonne quando in Ecclesia lasciuuit orator, & beatitudinem & regna caelorum multitudini pollicetur, videtur tibi in risu facere panem & vinum ad letitiam miscere viuientium? Siue quod ipsi qui docent, diuitias & cibos & opes per delectabilia promissa conquirant. Siue quod Ecclesiae panem, qui panis lugentium est & non ridendum (beati quippe lugentes, quoniam ipsi ridebunt) in letitia gaudioque conficiant. Quod autem sequitur: Pecuniae vel argento obediunt omnia, dupliciter accipiendum. Vel ipsos doctores postquam adulatione ditati sunt, regnum in populos exercere. Vel certe quia argentum pro sermone semper accipitur: Eloquia enim Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum: hoc asseuerat, quod eloquentiae & orationi, quae verborum sit fronde composita, facile vulgus cedat ignobile. Aliter: Qui habent apud se sponsum, & propterea lugere & ieiunare prohibentur, in risu faciunt panem. A quo risu nomen Isaac accepit, & in lascitia viuientium vinum praeparant. Omnis itaque vir sanctus qui vt Christus praecipit, magister Ecclesiae est, in risu & letitia panem facit, & vini pocula ministrat in gaudio argentum quoque cui obediunt omnia, quinque illa, de Euangelio, & duo, & vnum patrisfamilias sunt talenta, & decem minae, quae feruis in negotiatione creduntur. Tom. 5. Com. in cap. 70. Becclesia. fol. 28. fac. 2.

Luce 6.

Psal. 11.

Matth. 9.

Leuit. 25.

Magistrorum Ecclesiae vox tuba.

Ose. 6.

TVBARVM buccinarum quae clangorem non solum in Leuitico & Numerorum libro legimus (in quibus iubetur vt duas argenteas tubas faciat Moyses, quibus & in calendis, & in septimo mense, prima die mensis, & in iubilgo, & in ceteris festiuitatibus, & quando ad bella procedunt, canant hi qui huic officio impanati sunt) sed etiam

iam muros Hiericho ad tubarum clangorem scriptum est corruisse: Et Dominus angelum missum se dicit effecum clangore tubae, & Apostolus resurrectionem mortuorum ad tubae sonitum fieri praedicat. Et in Apocalypsi Iohannis quoque legimus, septem angelos accepisse tubas singulas: quibus per ordinem canentibus: facta sunt quae scriptura describit. Praecipitur ergo nunc sacerdotibus, & magistris, vt exalcent quasi tuba vocem suam, & impleant illud quod scriptum est: In montem excelsum ascende qui Euangelizas Sion: exalta vocem tuam qui annuncias Hierusalem: vt canant tuba in Sion, id est, in Ecclesia quas interpretatur specula atque sublimitas. Et in sancto Dei monte, qui Christus est, vt conturbentur siue confundantur omnes salutatores terrae, & confusio eos pertrahat ad salutem. Tom. 5. Com. in cap. 2. Iob. fol. 82. fac. 2. p.

SACERDOTES quoque qui dant baptismum & ad Eucharistiam Domini imprecantur aduentum faciunt oleum Chriftimatis manus imponunt: Catechumenos erudiunt: Leuitas & alios constituunt sacerdotes: non tam indignenter nobis hac exponantibus & prophetis vaticinantibus, quam Dominum deprecantur, & studiosè agant, ne de sacerdotibus qui violant sancta Domini esse mereantur. Non enim dignitas & nomina dignitatum, sed opus dignitatis & principes & iudices & prophetas & sacerdotes saluare consuevit. Qui Episcopatum, inquit, desiderat, bonum opus desiderat. Videte quid dixerit: bonum opus desiderat, non dignitate. Si autem de spectro opere solaspexerit dignitate, cito corruit turris in Siloa, & excelsa cedri fulmine feruntur, & recta ceruix frangitur, & cinis extento collo in sublime se tendens inter immundas volucres computatur. Tom. 5. Com. in cap. 3. Sophonia, fol. 28. fac. 2.

RVR SVM quia datur locus poenitentiae, post immundiciae correptionem, vicesima quarta die sermo Dei fit ad Aggeum Prophetam, vt quasi ex persona Domini quaestione ad sacerdotibus sciscitetur ex lege venientem & dicitur ei: Interroga sacerdotes legem, diceas: Simulque considera sacerdotum esse officij de lege interroganti respondere. Si sacerdos est, sciat legem Domini: si ignorat legem, ipse se arguit non esse Domini sacerdotem. Sacerdotis enim esse scire legem, & ad interrogationem respondere de lege. Quod quidem & in Deutronomio legimus, vt sicubi in vrbus Israel quaestio fuerit exorta inter sanguinem & sanguinem, inter iudicium & iudicij lepram & lepram, contradictionem & contradictionem: eant ad sacerdotes atque leuitas, & ad pontificem, qui in diebus illis fuerit constitutus, & quarant ab eo legem Domini, quibus respondentibus, faciant quod iubentur. Quod si non fecerint, exterminentur de populo. Et ne forsitam in veteri solum instrumento haec praeccepta videantur, loquitur & Apostolus ad Timotheum: Episcopum non solum irreprehensibilem esse debere & vnius uxoris virum, & sapientem, & pudicum, & ornatum & hospitalem, sed etiam doctorem. Et ne casu hoc dixisse videretur: ad Titum quoque super presbyteris (quos & Episcopos intelligi vult) ordinandis eadem cautela seruatur. Propter hoc reliqui te Cretae, vt quae residua erant corrigeres, & ordinares per ciuitates presbyteros, sicut ego praecipi tibi. Si quis irreprehensibilis, vnus uxoris vir, filios habens fideles, non in ac-

cusatione

Matth. 24

1. Cor. 15

Apoc. 8.

Esaia. 40.

Rom. 2.

Officia sacerdotum in ad ministrandis sacramentis.

1. Tim. 3.

Luce. 13.

Officium sacerdotum de lege respondere in vtroque testamento.

Deut. 17.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

zufatione luxuria vel non subiectos. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, sicut Dei dispensatorem: non procacem, non iracundum non vinolentum, non percussorem, non turpis luctri cupidum: sed hospitalem, pudicum, benignum, iustum, sanctum continentem, habentem in doctrina sermonem fidelem: vt possit consolari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi & non subiecti, vaniloqui & seductores, & maxime qui de circuncisione sunt, quibus oportet imponere silentium. Haec prolixius posui, vt tam ex veteri quam ex nouo testamento, sacerdotum esse officium nouerimus, scire legem Dei, & respondere ad ea quae fuerint interrogati. Nec simplicitatem & ciborum continentiam in magistro sufficere, nisi quod ipse facit, possit & alios erudire. Certè quia responsuros puto: hoc eorum esse qui se ab adolecentibus praeparant ad docendum: frequenter autem iudicio Domini & populorum suffragio in sacerdotum simplices eligi. Saltem illud habeant, vt postquam sacerdotes fuerint ordinati, discant legem Dei, vt possint docere quae didicerint, & augeant scientiam magis quam opes, & non erubescant a laicis discere, qui nouerint ea quae ad officium pertinent sacerdotum, magisque noctes & dies in scripturarum tractatu, quam in ratiocinijs & supputatione consumant. Tom. 5. Comment. in cap. 2. Aggai. folio 228. fac. 1.

NOS qui Christi censemur nomine, occidentem relinquimus litteram, & sequimur spiritum viuificantem, imo spiritualia spiritualibus comparamus. Non Bosphorum & liccitatatem rursus maris, & arenia fluena Iordanis quae fabularum similia sunt, sed dignam in seruis Dei clementiam quaerimus. quò praeuente & nobis aperiente viam, transimus maris fretum siue angustum mare, quod peccatoribus latissimum. Lata enim & spaciofa via, quae ducit ad mortem, arcta & angusta, quae ducit ad vitam. De hoc mari & in Psalms legimus: Qui descendunt in mare nauibus, facientes operatione in aquis multis: ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. In hoc mare saeculi (in quo sanctorum numerus contractatur & in tribulatione positus est) descendunt Apostoli, & spiritus Dominus, vt nos de amaribus fluctibus liberaret. In hoc mare sagena Euangelij mittitur, quae testimonijs texta est scripturarum, vt pisces multos & obrutos mundi huius gurgitibus in auram extrahat liberam, vt possint laudes Deo canere. Hi sunt qui descenderunt in mare, & in Ecclesiarum nauibus faciunt opera multa, & Dei cernunt mirabilia in profundo diuitiarum sapientiae & scientiae eius & in spiritu sancto, qui scrutatur etiam alta Dei, quibus Dominus loquitur: Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. De his piscatoribus qui descendunt in mare, & sunt in nauibus Esaias quoque vaticinatur: Volabunt in nauibus alienigenarum, & mare pariter depraedabuntur. In Ecclesijs enim de numero gentium congregatis, toto Apostoli orbe volitarunt, vt depraedarentur mare, & draconis spolia tollerent, qui regnabat in mare de quo scriptum est: Hoc mare magnum & spatiosum nauibus: illic reptilia, quorum non est numerus: Animalia pusilla cum magnis, illic nates pertransibunt: Draco iste quem formasti ad illudendum mei. Latum & spaciosum mare est paruis & magnis animantibus quae cum dracone

versantur, & quorum non est numerus. Qui autem super mare sunt, & in ipso mari volitant in nauibus, audient cum Saluatore: Tu dominaris potestati maris: motum fluctuum eius tu mitigas. Cumque transierint in maris freto, & fluctus eius suo conculcauerint pede, confundentur omnia profunda fluminis, de quo scriptum est: Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: vt humilietur iniuria, siue superbia Assur, & Aegypti a sanctis atque credentibus recedat imperium, & qui liberati sunt, confortentur in Domino & dicant: Fortitudo mea & laudatio mea Dominus. Et iterum: Diligam te Domine fortitudo mea. Et cum Hieremia: Fortitudo mea & auxilium meum & refugium meum Domine Deus meus. Vnde & Apostolus in quo Christus loquebatur aiebat: Omnia possum in eo qui me confortat. Et non solum confortabuntur in Domino sed & gloriabuntur in eo, & dicent: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Et in alio loco: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, neque fortis in fortitudine sua, neque diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriatur, qui gloriatur intelligere, & scire Dominum, & facere misericordiam & iudicium in medio terrae. Tomo. 5. lib. 2. Com. in cap. 10. Zacharia. fol. 259. fac. 1.

DESCRIBITUR ex persona Dei perfecti officium sacerdotis, qualis esse debeat, & qualem eum esse voluerit, qui esse praecipit. Supra enim dixerat: Vt esset pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum, & per Leui Patriarcham peruenit ad pastores, Aaron & Eleazarum Phinees & cetera, qui de eius stirpe generati sunt: Nunc in fine ait: irritum fecistis pactum leui, dicit Dominus exercituum. Ex quo perspicuum est: Omne quod dicitur per Leui, ad sacerdotes, & specialiter ad pontificem pertinere. Legimus in Numeris de Phinees, qui Zamri cum scorto Madianite pugione percussit: Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis requiescere fecit furorem meum a filijs Israel, quoniam emulatus est zelum meum contra eos; & non perdidit filios Israel in zelo meo, sic dicens: Ecce ego do ei testamentum pacis, & erit ipsi & semini eius post eum testamentum sacerdotij sempiterni, pro eo quod zelatus est Deo suo, & exorauit pro filijs Israel. Vita autem testamentum siue pactum, non huius arbitremur quae nobis cum bestijs & cunctis animantibus communis est: sed illius quae dicit: Ego sum vita: Etenim vita nostra cum Christo abcondita est in Deo: de quo possumus dicere, quod & ipse pax nostra sit, Apostolo confirmante: Ipse est enim pax nostra. Dedit ergo Dominus Leui, & per cum posteris eius vt timerent eum: Principium enim sapientiae timor Domini; & a facie eius formidantur siue subtraherent se atque contraherent, mentis formidinem horrore corporis iudicantes: iuxta illud quod scriptum est. Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum & trementem verba mea? Lex veritatis fuit in ore eius, hoc est, doctrina populorum, quae in sacerdote nullo debet mendacio deturpari: sed tota de veritatis fonte pcedere. Et iniquitas non est inuenta in labijs eius, vt imitetur Dominum suum, de quo dicitur: Qui peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius. In pace & aequi-

Psal. 88.

Ibid. 65.

Ibid. 17.

Hier. 16.

Philipp. 4.

Galat. 6.

1. Cor. 1.

Hier. 9.

Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 10.

Zacharia. fol. 259. fac. 1.

Perfessio sacerdotis officij deseruitur.

Numer. 25.

Iohan. 14.

Coloss. 1.

Ephes. 2.

Pr. 9. verb. 1.

Esaia. 66.

1. Pet. 2.

tate

Populorum suffragia in eligendis sacerdotibus olim erant sed ad inuicem vitandam postea sublati. Thryjollo muu.

Apostoli piscatores in huius mundi mare miserunt retia. Matth. 7.

Psal. 106.

Marc. 4.

Matth. 13.

1. Cor. 2.

Matth. 4.

Esaia. 11.

Psal. 103.

tate ambulauit mecum: vt & ipse in se pacem habeat, & ceteros pacificet, nulliusque personam accipiat in iudicio: & idcirco ambulet cum Deo, sicut ambulauit Enoch, qui translatus est à Domino & non inueniebatur. Et multos auertit ab iniquitate. Qui sacerdos est & non corripit delinquentes, sacerdotis officium præterit. Labia sacerdotis custodient scientiam: non dixit proferent, sed custodient: vt loquantur in tempore, dentque conferuis cibaria in tempore suo. Et legem requirent ex ore eius. In Aggæo hoc idem scribitur: Interrogate sacerdotes legem Domini. Ad sacerdotis pertinet disciplinam interrogatum respondere de lege, qui si ignorantiam in ceteris diligentem, in scripturis sanctis obtenderit negligentem, frustra iactat dignitatem, cuius opera non exhibet. Hoc est quod Apostolus Paulus scribit ad Titum: Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Et ad Timotheum: Quoniam ab infantia sacras litteras nosti: quæ te possint instruere ad salutem, vt peccantes coram omnibus arguas. Sequitur: Quia angelus Domini exercituum est. Exponit nomē suum Esdras sacerdos Dei, hoc est, Malachias, quod angelus Domini interpretatur: angelus autem, id est, nuncius, sacerdos Dei verissime dicitur, quia Dei & hominum sequestrer est, cuiusque ad populū nunciat voluntatem, & idcirco in sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina & veritas ponitur: vt discamus sacerdotem doctum esse debere, & præconem Domini cæ veritatis. *Tom. 5. Comment. in cap. 2. Malachia. fol. 279. fac. 2.*

ORDO præcipuus. Insuper Apostolus vt primum doceret vniuersas gentes: Deinde fidei intingerent sacramento & post fidem ab baptismo quæ essent obseruanda præciperent. Ac ne putemus leuia esse quæ iussa sunt & pauca, addidit. Omnia quæcumque mandauit vobis: vt quicumque crederint, qui in trinitate fuerint baptizati, omnia faciant quæ præcepta sunt. *Tom. 6. libr. 4. Com. in cap. 2. Matthæi. fol. 66. fac. 2. f.*

Nec mirum si recedent Apostolo vase electionis, & in quo Christus dominus loquebatur, Galatæ sint mutati: cum etiam nunc cernamus in Ecclesijs id ipsum fieri. Si quando enim doctor quis in Ecclesia contigerit sermone ornatus & vita, qui audientes quali stimulis quibusdam cõciterat virtutes: videmus omnem plebem circa elemosynas, ieiunia, castitatem, susceptionem pauperum, sepulturas, & cetera, festinare, feruere, discurrere. Cum autē ille recesserit, paulatina emarcescere, & interitum sequi omnium, quæ prius vigeant: Quamobrem, quia mensis multa, operarij autem pauci, precemur Dominum mensis, vt mittat operarios ad metendum, qui spicas populi Christiani, quæ stant in Ecclesia futura vritico præparatæ, metant, colligant, & in horrea comportantes, nequaquam perire patiantur. Hoc de eo zelo & emulatione peruersa, de qua & alibi dictum est: Noli emulari in malignantibus, & hic: Aemulantur vos non bene. *Tom. 6. libr. 2. Comment. in cap. 4. ad Galatas. fol. 172. fac. 1.*

POTEST & aliter locus iste interpretari: Paulus Apostolus qui factus fuerat Iudæus Iudæus, vt Iudæos lucrifaceret, & his qui erant sub lege, quasi esset ipse sub lege, & infirmis infirmus, vt infir-

mos lucrifaceret: pro qualitate eorum, quos saluare cupiebat, mutabat vocem suam, & in histrionum similitudinem (factus siquidem est theatrum mundo, & angelis & hominibus) habitum in diuersas figuras vertebat & voces: Non quod id esset quod se esse simulabat: sed quod id tantum videretur esse quod ceteris proderat: Cernit Galatas alia indigere doctrina, alia via debere saluari, non illa qua primum ad Christi fidem fuerant de gentilitate transducti: & compellitur dicere: Vellem nunc esse apud vos, & mutare vocem meam in vobis. Non, inquit, video me prodesse, si ea loquar quæ prius locutus sum: propter quod ignorans quid agam, & in diuersa distractus, laceror, confundor, atque dilanior. Et quo modo medici, cum vim artis suæ in primo viderint nõ valere medicamine, transeunt ad aliud, & tam diu experiuntur, quid prosit pluribus, donec perueniant ad curationem: vt quod per mollitiem alii cuius emplastrum nequaquam sanari valuit, mordaciori puluere, & austeriori curatione sanetur: Ita & ego, quia confundor in vobis, & ignorantia huc & illuc distrahor: vellem litterarum vocem præfens de meo ore proferre, & vos solito seuerior ipse corripere: quoniam Epistola non potest vocem obiurgantis exprimere: non valet irascentis resonare clamorem, & dolorem pectoris apicibus explicare. Potest autem & simplicius intelligi, blandis apud vos modo verbis vsus sum, dicens: Fratres obsecro vos, & filii mei, quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis: sed ego blandus & lenis qui ad vos quasi pater locutus sum, pro ea charitate, qua vos sperire non patior & errare perpetuo, vellem nunc præfens esse, si confessionis me vincula non artarent, & blandam vocem in obiurgantis verba mutare Nec lenitatis est, si nunc blandiar, nunc irascer. Impellit me charitas, impellit me dolor, diuersis affectibus loqui. Nescio enim in quæ primum verba prorumpam, & quo vos debeam sanare medicamine: quia confundor in vobis. *Ibidem. folio 143. facie 1.*

Quin tã Dei opus quã scripturas legere, in Ecclesia prædicare, sacerdotium cupere, ante altare Domini ministrare: Sed & hæc nisi aliquis omni diligentia custodierit cor suum, de cupiditate laudis oriuntur. *Tom. 6. libr. 3. Com. in cap. 5. ad Galatas. fol. 155. fac. 1.*

PAVLVS per singulas Ecclesias vulneribus medetur illatis nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare. *Tom. 6. Proæmio. ad Ephesios. fol. 160. fac. 2.*

Posuit siue dedit pater & filius primo Apostolos, secundo Prophetas, non illos qui futura vaticinentur, quales in veteri legimus testamento, sed qui infideles & imperitos, arguant atque dijudicent. Tales quippe Prophetas noui testamenti in alia Epistola esse definit. Tertio Euangelistas quorum speciosi pedes sunt ad annunciandum pacem. Nec vero putandum, quod sicut in superioribus tribus, alios dixit esse Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, ita & in pastoribus & magistris officia diuersa posuerit: Non enim ait: alios autem pastores, & alios magistris, sed alios pastores & magistris, vt qui pastor est, esse debeat & magister. Nec in Ecclesijs quamuis sanctus sit, pastoris sibi nomen assumere, nisi possit docere quos pascit: Vel certè aliter, vt vnus

Paulus quo sensu histrio.

Paulus quomodo medicos imitatur.

Paulus animum marum medicum.

2. Cor. 11. Aliter Prophetia capitur in veteri aliter in nouo testamento. Rom. 10.

Doctores & pastores rectè conuincunt.

Pastoris & doctoris officia non sunt diuersa.

atque idem præses Ecclesiæ sit pastor & doctor: Pastor ouium magister hominū. Homines quippe & iumenta saluos facies Domine. Arbitror hodie quoque in Ecclesijs, quemadmodum Propheeta & Euangelista, pastor quoque inuenitur & doctor, ita posse & Apostolum reperiri in quo Apostolatus signa & iudicia compleantur. Et è regione esse plurimos tam foris quam intus, tam in Ecclesia quam in hæresibus, qui pseudoapostoli sint & pseudoprophete, & pseudoeuangelista, & pseudopastores, & pseudomagistri. Et de hæresibus quidem nulla dubitatio est, quin secundum falsam fidem falsa vniuersa possideant: In Ecclesijs autem nonne vobis videntur falsi esse pastores, qui non pascunt oues cum disciplina, sed quæ si mercenarij nequaquam gregis salutem cogitant, quod errant non conuertentes, & quod perij non quærentes: sed tantummodo de ouibus lac & sanam, cibos videlicet & vestimenta captantes? Nec vero absque ordine in hæc putemus Apostolum subito prorupisse, verum quia præmiserat esse Deum super omnia & per omnia & in omnibus, & vnicuique sanctorum datam gratiam secundum mensuram donationis Christi, nunc addit alios Apostolos alios Prophetas, alios Euangelistas, alios pastores & magistris esse in Ecclesia distributos, qui necessarij sunt ad perfectionem instructionemque sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Quin cum corpus Domini Ecclesia sit, & Ecclesia de viuis lapidibus construatur: hi quos supra memorauimus in Ecclesia constitutos, id habent operis, vt secundum dispensationem, & officia sibi credita, Ecclesiam Christi, id est, corpus eius ædificent. Si quis igitur non ædificat Ecclesiam Christi, nec plebem sibi subiectam instruit (vt de subiecto populo Christi Ecclesia construatur) iste nec Apostolus, nec Propheeta, nec Euangelista, nec Pastor, nec Magister est appellandus. *Tom. 6. lib. 2. Comment. in cap. 4. ad Ephesios. fol. 178. fac. 2.*

Ad extremum obtineat eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt quomodo sermo Dei fidelis est, & omni acceptione dignus, sic & ille talem se præbeat: vt omnè quod loquitur, fide dignum æstimetur, & verba ipsius sint regula veritatis. Potens quoque sit esse, qui seculi istius turbinibus exagitantur, consolari, & per sanam doctrinam infirma præcepta destruere. Sana autem doctrina dicitur, ad distinctionem languidæ infirmæque doctrinæ. Talis quoque sit, vt contradicentes arguat hæreticos siue ludæos, & sæculi istius sapientes. Et superiora quidem, quæ in Episcopi virtutibus posuit, ad vitam pertinent. Hoc vero quod ait: vt potens sit consolari in doctrina sua, & contradicentes arguere, referendum est ad scientiam: Quia si Episcopi tantum sit sancta vita, sibi potest prodesse sic viuens. Porro si & doctrina & sermone fuerit eruditus, potest se ceterosque instruere, & non solum instruere & docere suos, sed & aduersarios repercutere, qui nisi refutati fuerint atque conuicti, facile queunt simplicium corda peruertere. Hic locus aduersus eos facit, qui inertia se & otio & somno dantes, putant peccatum esse, si scripturas legerint, & eos qui in lege Domini meditantur die ac nocte, quasi garrulos, inutilisq; contemnant, non animaduertentes Apostolum post catalogum conuersionis Episcopi, etiam

Psal. 35.

Hæretici falsam fidem omnia falsa possident.

i. Tim. 1.

Doctrina & vita pariter in Episcopo requiruntur.

doctrinam similiter præcepisse. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum. fol. 200. fac. 2. f.*
Articulus VI. Episcopis atq; sacerdotibus etiam discipulis propter Sacramenti sanctitatem, obedientiam & honorem deberi.

ESTO subiectus pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe. Amare filiorum, timere seruorum est. Si pater sum inquit, vbi est honor meus? Si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Plura tibi in eodem viro obseruanda sunt nomina Monachus, Pontifex, Aiuuiculus, qui te iam in omnibus quæ sancta sunt, docuit. Illud etiam dico, quod Episcopi sacerdotes se esse noverint, non Dominos: honorent clericos, quasi clericos, vt & ipsi à clericis, quasi Episcopis honor deferatur. Scitum illud est oratoris Domitij: Cur ego te, inquit habeam, vt principem: cum tu me non habeas vt senatorem. *Tom. 1. Epist. 2. ad Neopolitanum. cap. 9. p.*

TIMOTHEO dicitur: Aduersum presbyterum accusationem cito ne receperis. Peccantem autem coram omnibus argue, vt & ceteri metum habeant. Non est facile de prouecta ætate credendum, quam & vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. Verum quia homines sumus, & interdum contra annorum maturitatem, puerorum vitijs labimur: si me vis corrigere delinquentem, aperte increpa; tantum ne occultè mordaes. Corripit me iustus in misericordia, & increpabit. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quem enim diligit Dominus, corripit, castigat autem omnem filium quem recipit. *Tom. 1. Epistola 4. ad Rusticum. cap. 10. p.*

Nisi me honor sacerdotij, & veneratio nominis refrenaret & scirem illud Apostoli: Nesciam fratres, qui Pontifex est scriptum est enim: Principi populi tui nõ maledices quia vociferatio ne & indignatione verborum, de tua narratione conquereret? licet ipse nominis tui extenues dignitatem, cum patrem pene omnium Episcoporum, & antiquæ reliquias sanctitatis & opere & sermone despicias. *Tom. 2. Epistola 61. ad Pammach. cap. 4. m.*

Potero quod dicis te petisse vt subijcerentur Ecclesiæ Dei & non scinderent eam, neque proprium sibi facerent principatum: de quibus dicas, non satis intelligo. Si de me, & de presbytero Vincetio, satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim nunc excitatus hæc loqueris ob id enim & ego Antiochia, & ille Constantinopolim vrbes celeberrimas, deseruimus, non vt te in populis prædicantē laudaremus, sed vt in agris & in solitudine adolescentiæ peccata deslentes, Christi in nos misericordiam deslatteremus. Sin autem de Pauliniano tibi sermo est, vides eum Episcopo suo esse subiectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non vt tuum, sed vt alienum, eius videlicet, à quo ordinatus est, quod si hic etiam esse voluerit & in exilio nostro quietus in solitudine viuere: quid tibi debet nisi honorem, quem omnibus debemus Episcopis? *Tom. 2. Epistola 61. ad Pammach. cap. 16.*

Quod si non potest pacem habere cum fratre nisi cum subdito, & ordinationis suæ Episcopo renunciantē ostendit se non tam pacem cupere, quam sub pacis occasione vindictam, nec aliter quietis & pacis ocio esse contentum, nisi inte-

Malach. 1.

Episcopi honorandi.

i. Tim. 5.

Presbyterus est vocabulum dignitatis.

Psal. 146. Eccl. 12.

Acto 23.

Venerandus & honorandus nomen sacerdotum.

Pauliniano frater Hieronymi suo Episcopo est subiectus.

gruffi

Genes. 5.

Math. 24. Aggæi 2.

Tit. 1.

2. Tim. 3.

Omnium præceptorum est necessaria in iustitia obseruatio.

Præstantis doctoris virtus quantum valeat.

Math. 9.

Psal. 36.

1. Cor. 9.

grum habeat quod minatur. Etiam si ipse cum or-
dinallet, & si secreti amator quiescere vellet ne
quicquam exereret. Quod si Ecclesiam scinde-
ret, nihil ei deberet præter honorem cunctis sa-
cerdotibus debitum. Tom. 2. Epistola 62. ad Theo-
philum, cap. 3.

IN DICITUR & nos patrias nostras dimissimus,
vt quieti absque vllis simulatibus in agris & in
solitudine vueremus, vt pontifices Christi, qui
tamen rectam fidem prædicant, non Dominorū
metu, sed patrum honore veneremur, vt defera-
mus Episcopis, & non sub nomine alterius, alijs,
quibus nolumus, feruire cogamur. Non sumus tā
inflati cordis, vt ignoremus, quid debeat sacer-
dotibus Christi, qui enim eos recipit, nō tam eos
recipit, quam illum, cuius Episcopi sunt: sed con-
tenti sint honore suo: Patres se sciant esse, non
Dominos, maxime apud eos, qui spretis ambitio-
nibus sæculi, nihil quieti & otio præferunt. Ibid.
cap. 4.

NEQUE ambimus sacerdotium, qui latemus
in cellulis, nec humilitate damnata, Episcopatum
auro redimere festinamus: nec electum pontifi-
cem à Deo, rebelli cupimus mente iugulare, nec
faciendo hæreticis, hæreticos nos docemus, pecu-
nias nec habemus, nec habere volumus, habentes
victum & vestitum, his contenti sumus: illud de
ascensore montis Dominici iugiter decantantes:
Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram & mu-
nera super innocentem non accepit: Qui facit
hæc non mouebitur in æternum, ergo qui non
facit, iam contrit in æternum. Tom. 2. lib. 1. aduersus
Ruffinum, cap. 7. f.

IN sancti Epiphaniij nomine mira tua tergi-
uerlatio: vt post oculum, post orationem, ne ges-
cum contra te potuisset scribere, quo modo si con-
tendas non potuisse eum mori, qui paulo ante vi-
xerat, aut certior sit tui reprehensio, quam post
pacem excommunicatio. Tom. 2. lib. 3. aduersus Ruf-
finum, cap. 7. fol. 2. 67. fac. 2.

VOS nobis pacem proficiscentibus dedistis,
& à tergo iacula venenis armata iecistis: & in hac
eadem prudentia, imo declamatione disertus esse
voluisti. Pacem dedimus, non hæresim suscepi-
mus, iunximus dexteras: abeuntes profecti su-
mus, vt vos essetis catholici, non vt nos essemus
hæretici. Ibidem fol. 2. 58. fac. 1.

IDEO ne in Anaslaij immolato agno dexte-
ras iunximus, vt tuas Romæ scedulas furaremur?
Ibidem, fol. 260. fac. 1.

ANTEQUAM sanctus Epiphanius venisset
Hierosolymam, & ore quidem & osculo tibi pa-
cem daret, mala autem & dolos in suo corde ser-
uaret, antequam nos ei in suggillationem tui Epi-
stolas dicitaremus, vt hæreticum scriberet, quem
osculis orthodoxum comprobauit, Aterbius con-
tra te latrabat Hierosolymis. Ibidem, fol. 2. 60. fac. 1.

ER ipse Dominus per Prophetam: Duces populi
mei me nescierunt, filij stulti sunt non intelli-
gentes: sapientes sunt vt faciant mala, bene autē fa-
cere nescierunt. Duces quidem, ait, mei vocaban-
tur, & duces populi mei: sed quia nescierunt me
& opere vocabulū destruxerunt: propterea fi-
lij stulti sunt & non intelligunt, prudentiam ob
hoc tantum habent, vt subijciant sibi simplicem
gregem & proterant pedibus suis: bene autem fa-
cere & regere populū nescierunt. Nolite credere
in ducibus, non in Episcopo, nō in presbytero, nō
in diacono, non in qualibet hominum dignitate.

Nec hoc dico quod istiusmodi gradibus in Eccle-
sia non debeatis esse subiecti. Quicumque .n. ma-
ledixerit patri aut matri, morte morietur, & Apo-
stolus docet præpositis in Ecclesia obediendum,
sed quod aliud sit honorare duces, aliud spem ha-
bere in ducibus Honorem Episcopum, presby-
tero deferamus, assurgamus diacono, & tamen
non speremus in eis, quia hominis vana & certa
spes est in Domino. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 7. Mi-
chea, fol. 167. fac. 1.

QUOD autem dicitur: Principes eius in ea sic-
ut leones rugientes: scio offensurum me esse plu-
rimos, quod super Episcopis & presbyteris hæc in-
terprete, cum & presbyteri mali qui Susannam
violare cupierunt, cæteros presbyteros qui bene
vixerint, non condemnent. Tom. 5. Com. in cap. 3.
Sophonia, fol. 218. fac. 1.

CVR non putemus angelicæ dignitatis Apo-
stolos & sanctos quosque datos Iesu: qui assistant
ei in Ecclesia, & nunquam fluctuantes habeant
pedes, sed cum stante, itent Domino? Tom. 5. lib. 1.
in cap. 3. Zacharia, fol. 239. fac. 1.

IVXTA Anagogen: Proteget Dominus ha-
bitatores Ecclesiæ pace Ecclesiarum post perfec-
tionem grauissimam reddita quādo & sui nomi-
nis interpretatione decorabitur. Hierusalē enim
visio pacis exprimitur. Et tam beati erit qui pro
Ecclesia militauerunt in persecutione Dominum
sunt confessi: vt qui minimus fuerit & quasi ho-
mo in aliquo peccato dictos, offenderit, ponatur
in ordine magistrorum. Et magistri qui suum ser-
uauerint gradum, sint quasi domus Dei, & quasi
angelus Domini: quia hoc omni studio labora-
mus positi in terra & vario labore sudantes, vt
transformemur in angelicam gloriam. Tom. 5. lib.
3. Com. in cap. 11. Zacharia, fol. 255. fac. 1. f.

VARIAS ob causas mittit eum ad sacerdo-
tem. Primum propter humilitatem, vt sacerdo-
tibus deferre honorem videatur. Erat enim in le-
ge præceptum, vt qui mundati fuerant à lepra, of-
ferrent munera sacerdotibus. Deinde & munda-
tum videntes leprosum, aut crederent Saluatori,
si non crederent, inexcusabiles forent. Et simul
ne, quod in eo sapissimè criminabantur, legem
videretur intrinere. Tom. 6. lib. 1. Commen. in cap. 3.
Matthai, Cano. 11. fac. 2.

QUEM diunt homines esse filium hominis:
quia qui de filio hominis loquuntur, homines
sunt: qui vero diuinitatem eius intelligunt, non
homines sed dii appellantur. Tomo sexto, libro tertio
Commentariorum, in capite 16. Matthai. Canone. 33.
facie 1.

PRVDENS lector attende, quod ex conse-
quentibus textuque sermonis, Apostoli nequa-
quam homines, sed dii appellantur. Cum enim
dixisset: Quem diunt homines esse filium ho-
minis? subicit: Vos autem quem me esse dicitis?
Illis quia homines sunt humana opinantibus, vos
qui estis dii, quem me esse existimatis? Ibidem.

SUPER cathedram Moy si sederunt scribæ &
Pharisæi: per cathedram doctrinam legis ostendit.
Ergo & illud quod dicitur in psalmo: In ca-
thedra pestilentie non sedet: & cathedras ven-
dentium columbas euerit: doctrinam debemus
accipere. Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 23. Matthai. Cano.
49. fac. 2.

ANGELVM dici Iohannem non putemus na-
turæ societate, sed officij dignitate, id est, nun-
cium quod venturum Dominum nunciavit. Officij digni-
tate Iohannes est angelus.

Leuit. 20.

2. Pet. 2.

Mali presby-
teri non con-
demnant bo-
nos.

Magistri Ec-
clesiæ in an-
gelicam glo-
riam trans-
formabuntur.

Christus sa-
cerdotium ve-
teris legis ho-
norem detulit.

Episcopi &
sacerdotes
quasi dii
sunt.

psal. 11.

Officij digni-
tate Iohannes
est angelus.

Tomo sexto, libro 2. Commentariorum in caput 11. Matthai,
Canone 18. fac. 2. f.

PECCANT quotidie iniqui quoad usque defi-
ciant, & cum festinatione deficiunt, quia Sacerdo-
tibus Dei obaudire contemunt: sicut & popu-
lus ille, qui contra famulum Dei Moysem mur-
murabat. Tomo septimo, Commentariorum in Psalmum
77. Folio 96. fac. 2.

IN Euangelio Saluator ad discipulos loqui-
tur: Qui vos audit, me audit: qui vos suscipit, me
suscipit. Et Apostolus testatur, dicens: Viuo au-
tem iam non ego, viuit autem in me Christus. Et
alibi: An experimentum queritis eius, qui in me
loquitur Christus? Ex quo liquidò comproba-
tur hoc quod nūc dixit: Ecce ego Paulus dico vo-
bis, non quasi Pauli tantum verba accipienda, sed
Domini. Nā cum & in prima ad Corinthios præ-
mississet: His autem qui nupti sunt, denuncio nō
ego, sed Dominus, & statim intulisset, cæteris au-
tem ego præcipio, ne vilis sua putaretur authori-
tas, puto inquit, quod & ego Spiritum Dei habeo
vt spiritu & Christo in se loquentur, non contem-
ptū duceretur, qui Prophetas imitans diceret:
Hæc dicit Dominus Omnipotens. Maius autem
fiet, id quod dictum est: Ecce ego Paulus dico vo-
bis. quoniam si circuncidamini, Christus vobis
nihil prodest, si cum principio copuletur: In quo
ait. Paulus Apostolus non ab hominibus neque per
hominem, sed per Iesum Christum, & reliqua, vt
audientes, non tam missi quam mittentis autho-
ritate moueantur. Tom. 6. lib. 2. Commen. in cap. 5. ad
Galatas, Fol. 145. fac. 1.

QVIA superius spiritualibus præceperat, vt e-
os qui præoccupati fuerant in aliquo delicto, in-
struerent in spiritu lenitatis, & alter alterius one-
ra portarent, adimplentes legem Christi, nunc è
contrariò his qui adhuc imbecilliores & discipu-
li, & carnales erant, præcipit vt quomodo ipsi à
magistris spiritualia metunt, sic magistris carna-
lia præbeant. Qui totos sediuina eruditioni &
studio tradentes, vitæ huius necessarijs indige-
ant, & fiat illud quod de manna scriptum est?

QUI multum non abundauit, & qui modicum
non minorauit. Bona autem in præsentī loco iux-
ta vulgi consuetudinem, moremque commu-
nem, victum & vestitum, & cætera quæ homines
inter bona numerant, appellauit. Habentes enim
victum & vestitum, his contenti sumus. Nec mi-
rum si Paulus ea quæ erant corpori necessaria, bo-
ni appellatione signauit, cum etiam Saluator nos-
ter, ad eos qui necdum ad virtutum culmē ascen-
derant, sed adhuc humiliter incedebant, & sibi ad
di possebant fidem, dixerit: Si ergo vos cum ma-
li sitis, scitis bona data dare filijs vestris, quantò
magis pater vester cœlestis dabit bona petenti-
bus se? Ego puto & Iob cum ad vxorem, quasi v-
nam de insipientibus mulieribus loqueretur, re-
spectu eius quæ ita putabat de corporalibus diui-
tijs loquutum: Si bona accepimus de manu Do-
mini, & rursum de angustijs & pressuris, & tenta-
tione quæ victoriam afferant: Quare mala non
sustineamus? Cum vtique mala & bona non in
diuitijs & pressuris, sed in virtutibus ponantur
& vitijs, vt iustus loquitur in Psalmo: Quis est
homo qui vult vitam, cupit videre dies bonos?
Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne lo-
quantur dolum. Declina à malo, & fac bonum.
Propriè malum dicitur, quod vitandum est, bo-
num quod facere debemus. Diues quoque ille in

Euangelio, qui mali & boni scientiam non habe-
bat, rectè agrorum vbertatem bona arbitra-
tur, dicens: Anima habes bona posita in annos
multos: quiesce, comede, bibe, & lætare. Et alius
qui iacebat in purpura, & delitijs affuebat, audit
apud inferos ab Abraham: Recepisti bona in vi-
ta tua. Illud quoque attendendum, ne fortè &
hoc possit intelligi, dare discipulis mandatum,
vt eis qui se instruunt, verbum communicent, ob-
sequantur, dociles facilesque se præbeant. In his
tamen quæ bona sunt: quæ spiritualia & non hæ-
retica vel Iudaica prauitate peruersa. Tomo sexto,
lib. 3. Commentariorum in caput sextum ad Galatas, Fol.
156. facie 2.

DE cætero, Nemo mihi molestus sit. Non
quasi defecerit in docendo, sed quo & Agricola
hunc habeat laborem, si quæ plantauerit virgula
siccentur, & pastor sollicitudinem, si pecora
quæ congregauerat, dissipata lanientur. Melius
ergo in Græco legitur. De cætero labores mihi
nemo exhibeat, ne rursum scilicet in vobis ne-
cessitatem habeam laborandi. Laborem præstat
magistro, qui aliter & viuit & sentit, quàm ma-
gister & docuit & fecit. Potest & contentionem
eorum, si qui contradicere deinceps voluerint,
præuenire: quod etiam ad Corinthios in velan-
do mulieris capite, & masculi non velando, post
multa complexus est, dicens: Si quis autem vide-
tur contentiosus esse, nos talem consuetudinem
non habemus, neque Ecclesia Dei, hoc est, nos di-
ximus quæ nobis honesta videbatur & iusta, si quis
autem nolens acquiescere veritati, querit quid
respondeat, & quibus nitatur contra, sciat se re-
sponcione non dignum, qui magis contendere pa-
ratus est, quàm docere. Tomo 6. lib. 3. Commen. in cap. 6.
ad Galatas, Fol. 156. fac. 3.

SVBIECTI inuicē in timore Christi. Audi-
ant hæc Episcopi, audiant Presbyteri, audiat om-
nis ordo Doctorum, subiectis suis se esse subie-
ctos, & imitentur dicentem Apostolum: Cum e-
nim essem liber ex omnibus, omnibus me ipsum
seruum feci, vt omnes lucrifacerem. Et in alio
loco: Per charitatem seruite inuicem, Vnde & ip-
se eadem charitate omnibus gentium seruiuit Ec-
clesijs. Saluator quoque formam serui accepit,
vt seruiret discipulis suis, & pedes eorum lauit.
Hoc interest inter gentium Principes & Chri-
stianorum: quod illi dominantur subditis, nos
seruimus, & in eo maiores sumus, si minimi om-
nium fuerimus. Sed & hoc quod ait: In timore
Christi, sic accipiendum: vt ipsa subiectio non
propter hominum gloriam, sed propter timo-
rem Christi fiat: dum illum timemus offendere.
Alius verò sic interpretabitur: subiecti inuicem
in timore Christi: vt hanc sententiam generalem
in consequentibus diuidi dicat, atque partiri. To-
mo sexto, lib. 3. Commentariorum in caput quintum ad
Ephesios, Fol. 188. fac. 2. p.

Articulus VII. Episcopus Presbyteris
superiores esse.

QVOD Aaron & filios eius, hoc Episcopū &
Presbyteros esse nouerimus. Tom. 1. Epist. 2.
ad Nepotianum cap. 2.

NVLLA ars absque magistro discitur. Etiam
mūta animalia & ferarum greges, ductores sequū-
tur suos. In apibus Principes sunt. Crues vnam se-
quantur ordine litterato, Imperator vnus, iudex
vnus prouinciæ. Roma vt condita est, duos fra-
tres si-

Luc. 16.

Dociles faci-
lesque se de-
bent præbere
discipuli Ec-
clesiæ docto-
ribus.

Non contem-
dendum con-
tra magi-
stros Eccle-
siæ.

Omnis do-
ctor subiectus
subiectis.

Galat. 5.

Ioh. 1. 9.

Honor dicitur
omnibus
facere dicitur

Episcopi tā-
quam pater-
bus honor
deferendum.

Matth. 10.

Esse Pon-
tificem non re-
bellandum.

1. Tim. 6.

Oscula da-
banti sibi non
suo Episcopi.

Dextera im-
gebatur iax-
dabatur ab
Episcopis
hinc inde ve-
nientibus &
abeunantibus.

Oscula or-
thodoxi com-
probati.

Mierem. 4.

Propositi in
Ecclesia est
obediendum.

774

tres simul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecca vero Esau & Iacob bella gesserunt. Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archidiaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nititur. In nauibus gubernator: in domo vnus dominus: in quouis grandi exercitu vnus signum expectatur. Tom. 1. Epist. 4. ad Rusticum, cap. 6.

Genes. 25. Omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nititur.

Sacerdotes sunt inferioris gradum quam Episcopi.

ADERANT Hierosolymarum & aliarum urbium Episcopi, & Sacerdotum inferioris gradus, ac Leuitarum innumerabilis multitudo, omnino monasterium, Virginum & Monachorum chori repluerant. Tomo primo, Epistola vicesima septima ad Eustochium, cap. 13.

Cyprianus primus Presbyter, cum Episcopo.

CYPRIANVS Afer primum gloriose Rhetoricam docuit: inde suadente Presbytero Cæcilio, a quo & cognomen sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogauit, & post non multum temporis electus in Presbyterum, etiam Episcopus Carthaginensis constitutus est. Tomo primo de Viris Illustribus in Cypriano.

Apud nos Episcopi primi locum ad est, apostolorum tenent. Apud Romanos Episcopus primus est post Petrum gradum.

APVD nos Apostolorum locum Episcopi tenent: apud eos Episcopus tertius est. Habet enim primos de Pepusa Phrygiæ Patriarchas: secundos quos appellant Cenones: atque ita in tertium, id est, penultimate locum Episcopi deuoluuntur: quasi exinde ambitio religio fiat, si, quod apud nos primum est, apud illos nouissimum sit. Tom. 2. Epistola 5. ad Marcellinum.

SCRIBIT ad Theophylum Episcopum Apologiam, cuius istud exordium est: Tu quidem ut homo Dei, & Apostolica ornatus gratia, curam omnium Ecclesiarum, maxime eius, quæ in Hierosolymis est, sustines: cum ipse plurimam sollicitudinem Ecclesie Dei, quæ sub te est, distingaris. Laudat faciem, ad personam Principum trahit. Tu qui regulas quærit Ecclesiasticas, & Niceni Concilii canonibus vteris, & alienos clericos, & cum suis Episcopis commorantes tibi niteris vsurpare, responde mihi, ad Alexandrinum Episcopum Palaestina quid pertinet? ni fallor, hoc tibi decernitur, ut Palaestina metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem Episcopum referre debueras, cui sæpe communi tuæ, communicare non noueras, aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiæ potius literæ dirigendæ. Sed noui, cur Cæsaream, cur Antiochiā nolueris mittere, sciebas quid fugeres, quod vitares, maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitam Metropolitanam honorē reddere. Tom. 2. Epist. 61. ad Pammachium, cap. 15.

Cæsariensis et Antioche metropolitani Episcopi.

Apostoli Principes.

PRO patribus tuis, stirpe videlicet Iudæorum qui te reliquerunt & negauerunt, nati sunt tibi filij Apostoli, & de nationibus credentes, quos constituisti Principes in vniuersa terra. Tom. 3. Epist. 140. ad Principiam, Fol. 398.

In veteri testamento non sibi Episcopi Principes et Presbyteri seniores.

INTER senes autem & Principes hoc fuisse reor in veteri populo, quod nunc est inter Presbyteros & Episcopos. Tom. 4. lib. 2. Commentar. in cap. 3. Esaiæ, Fol. 14. fac. 1.

Ponam, inquit, Principes tuos in pacem, & Episcopos tuos in iustitiam: Pro quo in Hebraico scriptum est: Ponam visitationem tuam pacem, & prepositos tuos in iustitiam. In quo Scripturæ sanctæ admiranda maiestas, quod Principes futuros Ecclesie, Episcopos nominauit, quorum omnis visitatio in pace est, & vocabulum dignitatis in iustitia: vt nequaquam accipiant personam in

iudicio, ne audiat quippiam iniquum in terra Ecclesie, neque contritio & infelicitas in terminis eius. Vbiunque enim iniquitas est, & iustitia non seruatur, & pax perditur. Hac omnia consequentur. Tomo quarto, lib. 17. Commentariorum in ca. 60. Esaiæ, Fol. 202. fac. 2.

Principes ecclesie sunt nominati Episcopi ab Esaiæ.

SACERDOTES ipsi, secundum in Ecclesiastico honore gradus, & Prophetæ qui videntur habere scientiam Scripturarum, & omnes habitatores Hierusalem pro varietate peccatorum compentur. Tomo 4. lib. 3. Commentar. in cap. 13. Hieremias, Fol. 259. fac. 2.

Sacerdotes constituunt secundum gradum post Episcopos in honore ecclesie iusticio.

IN ministris ordo diuersus est, Sacerdotum & Leuitarum quorum alij orationibus suis atque virtutibus quotidie sacrificia offerunt Deo, alij in secundo & minori gradu sunt, vt eis ministrēt, & per eos qui ad virtutum culmina conscenderint, & ad extremum sit dux, siue princeps, qui tantum possit, vt contra vnâ tribu possessionem accipiat, vniuersam meritum compenset merita plurimorum: & primum dum versatur in sæculo de mari vsque ad mare latitudinem possideat: deinde ab Occidente, siue à mari vsque ad Orientem: vt præsentia derelinquens, ad futura felicitet, & habeat certâ possessionem suam, & nequaquam principes aliena desideret, & vnaquæque tribus suam partem teneat. Quod proprie ad Episcopos & Presbyteros referri potest: quibus dicitur: vt non valesent neque depoulerent ultra populum Dei, nec terram Israel hæreditate possideant, sed vniuersique habeat possessionem suam, quæ gradu illius constituta est. Tomo quarto, libro decimo tertio Commentariorum in caput 45. Ezechielis, Folio 479. fac. 2.

Sacerdotum & Episcopo vnus ordo inuenitur est.

Diuersi gradus Episcopo & Presbyterorum diuersi possessionis ceremonie constituit.

PRINCIPES verò qui verè principes in populo est, & meretur Ducis nomen accipere, hinc inde accipit possessionem sanctuarij, ex omnibus videlicet qui ei voluntate subiecti sunt: & vrbis habitator est, multorumque salutem suam mercedem facit. In priori templo quod dicitur sanctuarium, quingenti per singula latera calami describuntur, & rursus quinquaginta cubiti, quibus omnis Sacerdotum possessio separatur. In secundo autem sanctuario, vbi sunt sancta sanctorum, latitudo templi & spatium non describitur, sed incertus numerus est. Quod quidem & in possessione principis inuenimus, qui absque vilo numero habet possessionem in populo Israel, dum profectus vniuersorum redundat ad principem & discipulorum salus præmium magistrorum est. Ibidem, Fol. 479. fac. 2.

Principi, id est, Episcopo alij Presbyteri subiecti.

SACERDOTES quoque qui dant baptismum, & ad Eucharistiã Dni imprecantur aduentum, faciunt oleum chrismatis, manus imponunt catechumino erudiunt: Leuitas & alios constituunt Sacerdotes: non tam indignentur nobis hæc exponentibus, & Prophetis vaticinantibus, quàm Dominum deprecantur, & studiose agant, ne de Sacerdotibus qui violant sancta Domini, esse merentur. Non enim dignitas, & nomina dignitatum, sed opus dignitatis, & Principes, & Iudices, & Prophetas, & Sacerdotes saluare consuevit. Tom. 5. Comm. in cap. 3. Sophonia. Fol. 218. fac. 2.

Rom. 2. Sacerdotis nomen hic, quantum ad sacramenta confirmationis & ordinis, vsurpat pro Episcopo.

SCHOLIA

QUANTUM varijs in locis prius propositis disertè affirmet B. Hieronymus, Episcopos Presbyteris superiores esse: existunt tamen tria repugnantiã huic Catholice veritati testimonia, quæ prius subiciam, deinde quid respondentem videatur, aperiam.

In vrbis.

I. In vrbis epistola ad Timotheum & ad Titum, siue Episcopi siue Presbyteri (quantum apud veteres idem Episcopi & Presbyteri fuerint: quia illud nomen dignitatis est, hoc ætatis) iubeatur monogamia in clerum eligi. Tom. 2. Epist. 83. ad Oceanum: cap. 2.

II. Legimus in Esaiæ, cap. 32. Fatuus fatua loquetur. Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, vt Diaconos Presbyteris, id est, Episcopis antefaceret. Nam cum Apostolus hu perspicue doceat, eosdem esse Presbyteros, quos & Episcopos: quis patitur mensuram et viduarum ministrum, vt supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisq, conficitur. Queris authoritatem aucti testimoniu. Paulus & Timotheus seruus Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconis. Vis & aliud exemplum? In Actibus Apostolorum, ad vniuersam Ecclesia Sacerdotes ita Paulus loquitur: Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit, Episcopos, vt regetis Ecclesia Domini, quam acquisiuit sanguine suo. Ac ne quis contentiosè in vna Ecclesia plures Episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimonium, in quo manifestissime comprobatur, eundem esse Presbyterum atque Episcopum. Propter hoc reliquit te Creta, vt qua deerant, corrigeres, & constitueres Presbyteros per ciuitates, sicut & ego tibi mandavi. Si quis est sine crimine, vnus vxoris vir filios habens fideles, non in accusatione luxurie, aut non subditos. Oportet etiam Episcopum sine crimine esse, quasi Dei dispensationem. & ad Timotheum. Noli negligere gratiam que in te est, qua tibi data est prophetia, per impositionem manuum Presbyteri. Sed & Petrus in prima Epistola. Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter, & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ, quæ reuelanda est, particeps, regere gregem Christi, & inspicere non ex necessitate, sed voluntate iuxta Deum, quod quidem Græcè significantius dicitur bōt exortōvres, id est, superintendentes, vnde & nomen Episcopi vrbis actum est. Parua tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba Euangelica, filius tonitruum, quem testis amauit plurimum: qui de peccatore Saluatoris doctrinarum fluentia potatur. Presbyter electa domina, & filij eius, quos ego diligo in veritate. & in alia Epistola. Presbyter Caius charissimo, quem ego diligo in veritate. Quod autem postea vnus electus est, qui ceteris præponeretur, in schismatis remedium factum est: ne vnusquisque ad se trahens, Christi Ecclesia rumpere. Nam & Alexandria à Marco Euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper vnus ex se electum, in excelso gradu collocatum, Episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem industriè noverint, & Archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat? Tom. 2. epistola 85. ad Euagrium.

I. Tim. 4. c

I. Pet. 5. c

Mar. 3. Ioan. c. 21.

I. Ioan. 1. I. Ioan. 1.

II.

I. Cor. 1.

Philip. 1.

uitate plures vt nuncupantur episcopi esse nõ poterant. Sed quia eosdem episcopos illo tempore, quos & presbyteros appellabant, propterea indifferenter de episcopis quasi de presbyteris est loquutus. Adhuc hoc alicui videatur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur. In Actibus Apostolorum scriptum est, quod cum venisset Apostolus Miletum, miserit Ephesum, & vocauerit presbyteros ecclesie eiusdem, quibus postea inter cetera sit loquutus. Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos pacifere Ecclesiam Domini, quam acquisiuit per sanguinem suum. Et hoc diligentius obseruare, quomodo vnus ciuitatis ephesi Presbyteros vocans, postea eosdem episcopos dixerit. Si quis vult recipere eam epistolam, qua sub nomine Pauli ad Hebræos scripta est, & ibi equaliter inter plures Ecclesia cura diuiditur. Siquidem ad plebem scribit: Parete Principibus vestris, & subiecti estote: ipsi enim sunt qui vigilat pro animabus vestris, quasi rationem reddentes, ne suspirantes hoc faciant: siquidem hoc vile vobis est. Et Petrus qui ex fidei firmitate nomen accepit, in epistola sua loquitur, dicens: Presbyteros ergo in vobis obsecro compresbyter & testis Christi passionum, qui & eius gloriæ, quæ in futuro reuelanda est, socius sum. Pasce eum qui in vobis est gregem Domini, non quasi cum necessitate, sed voluntate. Hac propterea, vt ostenderemus apud veteres eosdem fuisse Presbyteros, quos & Episcopos: paulatim verò vt dissensionem plantaria euellerentur, ad vnum omnem sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo Presbyteri sciunt se ex ecclesie consuetudine, ei qui sibi prepositus fuerit, esse subiectos. ita Episcopi noverint se magis consuetudine, quàm dispositione Domini veritate, Presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere, imitantem Moysen, qui cum haberet in potestate præesse solus populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret. Tomo sexto, libro primo Commentariorum in cap. 1. epistola ad Titum.

Afor. 20.

I. Petr. 13.

I. Petr. 5.

Numer. 11.

Superiorum argumentorum solutio & confutatio.

HIERONYMVS quando asserit episcopum & sacerdotem, eundem esse loquitur non de potestate gubernationis & iurisdictionis, sed facultate ordinis, siue ordinationis vt ita dicam passiuæ. Vt enim ex diacono quis prouenit ad sacerdotium: ita ex sacerdote ordinatur episcopus, & nõ vicijsim. Neq, ea ordinatio post Hieronymi temporâ nata est, sed antea in usu fuit. Quam & Dionysius in libro ecclesiastica Hierarchia describit. Loquitur quoque Hieronymus de potestate & consuecendi, siue consecrandi veri corporis Christi: in qua omnes episcopi atq, sacerdotes simpliciter sunt æquales. quæ soluendi ratio ex antecedente capituli principio aperte colligitur: cum ait, qui patitur mensuram & viduarum ministrum, vt supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisq, conficitur? Quod verò adicit, postea vnum electum, qui ceteris præponeretur, in schismatis remedium factum esse, nihil noui iuris inductum est, sed Christi ordinatio, ex causa executioni demandata est. Nam teste eodem Hieronymo lib. 1. aduersus Iovinianum Petrus à Christo Apostolis caput constituitur, vt schismatis occasio demeretur. Hieronymi verba sequuntur. At dicit super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, et cuncti clauis regni cælorum accipiat, & ex aquo supra eos Ecclesia fortitudo solidetur, tunc propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Sed cur non Ioannes electus est virgo? atate delegatum est, quia Petrus senior erat: ne adhuc adulescens, ac pene puer, progressa ætate hominibus, præferretur, &c. Neq, etiam in potestate ordinis actiue æquales facit presbyterum et episcopum, dum episcopo & non presbytero ordinationem concedit, dicens. Quid enim facit episcopus, quod non presbyter excepta ordinatione? Et in dialogo

aduersus

aduersus Luciferianos: Ecclesia, inquit, salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui, si non exors quodam & ab omnibus eminentes detur potestas: tot in Ecclesijs efficiuntur schismata, quot sacerdotes. Neq; ex sacris oraculis ab Hieronymo deprimuntur testimonia, quicquam amplius probant, quam quod episcopi nomen, in principio commune erat omnibus presbyteris, et cum omnia episcopos sit presbyter, quid mirum si Petrus se compresserit, vel consecratorum vocet? cum ipse Christus Apostolos fratres appelleret? quod Paulus non metuit ministrum circuncisionis, id est, iudeorum nominare. Hac enim modestia vel humilitatis causa dicitur: licet verè, tamen circa praelationis praeiudicium, quemadmodum Dominus discipulos alloquitur. Vos vocati me Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Chrysostomus etiam & Oceanus cum emarratis cap. 3. i. epist. ad Timoth. episcopum & presbyterum ordinatione actus scilicet, sine respectu, differre asserunt. Eodem pacto & Ambrosius in Commentarijs epistola ad Timoth. Episcopi & presbyteri ordinatio, aut eadem est, intellige passiva, utriusque enim sacerdos est, sed episcopus est primus. Unde quemadmodum ordinat episcopum, ostendit: neq; enim fas erat, aut licebat, ut inferior ordinaret maiorem. Nemo enim tribuit quod non accepit. Hic fatetur Ambrosius episcopum & sacerdotem ordinatione differre actus, conuenire passiva. Euphrasius lib. 3. contra hereses, heresi 75. Aërium appellat hereticum, quod hos duos ordines episcopatum & sacerdotium confunderet. Porro maiorem adhuc difficultatem habet locus Hieronymi ex Commentarijs in epistolam ad Titum praelatus. Si cur, inquit, presbyteri scilicet se ex consuetudine Ecclesie ei, qui sibi prepositus fuerit, subiectos esse, ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispensationis diuinae veritate presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere. Ex his verbis consequi videtur, quod omnes presbyteri ordinatione diuina sint aequales, & quod humano decreto factum sit, aut consuetudinis (qua in postea eandem vim obtinet, ut vnus alij praeponatur, ad quem omnis Ecclesie cura spectaret. Verum huic obiectioni occurrendum est ex precedentibus minime colligit, quod episcopus presbyter non sit prepositus diuina ordinatione: et enim vtraq; ordinatio diuina est, & quod in humilitate, maius fuerit, atq; mutus charitate sibi mutuo Christiani inseruiant, singuli in suo ordine publicamq; utilitate non priuat em duntaxat inquirant: atque etiam quod quidam alij praeferrentur cum potestate improbos coercendi & defendendi bonos. Priorem Hieronymus appellat dispensationis diuinae veritatem, & veluti legislatoris Christi primariam mentionem iuncta id, quod ab ipso pronunciatum est. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & qui maior est vestrum, sicut iunior: & qui precessor est, sicut ministrator. Posterior vero secundaria legislatoris videtur esse intentio, non per se bona, neq; expectanda, sed magis necessaria ex hypothese ipsius mali ad schisma tollendum, vel impediendum. id ostendit potestatem quadam similitudine. Diuino iure omnia esse communia inter homines, videtur diuina ordinationis fuisse veritas: qua inuolata mansisset durante innocetia sua. Post lapsum vero ab illa prima & certa veritate discessum est: etiam diuina ordinatione propter hominum malitiam permissa, ex qua consequeretur ut melius fuerit, & ad communem vicium conducibilis, singulis sua esse priuata, quam omnibus omnia communia. Atq; eodem modo de re preposita sentiendum est. Stant enim vniuersa in charitate, quod fuit altissimum inter Apostolos, non necesse fuisse vnum alij praeponi, qui summam potestatem exerceret: non quia à principio sit data potestas, cum (ut ipse ait, Hieronymus) Dominus Petrum caput constituerit, ut schisma: aut materia tolleretur, & Cyprianus de eodem Petro loquens, inquit, vniuersam manifestaret, vniuersis eiusdem originem ab vno incipientem, sua auctoritate disposuit: sed quod omnibus perseverantibus in bonitate, nullus fuisset illi-

us potestatis vsus, scilicet ad coercendum malos. Sic etiam Paulus, ut ipse nihil posset aduersus Corinthios, dicens: Vobis probati sitis, nos autem vi reprobis sumus. Optabat enim eorum bonitate fieri, ut ipse impotens videretur, nec vii posset potestatem ad coercendum sibi in adificationem data. & proinde cessante magis, atq; exposita aliena malitia. Cum igitur ab initio sensum & paulatim nascentibus diuisionibus, & peccatis multiplicatis, collecto iam magna Christianorum numero, cepit fieri executio potestatis, & superiorum administrationis: ideo dicit Hieronymus ex Ecclesia consuetudine, vni alteri prepositum fuisse. Quod si autem (ut nonnullis placet) Christus precepisset, aut statisset, omnes presbyteros & episcopos omnibus medijs debere esse aequales: quis fuisset ausus constituisse contrarium, sicut Hieronymus asserit, vto obesse fuisse decretum: illud enim decretum si non à Christo saltem ab ipsis Apostolis emanauit. Nam quia praeceperat eos tantum fuisse auctoritatis, qui toti vni legem imponeret, prima facie libertati multitudine contrariam, quam orbis vniuersus sine contradictione receperat? Compertum est enim ex Dionysio & Ignatio & vixoribus Apostolorum, quod episcopus, eo saculo toti clero ciuitatis praeceperat, ut sacerdotes episcopo, sacerdotibus diaconi, diaconi populum subiceretur. Quinimo ex ipsius Hieronymi libro, de Viris illustribus idem aperte constat. Describit enim primos episcopos Alexandriae, Antiochia, Hierosolymorum, & Roma, Eusebium in Chronico sequitur, quibus censent Augustinus in epist. ad Generosum, vbi describit ordinem episcoporum Catholicae Ecclesiae à Petro vsq; ad sua tempora. Præterea nulla consuetudo contraria diuinae praeceptioni quicquam valet, sed potius corruptela vocanda est, & postrema, de Consuetudine. Si itaq; diuina praeceptum est, omnes presbyteros esse aequales: consuetudo, cuius meminit Hieronymus, corruptela est dicenda. Nam cum sit consuetudo ius quoddam non scriptum: quod à nullo homine, vel hominum multitudine statui potest: neque obtinere vim legis per consuetudinem. Quilibet enim diuinus sit vsus, vim iuris tamen non habet, nisi ex tacito populi consensu, qui aduersus legem Dei nil valet. Matthaei 15. Irritum fecistis mandata Dei praecepta traditionem vestram, & sine causa colum me, docentes dogmata & mandata hominum. Sed id diligenter est obseruandum, quod aliqua diuina ordinatione est ius coercens non imperata: vt liberum sit vni, vel non vni, vnde Apostolus 1. ad Corinth. 9. c. Dominus ordinauit eum, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere: hac Domini ordinatione praeceptum non est: alia (vt rectè argumentatur Augustinus) contra praeceptum fecit Paulus gratias praeferens. Euangelium apud Corinthios viuendo interim labore manuum, aut aliorum liberalitate. Ita B. Augustinus accipit quod Matthaei 10. c. Marc. 6. & Luca 9. scribitur, Dominus Apostoli suis ad Euangelizandum destinatis dixisse. Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zona vestri, non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calciamenta, neq; virgam, dignus est enim operarius cibo suo. Ius dedit & facultatem vti necessaria non portandi, quod à populo quem docerent, capere liceret: qua potestate apud Corinthios se non visum fuisse, gloriatur Apostolus. Consimile est in multis in magistratuum diuinitus concessi, quo superior vti non tenetur omnibus modis, quibus potest erga subiectos: vt quauis se iure possit defendere, propendeat tamen in partem iustiorum, nisi quantum Dei honor, & subditorum utilitas postulat. Cyprianus epist. 3. Leo ad Anastasium epist. 54. & epist. 67. Eodem iure potest superior vices suas alteri committere: nec potestate concessa in omnes semper vti tenetur. Ver haec multa Martini Lutberi argumenta obuiantur, cum in presenti materia, tum in pluribus alijs, in malo intellectu inuis diuini fundata. Non est itaq; quod nobis amplius molesti sint aduersarij, in huius loci Hieronymiani maleuola deprauatione, & iniqua contorsione, in cuius difficillimi modi explicatione, in genuum enim est, ait vltimus, agnoscere per quos profeceris sequitur

sequitur sum doctissimum Louaniensem Theologum Iacobum Latomum, in opusculo de Primatu Romani Pontificis ca. 3. quem locum si beneuolus Lector inspexerit, plura ad solutio nem superiorum obiectionum pertinetia reperiet. Porro pro vberiori Hieronymiani scrupuli enucleatione, id quoq; diligenter notandum est, quod non modo Alfonso de Castro li. 6. aduersus hereses in titulo Episcopi: sed etiam Albertu Pigbius Campensis lib. 2. Hierarchia Ecclesiastica cap. 10. obseruauerit. nomina illa presbyteri & episcopi ex sua prima institutione, latiore quam modo significationem habuisse. Omnes enim gradus sacri ordinis Ecclesiastici in duo omnino genera diducuntur. In principes aut superintendentes, & ministrantes siue obsequentes. Primum genus quamquam sit genericum, vno tamen generico vocabulo vix expressum proprie episcoporum dicitur, sub quo & presbyter siue sacerdos comprehenditur, vtriusque enim tam episcopi, quam sacerdotis est populo praesse, atq; eum cura & regimini superintendere, ordinare tamen. Secundum genus graduum sacri ordinis Ecclesiastici, tametsi in varias species, certo tamen ordine se habentes distributum sit, omnes tamen ille diuersae forma, sub hac vna generica diaconorum videlicet appellatione in epistolis Paulinis continentur. Hanc episcopi presbyteri generica, & indifferens appellatio nem in verbis Apostoli nota esse videtur Theophylactus scribens in caput primum epistola ad Philipenses, atque exponens illud: Cum episcopi & diaconibus, Episcopos inquit, sacerdotes dicit. Neq; enim plures praeter vnum erant episcopi, qui singulis ciuitatibus praesideret: Quippe cum nondum essent huiusmodi nomina dispartita: sed episcopi tantum diaconi & presbyteri dicebantur, Hactenus Theophylactus cui quoque in Paulo ad Titum & Timotheum indifferens illa et confusa, genericaq; vocabulorum appellatio nota erat. Eodem & Augustinus respexit in quadam ad Hieronymum epistola, qua scribit in hac verba. Quauquam enim secundum honorem vocabula, qua iam Ecclesia vsus obtinuit, episcopatus presbyterio maior sit: tamen in multis Augustinus Hieronymo minor est. Quibus verbis satis manifestè declaratur, non ex propria vocabulorum ratione episcopatum presbyterio esse maiorem, cum sit vtrumq; genericum, & ex sua ratione aequè late patens vocabulum, quorum vsus indifferens extitit ab initio, & indifferens, commutatusq; vtriusq; gradus sacerdotis ordinis. Verum vsu Ecclesia postea introduxit, vt alterum vni eius specie proprie accommodaretur, & alteri aliud, hoc est, Pontificali gradui episcopi & inferioris ordinis sacerdotij, vocabulum presbyteri. Itaque ex vocabulorum vsu, quem iam recepit Ecclesia, non autem quem ab initio obtinuit, episcopatus presbyterio maior est. Idq; ea de causa, quod consuetudine loquendi sunt diuersis formis proprie applicata & imposta, quorum altera non ex vsu loquendi tantum, sed re ipsa altera maior est. Itaq; confusis & indistinctis ab initio ex ratione propria vocabuli, per xaraxetiv, & vt ita dicam, appropriationem, ad res diuersas facta est distinctio. Hac qui non obseruant in verbis Apostoli implicatur difficultas, vnde se facile extricare non possunt. Ecclesia timens, ne propter vocabulorum indistinctam significationem, qui existimaret res etiam prorsus esse indifferens, vocabulorum significationes artius astrinxit atq; contraxit hoc pacto, vt ille solus diceretur episcopus, qui alij sacerdotibus superior, totius ciuitatis curam haberet, ille autem vocaretur presbyter, qui corpus Domini conficere, aut consecrare posset. Quare Ecclesia hoc statutus non constituit nouum ordinem, aut eiusdem ordinis nouum gradum decreuit, sed gradus sacerdotij antiquos, & à Deo institutos, censuit proprijs nominibus nuncupari, ne forsitan ex communitate aut identitate vocabulorum, oriatur occasio existimandi res ipsas etiam per illa nomina designatas, esse profusus easdem. Si Ecclesia ob nouas emergentes causas, potuit rebus antiquis noua nomina imponere, quid impediret, vt non etiam nouis insurgentibus causis potuerit anti-

qua vocabula ad contractionem significationem restringere. His itaq; rationibus ita subductis, facile videt humanus & studiosus Lector Hieronymum, cum nihil inter episcopum et presbyterum distinguit, non tam de rebus, quam de vocabulis agere. Res, n. semper fuerit distincte, licet vocabula aliquando tempore fuerint confusa. Quare non necesse existimo, vt cum nonnullis Theologis ad praesidium confugiamus, vt sanctissimum virum erroris insimulemus, vel sibi ipsi non constituisse, vel parum coherentia in hac materia dixisse asseramus: atq; ita aduersarijs nostris (sui alioqui ad reprehendendos S. Patres promptius scophantis calumandi ansam praebeamus. Placet itaq; mihi vehementer Iacobi Latomi summi Theologi iudicium, qui mentè Hieronymi, & sensum candidè pie & doctè ita interpretatus est, vt ab omni erroris habeat inconstitiam nota virum ex omni antiquitate & memoria longè & doctissimè & sanctissimè penitus vindicauit. Quod si quis verò vniuersam Catholicam Ecclesiam veritate copiose & fuse in presentem negotio de comparatione episcopi & sacerdotis inaequali cognoscere desideret: is consulat Alfonso de Castro lib. 6. aduersus hereses in Titulo episcopi & Albertu Pigbiu Campensem lib. 2. Hierarchia Ecclesiastica. c. 10. & Iacobu Latomum in opusculo de Primatu Rom. Pontificis. ca. 3. et Thomam VV aldensem in libris Doctrinalis fidei antiquae: & fusiussimè Michaelem Adinā, lib. 1. de sacrorum hominum continentia, c. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & Sixtum Senensem Bibliot. sanctae, li. 6. Annor. 22. 4. Hi enim non tantum Catholicam questionis veritatem solidè confirmant, sed etiam argumenta aduersariorum firmissimè & fortissimè confutant.

Appendix Articuli V. I. Presbyteri diaconi honoratiores & digniores.

AVDIO quendam in tantam erupisse vecordiam, vt diaconos presbyteris, id est, episcopis anteferet. Nam cum Apostolus perpicue doceat, eosdem esse presbyteros, quos & episcopos quis patitur mensuram & viduarum minister, vt supra eos se tumidus efferat, ad quorum praesens Christi corpus sanguisque conficitur. Tom. 2. epist. 85. ad Euagrium. p. Sed dicis quomodo Romae ad testimonium diaconi presbyter ordinatur? quid mihi proferis vnus vrbis consuetudinem? quid paucitatem, de qua ortum est supercilium in leges Ecclesiae, vindicas? Omne quod rarum est, plus appetitur. Pu legium apud Indos pipere pretiosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Ceterum etiam in Ecclesia Romae presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim increbrescentibus vitijs, inter presbyteros absente episcopo sedere diaconum viderim, & in domesticis conuiuijs benedictiones presbyteris dare. Discant qui hoc faciunt, non se rectè facere, & audiant Apostolos. Non est dignum, vt relinquentes verbum Dei, ministremus mensis. Sciunt quare diaconi constituti sunt. Legant Acta Apostolorum, recorderent conditionis suae. Presbyter & Episcopus aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi dicitur: De presbyteris omnino retinetur, quia in episcopo & presbyter continetur. Qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem crescit ex paruo, aut, si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem. Et vt sciamus traditiones Apostolicas sumptas de veteri testamento, quod Aaron, & filij eius atque Leuitae in templo fuerunt, hoc sibi episcopi, & presbyteri, & diaconus

In opusculo de Primatu Pontificis, et aduersus Sabellianum in Confessio ad Titum consulatur. Ad praesens Christi corpus sanguisque conficitur. Ordinum est iusto viuendum. Ad praesens Christi corpus sanguisque conficitur. Ad praesens Christi corpus sanguisque conficitur.

Ioan. 13. Hic Patri testimonium Hieronymi mentem explicat. Augusti de heresibus ad Quodvult Deum similit. Aug. de heresibus ad Quodvult Deum similit. Aug. de heresibus ad Quodvult Deum similit.

& diaconi vindicent in Ecclesia. *Ibidem, epist. 86.*
 Illud quoque considerandum, quod sacerdotes qui in maiori gradu sunt constituti, viginti quinque millia possideant in longitudine, & decem millia in latitudine. Leuitate autem, id est, inferior gradus, eundem quidem numerum habeat in longitudine, hoc est, viginti quinque millia, sed latitudo ipsorum, quinario numero finiatur. Unde viginti tantum tenent gazophilacia, in quo numero offeruntur munera Esau. *Tom. 4. lib. 13. Comm. in ca. 45. Ezech. Fol. 479. fac. 2.*

DESCRIBITUR quoque Leuitarum possessio quae vicina quidem est finibus Sacerdotum, & eadem habet spatia in longitudine & in latitudine, pro multitudine Leuitarum, quae habet paucitas Sacerdotum: sed tamen proprijs vitur terminis, & intelligit se à sacerdotali gradu esse disiunctam, ad decuriam superbiarum ministrorum, qui ignorantes humilitatem status sui, ultra Sacerdotes, hoc est, presbyteros intumescunt, & dignitatem non merito sed diuitijs aestimant. Certè qui primus fuerit ministrorum (quia per singula cõcionatur in populos, & à Pontificis latere non recedit) iniuriã putet, si presbyter ordinetur: & non meminit mensuram & viduarum minister, in obsequium se & ministerium non solum sacerdotum, sed & viduarum, & pauperum delegatum. *Tom. 4. lib. 14. Comm. in cap. 43. Ezech. Fol. 492. fac. 1.*

Articulus VIII. Quaedam Episcopis reservari, & ab ipsis Presbyteros iurisdictionem in pauperes accipere.

QUI non susciperet cum, qui se monachum promittebat, praesertim ignorans tragedias tuas, & episcopi tui commendatitias ad ceteros Sacerdotes epistolas legens? *Tom. 1. epist. 48. cap. 5. f.*
 ET SI singuli Ecclesiarum episcopi habet sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur: tamen preponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est: *Tom. 2. epist. 60. ad Iohannem Hierosolymitanum, cap. 1.*

MULTI episcopi cõmunionis nostrae & presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nos cõprehendere non potueramus, & miserunt ad nos diaconos & hypodiaconos, quos suscepimus cum gratia, & ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem episcopum, & sanctum Theorobum, ut in Ecclesijs Cypri, quae iuxta se erant, ad mare autem Parochiae videbantur Ecclesiam pertinere, eò quod grandis esset, & late patès prouincia, ordinarent presbyteros, & Christi Ecclesiae prouiderent. *Ibidem, cap. 1. f.*

AD extremum sit Dux siue Princeps, qui tantum possit, ut contra vnam tribum possessionem accipiat: vniuersumque meritum compenset merita plurimorum: & primum dum versatur in saeculo, de mari vsque ad mare latitudinem possideat: deinde ab Occidente, siue à mari vsque ad Orientem: ut presentia derelinquens, ad futura festinet, & habeat certam possessionem suam, & nequaquam Principes aliena desideret, & vnaquaque tribus suam partem teneat. Quod propriè ad episcopos & presbyteros referri potest, quibus dicitur: ut non vastent atque depopulentur ultra populum Dei, nec terram Israel hereditate possideant: sed vnusquisque habeat possessionem suam, quae graui illius constituta est. *Tom. 4. lib. 13. Commentar. in cap. 45. Ezech. Fol. 479. fac. 2.*

Leuitarum possessio à sacerdotali gradu distat.

Duplex officium Diaconorum.

Episcopi debent committi ad alios sacerdotes.

Epiphanius ob latitudinem suae prouinciae delegat sine parochia ordinationem alijs episcopis.

Amplissima Episcoporum possessio.

Articulus IX. Episcopos Apostolis succedere, plebi praesesse.

SED de hoc gradu pulsus, prouocabis ad Clericos. An de his aliquid audeam dicere, qui certè in suis vrbibus commorantur? Absit ut de his quicquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani fumus: qui clauis regni caelorum habentes, quodam modo ante iudicij diem iudicant: qui sponfam Domini sobria castitate conseruant. *Tom. 1. epistola 1. ad Heliodorum, cap. 7.*

EPISCOPI & presbyteri habeant in exemplum Apostolos, & Apostolicos viros: quorum honorem possidentes, habere nitantur & meritum. *Tom. 1. epist. 13. ad Paulinum, cap. 3.*

IACOBUS, qui appellatur frater Domini cognomento iustus, ut nonnulli existimant. Ioseph ex alia vxore, ut autem mihi videtur, Mariæ, sororis matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini statim ab Apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolam, quae de septem Catholicis est, quae & ipsa ab alio quodam sub nomine eius aedita asseritur, licet paulatim, tempore procedente obtinuerit autoritatem. Hegesippus vicinus Apostolicorum temporum, in quinto Commentario libro de Iacobo narrans, ait: Suscepit Ecclesiam Hierosolymam post Apostolos, frater Domini Iacobus, cognomento Iustus. *Tom. primo, de Viris Illustribus, Folio 119. facie 2. in Iacobo.*

PAVLVS iuncto sibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertensque Hierosolymam, à Petro, Iacoboque & Ioanne gentium Apostolus ordinatur. *Tom. primo, de Viris Illustribus, in vita Pauli, Folio 120. facie 2.*

APVD nos Apostolorum locum Episcopi tenent, apud eos Episcopus tertius est. Habent enim primos de Pepusa Phrygiae Patriarchas: secundos quos appellant Cenones: atque ita in tertium, id est, penè vltimum locum episcopi deuoluuntur: quasi exinde ambitiosior religio fiat, nisi, quod apud nos primum est, apud illos nouissimum sit. *Tom. secundo, epistola 54. ad Marcellam, Folio 193. facie 2.*

ID CIRCO obtestor beatitudinem tuam per Crucem Domini, per necessarium fidei nostrae decus, per passionem Christi, ut qui Apostolos honore sequeris, sequearis & merito, ita in folio cum duodecim iudicaturus sedeas, ita te alius senem cum Petro cingat, ita municipatum celi cum Paulo consequaris, ut mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare significes, noli despicere animam, pro qua Christus mortuus est. *Tom. secundo, Epistola quinquagesima octaua ad Damasum, Folio 195. fac. 2. f.*

MONACHVS, pro dolor monachis & ministratur, & impetrat exilium: & hoc monachus, Apostolicam cathedram habere se iactans. *Tom. 2. epist. 62. ad Theophilum, cap. 4. p.*

CAS TER VM etiam in Ecclesia Romae presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim incrementibus vitijs, inter presbyteros absente episcopo sedere diaconum viderim, & in domesticis conuiujs benedictiones presbyteris dare. Dicant qui hoc faciunt, non se rectè facere, & audiant Apostolos. Non est dignum, ut relinquentes ver-

Episcopi apostolico gradu succedunt.

Episcopi apostolico gradu non habent honorem possidentes.

Iacobus apostolus episcopus Hierosolymitanus.

Iacobi epistola procedente tempore obtinuit auctoritatem.

Galat. 2. Paulus gentium episcopus.

Episcopi tenent locum apostolorum primum apud Catholicos, apud Monachos postremum.

Damasus apostolos habere sequitur.

Ioannes Hierosolymitanus monachus episcopus apostolicam cathedram tenet.

tes verbum Dei ministrum mensis. Sciant quare diaconi constituti sint. *Tom. 2. Epistola 85. ad Euzoarium.*

Ecclesia, filij tui, quos genuisti tibi, vertentur in patres tuos, cum de discipulis eos feceris magistrorum, & in sacerdotali gradu omnium testimonio collocaueris. Sin autem patres Ecclesiae intelligimus Abraham, Isaac, Iacob, & reliquos patriarchas: filios qui ei in patrum honore sunt nati, Apostolos intelligamus, qui missi sunt à Domino praedicare vsque ad extremum terrae, & baptizare credentes in nomine trinitatis. *Tom. 3. Epist. 140. Fol. 398. fac. 1.*

THEOPHILVS, Antiochenae Ecclesiae septimus post Petrum Apostolum Episcopus, qui quatuor Euangelij in vnum opus dicta compingens ingenij sui nobis monumenta reliquit. *Tom. 3. Epistola 151. ad Algasium quaestione 6. Folio 428. facie secunda.*

INDICES priores fuerunt Moyses & Iesus filius Naue & ceteri, à quibus etiam liber scripturae sanctae nomen accepit, & postea Dauid & alij iustissimi reges. Restituet ergo iudicum similitudine: vel post captiuitatem Babylonicam, ut Iudaei uelut, Zorobabel, Esdras, & Neemias, & ceteros principes: qui vsque ad Hircanum populo praeruerunt, cui Herodes successit in regno. Vel certè verius & rectius, Apostolos, & qui per Apostolos crediderunt, Ecclesiarumque principes constituti sunt. *Tom. quarto lib. 1. Comment. in cap. 1. Esaiæ, Fol. 6. fac. 1.*

SI quis autem crediderit in Christum, & impletum fuerit illud quod supra legimus. Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorrae fuissetis: quando iuxta Apostolum, reliquiae saluabuntur hoc semen sanctum erit: & de Apostolorum gemine cunctae Ecclesiae pullulabunt. *Tom. 4. lib. 3. Commentariorum in caput sextum Esaiæ, Folio vigesimo sexto fac. 1. f.*

QUI egrediuntur de radice Iacob, &c. Postquam Apostoli in toto orbe Euangelium praedicantes, dixerint: Faciemus pacem Christo, pacem faciemus ei: qui in excelsis fuerint de semine Iacob, & in Apostolicam prouenerint dignitatem appellabuntur filij Iacob. Tunc germinabit & florebunt Irahel, videns doctrina filiorum suorum vniuersum orbem esse completum, & attulisse fructus vberimos, quos in Iudaea manens non attulerat. *Tom. quarto lib. 8. Commentariorum in cap. 17. Esaiæ, Fol. 99. fac. 2.*

VO sautem sacerdotes Domini, &c. Adificantes vrbium desertarum, & pastores gregum, qui ipsi sunt aratores, & vittores, hoc est, filij peregrinorum, ipsi quoque sunt sacerdotes Dei, ad quos propheta nunc dicit. Vos autem vocabimini sacerdotes Domini, & ministri Dei nostri, dicitur vobis. Haud dubium quoniam Ecclesiarum principes significet. Vel certè de Apostolis intelligendum est, ut sit ordo. Cum ceteri, pastores, aratores & vittores, de gentibus fuerint Ecclesijs praepositi: Vos de quibus dictum est: Reliquiae saluae fiet. Et, Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorrae fuissetis. vocabimini sacerdotes, & ministri Dei, quales erant & filij Dauid: De quibus scriptura dicit: Filij autem Dauid, erant sacerdotes Dei. Isti fortitudinem gentium comedent, & in diuitijs earum admirabiles erunt. Corona enim patrum,

gloria liberorum, & profectus populi epulae sacerdotum. De istiusmodi diuitijs Paulus scribebat ad Corinthios: Gratias ago Deo meo pro Iesu Christo, quoniam in omnibus diuites facti estis in eo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ut in nullo indigeatis in villa gratia. *Tom. 4. lib. 17. Com. in cap. 61. Esaiæ, Fol. 204. fac. 2.*

APOSTOLI igitur & Apostolici viri, ita filios generabunt, ut de scripturis sanctis instruant, ut non imitentur maledictionem Iudaeorum, sed cum propheta dicant: A timore tuo Domine in vtero cocepimus, & parturimus & peperimus. De his enim dictum erat: Benedicta progenies vteri tui. Tales sunt filij Abraham qui faciunt opera eius, & in veteri historia, appellatur filij prophetarum: quales & in nouo instrumento Apostoli genuerunt, Paulus Timotheum, Lucam, & Titum, multosque alios: Petrus Marcum Euangelistam, & ceteri ceteros: quorum benedictum semen est, & hucusque benedicitur, & permanet filij filiorum. De quibus propheta dicit: Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius uolet nimis: Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur: Et alibi: Filij tui sicut nouellae oliuarum in circuitu mensae tuae. Ecce sic benedicitur homo qui timet Dominum. *Tom. 4. lib. 18. Commentariorum, in caput 65. Esaiæ, Folio 220. fac. 2. f.*

ET fumam, inquit, ex eis sacerdotes & leuitas, dicit Dominus ut qui saluati fuerint, gentibus predicarent. De quibus vnus loquebatur: Sic nos reputet homo, quasi ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Et Lucas Euangelista: Si cut tradiderunt, inquit, nobis, qui à principio uiderunt & ministri fuerunt sermonis. De quibus & supra legimus: Vos eritis mihi sacerdotes Domini. Quomodo enim in abscondito Iudaeus est, qui spiritu circunciditur, de quo scriptum est: Nos sumus circuncisio, qui spiritu Deo seruumus, & offerimus spirituales victimas placetis Deo, psalimusque spiritu & sensu. Sic & Sacerdotes & leuitas in abscondito sunt: qui non seriem generis sequuntur sed ordinem fidei. Vel certè non dicit de Apostolis & Apostolicis viris, qui principes fuerunt Ecclesiae ex populo Iudaeorum: sed de enumeratis supra gentibus: de mari, de Africa, de Lybia, de Cappadocia, de Italia, de Graecia, de cunctis in sulis: quarum habitatores primum non audierat Dominum, nec viderant gloriam eius, & postea vertentur in sacerdotes: ut qui fuerat cauda, sint caput, & qui caput vertantur in caudam. *Tom. quarto lib. 18. Commentariorum, in cap. 66. Esaiæ, Folio 228. fac. 1.*

ABIECTIS pastoribus synagogae, scribis videlicet & phariseis, & saluatis reliquijs ex Irahel Apostolice Euangelij in locum priorum principum constitutis: inducitur pastor pastorum & princeps principum, & rex regum, & Dominus dominantium. Christus videlicet saluator noster, qui propriè est germine iustum, siue Oriens iustus, de quo legimus: Orietur in diebus eius iustitia. Et in alio loco: Ecce vir Oriens nomen eius, & subter cum oriatur & edificabitur templum Domini: ut quo modo in Esaiâ Emanuel appellatur, hoc est, nobiscum Deus, sic in Hieremia nomen accipiat iustitia nostra. Unde & Apollolus loquitur: Qui factus est sapientia nobis à Deo, ut iustitia & sanctificatio, & redemptio. *Tom. quarto*

Apost. 6. Apostoli filij patriarcharum.

Theophilus Antiochenus Episcopus post Petrum.

Judicium regum et Principum veteris testamenti locum obtinent Apostoli & Episcopi in nouo fudete.

Rom. 9. De Apostolorum per gemine cunctae Ecclesiae pullularum.

Apostoli qui in Apostolicam dignitatem perueniunt filij Iacob uocantur.

Apostoli Episcopi principes Ecclesiarum aratores sunt & vittores.

2. Reg. 8.

1. Cor. 1.

Luc. 1. Filij apostolorum episcopi.

Apo. 16.

psal. 111.

Ibid. 127.

1. Cor. 4.

Luc. 1.

Rom. 2. Phil. 3. Apostoli et apostolici uiri Aaronici gene leuitici esse uis scilicet non sequuntur sed fidem.

Gentes uertentur in sacerdotes.

Apostoli in loca priorum principum et pastorum synagogae constituti uisunt.

psal. 71.

Zach. 6.

Esaiæ. 7. 1. Cor. 1.

libro quarto, Commentariorum in ca. 23. Hieremia, Folio 279. fac. 1.

QVOD autem dicit: In noua dies nostros sicut à principio hoc postulare videtur: vt sicut à principio primos patriarchas eorum, Abraham, Isaac & Iacob, plena fide, & dilectione sibi esse fecit deuotos, ita & ipsos eodem munere sibi fideles ac deuotos facere dignetur. Quod in aduentu Heliae per Malachiam prophetam illis promissum esse plerique arbitrantur, vbi dicitur. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate. Tom. 4. lib. 3. Com. in cap. 5. Lamentatio Hierem. Fol. 329. fac. 2.

QVICQVID autem eo tempore Israelitico populo dicebatur, hoc nunc refertur ad Ecclesiam: vt propheta sancti sint Apostoli & Apostolici viri. Propheta autem mendaces atque furiosi omnes haeretici, quorum principes ex suo corde confingant, qui autem ab eis seducti sunt aliorum mendacijs acquiescant. Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 13. Ezech. Fol. 362. fac. 1.

AD pastores autem Israel sermo dirigitur: quos vel reges vel principes scribas & Phariseos, ac magistros Iudaici populi debemus accipere: Vel certe in Euangelico populo, Episcopos, presbyteros & diaconos. Tom. 4. lib. 11. Com. in cap. 34. Ezech. Fol. 438. fac. 2. f.

HAS duodecim portas siue exitus, pro qualitate meritorum atque virtutum singularibus, sub Apostolicis & patriarcharum nominibus arbitror delegatas, de quibus & in Apocalypsi Iohannis apertius scribitur & multa diuinarum scripturarum sacramenta testantur. Tomo quarto, libro decimo quarto Commentariorum in cap. 48. Ezechielis, Fol. 494. fac. 2.

SI in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersatione quoque & abstinentiam amplectamur. Tomo quinto libro primo Commentariorum in caput secundum Michea, Fol. 150. fac. 2.

ET fratres Christi, id est, Apostoli conuertentur ad prophetarum & patriarcharum fidem, qui venturum Christum annunciauerunt, & complebitur psalmi vaticinium: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 5. Michea, Folio 160. fac. 1.

SVRGERE, inquit, iudicio contendere apud montes & audiant colles, vocem tuam. Iubetur surge res qui vel sedet vel iacet, vel dormit, vel mortuus est, secundum illud quod apostolus ait: Eleuare qui dormis & surge à mortuis & illuminabit te Christus. Surge à mortuis: vt in nouitate ambules vitae, vt terram deserens ad altiora nitaris. Et iudicio contendere aduersum montes: quos non alios significari puto quam angelos, quibus rerum humanarum commissa est procuratio, deuteronomio in idipsum congruente: Cum diuideret excelsus gentes, cum dileminaret filios Adam, constituit terminos terrae, secundum numerum angelorum Dei: Hi sunt administratores spiritus, missi in ministerium propter eos qui hereditatem salutis possessuri sunt. Et contendere iudicio: vt siue montes, siue colles reperti fuerint non digne populos procurasse, vel meum videatur esse, qui tales preposuit: vel culpa tollatur à populo, & referatur ad principes. Legamus apocalypsin Ioan-

nis apostoli, in qua laudantur actus sancti & angelus ecclesiarum pro virtutibus vitijque eorum, quibus praesse dicuntur. Sicut enim interdum episcopi culpa est, & interdum plebis, & saepe magister peccat, saepe discipulus, & nonnunquam patris vitium est, nonnunquam filij, vt vel bene vel male erudiantur: Ita in iudicio dei, vel ad angelos crimen referetur, si non egerint cuncta, quae ad suum officium pertinebant, vel ad populum, si illis vniversa facientibus, ipsi audire contempserint. Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 6. Michea, fol. 162. fac. 1.

MOYSES Deo iubente praeparat, vt pontifices patribus succederet, & generationis in sacerdotibus scriberetur. Tom. 6. lib. 4. Com. in ca. 26. Matthaei, Canon. 61. fac. 1.

HOC sufficiat, vt propter egregios mores & incomparabilem fidem, sapientiamque non modicam, frater dictus sit Domini, & quod primus ei Ecclesiae praefuerit, quae prima in Christu credens ex Iudaeis fuerat congregata. Tom. 6. lib. 1. Commentariorum, in caput primum ad Galatas, Folio 125. facie prima.

HI c Iacobus Episcopus Hierosolymorum primus fuit, cognomento iustus: vir tanta sanctitatis & rumoris in populo, vt fimbriam vestimenti eius certatim cuperent attingere. Qui & ipse postea de templo à Iudaeis praecipitatus, successorem habuit Simeonem, quem & ipsum tradunt pro Domino crucifixum. Ibid. fac. 1.

PROPTER quod ait: Apostolus Iesu Christi: tale mihi videtur, quale si dixisset: praefectus praetorio Augusti Caesaris magister exercitus Tyberij imperatoris. Vt enim iudices saeculi huius, quod nobiliores esse videantur, ex regibus quibus feruunt, & ex dignitate qua intumescunt, vocabula sortiuntur: ita & Apostolus grandem inter Christianos sibi vendicans dignitatem, Apostolorum se Christi titulo praenotauit, vt ex ipsa lecturos nominis auctoritate terreret, indicans omnes qui Christo crederent debere sibi esse subiectos. Tomo sexto libr. 1. Commentariorum in cap. 1. ad Titum facie prima.

LEGIMVS in Exordio istius Epistolae. Huius rei gratia reliqui te Cretae, vt ea quae deerant, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi deposui: vt quia Cretenses nuper crediderant, recedente Paulo, & ad alias Ecclesias transunte, non dimitterentur Orphani, sed haberent Apostolicum virum, qui ea quae videbantur deesse corrigeret. Quia ergo post fundamentum aliarum Ecclesiarum necessarius erat Titus, qui aedificium superstrueret, scribit ei, vt cum Arteman, vel Tychicum (vnum scilicet è duobus qui secum fuerant) Cretam misisset, impleturus locum eius: ipse Nicopolim veniret, ibi se hyematurum esse constans, ex quo Paternos Pauli in Cretenses probemus affectus. Necessarium habet Titum in Euangelij ministerium, tamen non eum ante ad se vult venire, nisi in locum eius Arteman vel Tychicus successor aduenierit. Tomo sexto, libro primo Commentariorum, in caput tertium, ad Titum, Folio ducentesimo nono facie secunda.

AFFERTE Domino filios arietum. Quos per Euangelium duces gregum Apostoli genuerunt. Arietes Apostoli dicuntur. Arietes in capite duo cornua habent. Et sancti Apostoli duo cornua habuerunt, id est, duo testamenta praedicauerunt. Filij

Apoc. 2.3.

Exod. 29. Patriarchis pontifices praeficiuntur episcopis successores.

Sanditas Iacob Episcopi Hierosolymitani.

Simeon Iacobii successores.

Apostoli comparatio cum praefecto praetorio & magistro exercitus.

In locum Titii Cretensis Episcopi Arteman vel Tychicus succedat.

Filij arietum, successores Apostolorum sunt, quos generauerunt per verbum praedicationis. Tom. 7. Com. in Psal. 28. Fol. 33. fac. 1.

ET patres nostri. Apostoli prophetae, quorum praedicatione renati sumus ad vitam. Ibid. Psal. 111. 43. p.

PER o patribus tuis nati sunt, & cetera. Fuerunt o Ecclesia Apostoli patres tui: quia ipsi te genuerunt. Nunc autem quia illi recesserunt à mundo, habes pro his Episcopos filios, qui à te creati sunt. Sunt enim & hi patres tui, quia ab ipsis regeris.

CONSTITVENS eos principes super omnem terram. Constituit Christus sanctos suos super oes populos. In nomine. n. Dei, dilatatum est Euangelium in omnibus finibus mundi, in quibus principes Ecclesiae, id est, Episcopi constituti sunt. Ibid. Psal. 44. Fol. 57. fac. 2. f.

SECVNDVM sensum, caelum altius, sancti Apostoli, qui ab ipso Christo audierunt praedicationem, & illuminatione spiritus sancti acceperunt, & exinde fuerunt edocti. Caelum iterum successores Apostolorum, quibus illi praedicaerunt, & Dominus illos in anima illorum illuminauit. Ibid. Psal. 113. Fol. 148. fac. 2.

Articulus. X. Episcopis potestatem coercendi conuenire.

QVIA in Domino te diligo, dilige diligenter, & vt ceteri tecum diligant per Ecclesiasticam auctoritatem hortare. Tomo 1. Epistolae, ad Augustinum.

RETVLIT mihi quidam frater è Gallia, se habere sororem virginem, matremque viduam, quae in eadem vrbe diuuis habitarent cellulis, & vel ob hospitij solitudinem, vel ob custodiendas facultulas, praefules sibi quosdam clericos assumissent, vt maiore dedecore iungerentur alienis, quam à te fuerant separatae. Cumque ego ingemiscerem, & multa praefules tacendo quam loquendo, significarem. Quae se, inquit, corripias eas literis tuis, & ad concordiam reuocas, vt mater filia, & filia matrem agnoscat. Tomo primo, Epistolae, 47. cap. 1. p.

NONNE ante sepulchrum Domini, misso archidaco praecipisti, vt talia disputans coticeretur? Quis hoc visquam presbytero fuo coram plebe imperauit Episcopus? Tom. 2. Epistolae, ad Pammachium cap. 4.

BLANDIRIS vt pater, crudis vt magister, instituis vt pontifex. Venisti ad nos non in austeritate virgae, sed in spiritu benignitatis & lenitatis, & mansuetudinis, vt humilitatem Christi primo statim sermone resonares, qui mortalium genus non fulminans & tonans, sed in praefepi vagiens, & tacens saluauit in cruce. Legeras enim in typo illius ante praedictum: Memento Domine Dauid & omnis mansuetudinis eius, & in ipso postea praesentatum: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Vnde & multa de sacris voluminibus super pacis laude perstringens, ac per varios scripturarum campos more apum volas, quicquid dulce & aptum concordiae fuit, artificij eloquio mesuisti. Currentes igitur ad pacem incitati sumus: exposita ad nauigandum vela crebrior exhortationis tuae aura compleuit, vt non tam retractantibus & fastidiosis, quam vt auidis & plenis faucibus dulcia pacis fluentia biberemus. Tomo secundo, Epistolae, sexagesima secunda ad Theophilum, cap. 1.

Ecclesiastica auctoritas.

Episcoporum est corripere impudicos uicinos.

Episcopus imperat omnibus inferioribus ordinibus.

Pontificis est in spiritu lenitatis corripere.

Psal. 151.

Mat. 11.

Thom. 10.

PASTOR bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Boni quippe pastoris discipulus optat anathema esse pro fratribus suis atque cognatis, qui sunt Israelitae, secundum carnem. Et si ille perire cupit, ne periti pereant, quanto magis bonis parentibus prouidendum est, ne ad iracundiam prouocent filios suos, & inimicitiae duritiae etiam lenissimos asperos esse compellant? Ibid. inf.

EVANGELIUM per orientem graecos & interpretantur discipulo eius Rufino, Latinoque plerique in occidente lectitant: qui librum quoque scripsit, quasi de Monachis: ulto quoque in eo enumerat, qui numquam fuerunt, & quos fuisse scribit, Origenistas & ab Episcopis damnatos esse non esse dubium. Tom. 2. aduersus Pelagianos, ad Crespionem cap. 2.

VIGILAT autem virga, cuncta populi peccata considerans, vt percutiat & corripiat delinquentes. Vnde & Apostolus scribit peccantibus: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis. Illa est virga vel baculus de qua Dauid loquitur: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Pulchreque posuit, consolata sunt. Ad hoc enim Dominus corripit, vt emendet. Et quo modo nux siue amygdalus amarissimum habeat corticem, & tella durissima cingitur: vt detrahis austerioribus & duris, fructus dulcissimus reperiat: sic omnis correctio, & labor continentiae, amara quidem videtur ad praesens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde & vetus illa sententia est: Litterarum radices amarae, fructus dulces. Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 1. Hieremia, Folio 231. fac. 2.

QVICQVID regiae domui dictum est: intelligat Episcopi, sociique eorum presbyteri, atque diaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus, quod si fecerint, quae praecipita sunt, & inter cetera innocentem sanguinem non fuderint, scandalizantes minimos quoque, & percutiendi conscientias singulorum obtineant tradita sibi à Domino dignitatem. Sin autem facere noluerint atque contempserint, ipsi redigant Ecclesiam Dei in solitudinem. Ingrediuntur autem de genere Dauid per portas Hierusalem & sedent super thronum eius, qui interpretatur fortis manu, & ascendunt currus & equos, quando refrenant & suas & populi perturbationes, & composito in Ecclesia ingrediuntur gradu & multarum virtutum choro sibi que ex omni parte continentium. Et vt hoc verum esse credamus, iurat per se, quia iuxta Apostolum, maiorem alium per quem iurare possit, non habet. Tomo quarto libro quarto Commentariorum in caput vigesimum secundum Hieremia, Fol. vigesimo septuagesimo sexto fac. 1.

BONI rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatis & mansuetudinis lenimentum, student peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde & doctor gentium qualiter subditis suis praefuerit, ostendit dicens: Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: omnia omnibus factus sum, vt omnes facerem saluos: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Debet rector esse bene agentibus, per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus: vt & bonus in nullo se praeferat, & cum prauiorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat.

Zelus patris & Episcopi. Nam pro subditis. Rom. 9.

Pontificis summi est Episcoporum conuenire haeretis.

1. Cor. 4.

Psal. 2.

Correctio est Episcopalis virtus & qualitas.

Episcopi presbyteri diaconi totiusque ordo Ecclesiae, allicum obtinent à Domino potestatem sibi iraditam vt percutiant conscientias singulorum.

Quo pacto effecti esse debeant praedentes in aui maduerit eda in subditos.

1. Cor. 9.

2. Cor. 11.

Mal. 4.

Propheta olim bodie sunt apostoli & prophetae haeretici.

Apocal. 21.

Apostoli in uicem patrum archorum et prophetarum successerunt. Mal. 4. 4.

Eph. 5.

Angeli sunt montes.

Deut. 32.

Heb. 1.

Angeli Ecclesiarum sunt Episcopi.

agnoscatur: quatenus & honore suppresso, equalem se subditis bene uiuentibus deputet, & erga peruersos iura rectitudinis non exercere formidet. Nam liquet quod omnes homines natura aequales sunt genitii, sed variantur meritorum ordine, alios alijs culpa postponit. Ipsa autem diuersitas accessit ex uitio, diuino iudicio dispensante: ut quia omnis homo aequè stare non ualet, alter regatur ab altero. Vnde cuncti qui praesunt non in se potestatem debet ordinis pensare, sed aequalitatem conditionis: nec praesse hominibus se gaudeant, sed prodesse. Antiqui etiam partes nostrae, non reges hominum, sed pastores pecorum fuisse memorantur. *Tom. 3. lib. 3. Com. in cap. 4. Lament. a. Hierem. Fol. 32. 6. fac. 2.*

PRINCEPS qui uerè princeps est in populo, & meretur ducis nomen accipere, hinc inde accipit possessionem sanctuarij, ex omnibus uidelicet qui ei uoluntate subiecti sunt, & vrbis habitator est, multorumque salutem, suam mercedem facit. *Tom. 4. li. 13. Co. in cap. 45. Ezech. Fol. 479. fac. 2.*

DEBET cor meum, ut omne quod sub sole geritur, intueret: & hoc uel maxime, quod homo accipit in homines potestatem, ut quoscunque uult affligat atque condemnet. Cum itaque mentem meam ad haec in tuenda dirigerem: uidi impios cum tali opinione mortuos, & sic sepultos, sancti autem in terra, qui & cum uiueret putabatur digni esse Ecclesiae principes, & templo Dei, & in super ambulantes tumidi, laudabantur in malis suis. Sicut scriptum est: Laudatur enim peccator in desiderijs animae suae, & qui iniqua egerit, benedicitur. Hoc autem propterea euenit, quia nemo peccantibus Episcopis audeat contradicere: nec statim Deus scelus uisciscit, sed differt poenam dum expectat poenitentiam. Peccatores autem quia non statim arguti atque correpti sunt, putantes nequaquam futurum esse iudicium in scelere perseverare. Postquam hoc testimonium accipere aduersus Episcopos, qui acceperunt in Ecclesia potestatem, & scandalizant eos magis quos docere & ad meliora debuerant incitare. Hi frequenter post mortem laudantur in Ecclesia, & beati in his quae non probabiliter fecerant, publice siue à successoribus siue à populis praedicantur. Et hoc itaque uanum est: quia non ut egerunt, sic audiunt: nec statim corripuntur in peccato suo. Nemo quippe audeat accusare maiorem: propterea quasi sancti & beati, & in praecipis Domini ambulantes, augent peccata peccatis. Difficilis est accusatio in Episcopum. Si enim peccauerit, non creditur, & si conuictus fuerit, non punitur. *Tom. quinto, Commentariorum in caput octauum Ecclesiasticus Folio 2. 1. facie prima.*

OPPONIT nobis potest illud quod ad Corinthios scribitur: Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Si enim ibi ad peccatores, non in spiritu mansuetudinis, sed in uirga uenire se dicit, quomodo hic his qui in aliquo peccato praeventi fuerint, non uirgam adhibet, sed spiritum mansuetudinis? Verum ibi ad eos dicitur, qui post peccatum non sentientes errorem suum, nolebant maioribus suis subdi, & poenitentia corrigi. Vbi uero peccator intelligens uulnus suum, tradit medico se curandum, ibi non est uirga, necessaria sed spiritus lenitatis. *Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 6. ad Galatas, Folio 155. fac. 2.*

INTRA cetera mandata etiam peccantes possunt

se arguere, maxime libertatis est: Sed hoc ille potest facere, qui non meretur audire: Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc poteris eijcere festucam de oculo fratris tui. Quamobrem & propheta, nulla ipsi peccatorum forde polluti, nec cauteriatam habentes conscientiam, poterant ceteros arguere delinquentes. Ex quo animaduertendum eum arguere posse, qui ipse non redarguatur in semetipso. *Tom. sexto libro tertio, Commentariorum in caput quintum ad Ephesios Fol. 186. fac. 2.*

VERE nunc est cernere, quod praedictum est, in praedictis uerbis, Episcopos, siue presbyteros, si laicos uiderint hospites, amatores bonorum, inuidere, fremere, excommunicare, de Ecclesia expellere, quasi non liceat facere quod Episcopus non faciat, & tales esse laicos damnatio sacerdotum sit. Graues itaque eos habent, & quasi ceruicibus suis impositos, ut à bono abducant opere varijs persecutionibus in quietant. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum Fol. 200. fac. 2.*

Articulus XI. Ad Episcoporum cognitionem quondam secularia quoque negotia à fidelibus fuisse relata.

QUAMquam nos negotiorum alienorum, eorumque secularium, curis circumstemur in gentibus, tamen Episcoporum tua breuitati facile non ignoscerem, nisi cogitarem, quam paucioribus uerbis meis redderetur. *To. 2. Epist. 87. ad Hieronymum.*

QUICQUID ad domum regiam & ad urbem Metropolitim prophetatur, referamus ad Ecclesiasticum ordinem, & ad principes Ecclesiarum, eos dum taxat qui se superbia & diuitijs lasciuiaque tradiderint. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 21. Hierem. Fol. 176. fac. 1.*

AD extremum sit dux siue princeps, qui tantum possit ut contra unam tribuum possessionem accipiat, uniusque meritum compenset merita plurimorum: & primum dum uersatur in saeculo, de mari usque ad mare latitudinem possideat, deinde ab occidentem, siue à mari usque ad orientem, ut praesentia derelinquens, ad futura festinet, & habeat certam possessionem suam, & nequaquam principes aliena desideret, & unaquaque tribus suam partem teneat. Quod propriè ad Episcopos & presbyteros referri potest, quibus dicitur, ut non ualeant neque depopulentur ultra populum Dei, nec terram Israel hereditate possideant, sed unusquisque habeat possessionem suam, quae gradui illius confitura est. *Tom. quarto libro. 3. Commentar. in cap. 35. Ezechielis, Fol. 479. fac. 2.*

NUMC reges intelligite. Reges saeculi omnes, uel reges sancti Apostoli, intelligite ista supra dicta.

ERVDIMINI. hoc est uosmetipsos uel alios. QUI Iudicatis terram. Sanctam Ecclesiam. *Tom. 7. Com. in Psal. 2. Fol. 2. fac. 2.*

Articulus XII. Ecclesiasticas et Ecclesiasticorum causas, ad Ecclesiasticam Episcoporum tribunalia esse referendas.

CUM uidissem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret, & sancti presbyteri Hieronymus & Vincetius propter uerecundiam & humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij, quo

Luc. 6. Carere debet omni uisio, qui alij uult corripere.

Abusu Episcopali potestatis reprehenditur.

Augustinus Episcopum curis ingenuis secularibus obuiauit. *Luc. Augustinum 10. 8. in Psal. 118. concil. 24. 10. 2. epist. 147. ad Praeclianum Donatistam.*

Domus regia & urbis Metropolitim Episcopum.

Episcoporum uel Principum uel legum iudicio etiam peruenit.

Apostoli & Episcopi iudicant saeculum ecclesiam.

Psal. 9.

Locus communis contra Episcopos qui data sibi auctoritate abutuntur.

1. Cor. 4.

Quando uirga & quando uisus spiritum mansuetudinis uentum.

Elogium sancti Episcopi Lincii.

Epiphanius in Ecclesiasticis causis ad ministrum dicitur.

Monasteria & omnis ordo ecclesiasticus subiectum Episcopo.

Sancti sacrificia.

Epiphanius Cyrenae Episcopi in capite.

Episcopi in ecclesia.

Sententia & iudicia Episcoporum non continentia.

Augustinus commentat B. Hieronymum.

Augustinus per occupationes Ecclesiasticas à studijs reuocatur, et impediuntur.

Episcopus multorum salutem suam facit mercedem.

qua Christianorum praecipua salus est, inuenire autem & comprehendere feruum Dei non posses, qui te, eo quod graue onus sacerdotij nollet suscipere, sepe fugiebat, sed nec alius quis Episcoporum facile eum reperiret: unde & satis miratus sum, quo modo dispensatione Dei ad nos uenerit cum diaconis monasterij & ceteris fratribus, ut mihi satis faceret, quia nescio quid aduersum eos habebam tristitia: cum igitur celebraretur collecta in Ecclesia uilla, quae est iuxta monasterium nostrum, ignorantem eum, & nullam diuitias habentem suspicionem per multos diaconos apprehendi iussimus, & teneri os eius, ne forte liberari se cupisset, adiuraret nos per nomē Christi: & primum diaconum ordinauimus, proponentes ei timorem, & compellentis ut ministraret. Valde quippe obnitebatur indignum se esse coelestans. Vix ergo compulsum eum & persuaderi potuimus testimonij scripturarum & propositione mandatorum Dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificijs, rursus eum ingenti difficultate tenore ore eius, ordinauimus presbyterum, & isdem uerbis quibus antea suaferamus, impulimus ut se deret in ordine presbyterij. Post haec scripsimus ad sanctos presbyteros monasterij & ceteros fratres, & increpauimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum quari audissem, cur non haberet, qui sibi Domini sacramenta conficeret, & illum omnes suos poscerent testimonio, & grandem utilitatem in commune monasterij testarentur: quare tunc, reperta oportunitate, non scripsissent nobis, neque super ordinatione eius aliquid poscissent. *Tom. secundo Epistola sexagesima, ad Ioannem Hierosolymitanum capite primo.*

QUANDO eum per imperiale scriptum recipere sacerdotium, quod Episcopali iudicio amiserat, intelligebas. *Tom. 2. lib. 3. aduersus Rufinum cap. 5. Fol. 256. fac. 1.*

IMPRIMIS putas, post sententias sacerdotum, imperiale rescriptum, quod quale sit, nouerit ille qui meruit. *Ibid.*

TANTAE autē mihi in litteris tuis, quae in manus nostras peruenire potuerunt apparent res, ut nihil studiorum meorum malle, si possem, quam inhaerere lateri tuo, quod ego quia non possum, alique nostrorum in Domino filiorum erudiendum nobis ad te mittere cogito, si etiam de hac re tua rescripta meruero, nam neque in tantum scientiae diuinarum scripturarum est, aut esse iam poterit, quantum inesse tibi uideo, & si quid in hac re habeo facultatis, utrumque impedito populo Dei. Vacare autem studijs diligentius, quam quae populo seruiunt instruendo propter Ecclesiasticas occupationes omnino non possum. *Tom. 2. Epistol. 93. ad Hieronymum Folio 32. 2. facie secunda. f.*

PRINCEPS qui uerè princeps in populo est, & meretur ducis nomen accipere, hic inde accipit possessionem sanctuarij ex omnibus uidelicet qui ei uoluntate subiecti sunt, & vrbis habitator est, multorumque salutem, suam mercedem facit. In priori templo quod dicitur sanctuarij, quingenti per singula latera calami describuntur, & rursus quinquaginta cubiti: quibus omnis sacerdotum possessio separatur. In secundo autem sanctuario, ubi sunt sancta sanctorum, latitudo templi, & spatium non describitur, sed incertus numerus est. Quod quidem in possessione prima

cupis inuenimus, qui absque uilissimo numero habet possessionem in populo Israel, dum profectus uniuersorum retundat ad principem, & discipulorum salus praemium magistrorum est. *Tom. 4. libro. 13. Commentariorum in cap. 45. Ezechiel. Folio. 479. fac. 2. f.*

ITVS & sanctus Episcopus esse debet, ut iustitiam in populis quibus praestitit exerceat, reddens unicuique quod meretur, nec accipiat personam in iudicio: Inter laici autem & Episcopi iustitiam, hoc interest, quod laicus potest apparere iustus in paucis, Episcopus uero in tot exercere iustitiam potest, quot & subditos habet. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum Fol. 200. fac. 2.*

Articulus XIII. Episcopum ab Episcopis iijque haud minus tribus ordinari.

PAVLVS iuncto sibi Barnaba multis uerbis peragratis, reuertens Hierosolymam, à Petro, Iacoboque & Ioanne gentium Apostolus ordinatur. *Tom. 1. de uiris illust. in uita Pauli.*

POLICARPVS, Ioannis Apostoli discipulus, & ab eo Smyrnae Episcopus ordinatus totius Asiae princeps fuit. *Ibid. in Polycarpo.*

ALEXANDER, Episcopus Cappadociae, cum desiderio sanctorum locorum, Hierosolymam pergeret, & Narcissus eiusdem urbis, iam senex regeret Ecclesiam, & Narcisso, ut multis clericis eius reuelatum est, altera die mane intrare Episcopum, qui adiutor sacerdotalis cathedrae esse deberet. Itaque re ita completa, ut praedicta fuerat, cunctis in Palestina Episcopis in unum congregatis, adnitente quoque ipso uel maxime Narcisso, & Hierosolymitanae Ecclesiae cum eo gubernaculum suscepit. *Ibidem, de uiris illustribus in Alexandro.*

SECVTUS est, Philemonem dicendi characterem: uisusque se, Episcopum in loco suo ordinans, ruri vitam Monachi exerceat. *Ibid. in Gregorio Nazianzeno.*

UOLIT aliquid dicere, sed timeo ne negligentibus occasione ruinae tribuum: quod in scripturis sanctis, idem homo frequenter uinctus inueniatur: Denique Dauid tertio uinctus est, quod nos non intelligamus super eo qui peccauit, & iterum uingitur: sufficit enim leproso, ut post primum uingentium perditum uingatur secundo: sed super eo, qui per dies singulos proficit, & semper ei augetur uinctio, & de leprosi oleo migrat ad oleum populi atque sanctorum, & de oleo populi ad oleum peruenit sacerdotum, à sacerdotibus transcendit ad christum pontificis, à Pontifice quoque ad regem: à rege ad patriarchas, & à patriarchis pergit ad Christum, & uingitur oleo exultationis: quo qui fuerit linitus, unus cum Deo efficitur spiritus, & ubi pater & filius est, ibi etiam ille erit. Verum hoc rarum est & sunt vota credentium. *Tom. 5. Commentariorum in cap. 3. Habacuc, Folio 203. fac. 1.*

PERCVNIA & argentum praedicatione Euangelij est, & sermo diuinus qui dari debuit numularijs & trapezitis, id est, uel ceteris doctoribus (quod fecerunt & Apostoli, per singulas prouincias presbyteros & Episcopos ordinantes) uel eunctis credentibus, qui possunt pecuniam, & cum uisus reddere, ut quicquid sermone didicerant opere explerent. *Tom. 6. lib. quarto Commentariorum in cap. 25. Matthaei, Canone 56. fac. 2.*

Episcopus iustitiam exercet in eos qui sui praest.

Paulus à tribus ordinari gentium apostolus.

Polycarpus Smyrnae Episcopus à Ioanne ordinatus.

Alexander Narcissi coadiutor in Ecclesia Hierosolimitana.

Alexander coepiscopus ordinatus à cunctis Palaestinae Episcopis in unum congregatis.

2. Reg. 5. 19. Diferfa genera uingentium.

Christus Episcopus.

Apostoli per singulas prouincias Episcopos ordinant.

Articulus

Articulus XIII. Episcoporum & presbyterorum electionem vel ex fortibus, vel ex acclamationibus laicorum haberi solita, Ecclesie multis modis incommodam, & turbam su.

TA age, & vive in monasterio, vt clericus esse merearis, & adolescentiam tuam nulla forde commacules, vt ad altare Christi, quasi de thalamo virgo procedas, & habeas de foris bonum testimonium, feminaeque nomen tuum nouerint, & vultum tuum nesciant. Cum ad perfectam aetatem veneris, si tamen vita comes fuerit, & te vel populus, vel pontifex ciuitatis in clericum elegerit: age quae clerici sunt, & inter ipsos seclae meliores quia in omni conditione & gradu optimis mixta sunt pessima. Tom. 1. Epistol. 4. ad Ruffic. cap. 8. p.

MULTI eliguntur non amore sui, sed alterius odio. In plerisque suffragium meretur sola simplicitas, & alterius prudentiae & calliditati quasi malitiae opponitur. Nonnunquam errat plebis vulgi quae iudicium & in sacerdotibus comprobandis, vnusquisque suis moribus fauet, vt non tam bonum, quam sui similem quaerat praepositum. Euenit aliquoties, vt mariti quae pars maior in populo est, maritis quasi sibi applaudant, & in eo se arbitrentur minores non esse virginibus, si maritum virgini praferant. Dicam aliquid, quod forsitan cum multorum offensa dicturus sum: sed boni mihi non irascuntur, quia eos peccati conscientia non remordet. Interdum hoc pontificum vitio accidit, qui non meliores sed argutiores in clerum allegunt, & simplices quosque atque innocentem inhabiles putant, vel affinibus vel cognatis, quasi terrenae militiae officia largiuntur, siue diuitum obediunt iustioni: quod quae his peius est, illis clericatus donant gradum, quorum sunt obsequijs delinuit. Alioqui si iuxta sententiam Apostoli non erunt Episcopi nisi mariti, ipse Apostolus Episcopus esse non debuit, qui dixit: Volo autem omnes sic esse, sicut ego sum. Et Iohannes indignus hoc gradu existimabitur, & omnes virgines & continentem, quibus quasi pulcherrimis gemmis Ecclesiae monile decoratur. Episcopus & presbyter, & diaconus non sunt mentorum nomina, sed officiorum. Nec dicitur: Si quis Episcopatum desiderat, bonum desiderat gradum: sed, bonum opus desiderat, quod in maiori ordine constitutus, possit, si velit, occasione exercendam habere virtutum. Tom. 2. lib. 1. contra Iovinianum cap. 19. f.

AVDIO totius in te vrbis studia concitata: audio Pontificis & populi voluntatem pari mente congruere. Minus est tenere sacerdotium quam mereri. Tom. 2. Epistol. 5. ad Panmach.

SPECULATOR terre Iudee, vel rex potest intelligi, vel propheta: Speculator autem Ecclesiae, vel Episcopus vel presbyter, qui a populo, electus est, & scripturarum lectione cognoscens, & prauidens quae futura sint, annunciet populo & corrigat delinquentem. Vnde magnopere formidandum est, ne ad hoc officium accedamus indigni, & assumpti a populo, negligentiae nos demus atque desidiae, & quod his peius est, delicijs ventriq; & otio feruientes, honore nos accepisse putemus, non ministerium. Si quidem filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & pedes discipulorum lauit, vt ostenderet omnes fordes & vitia, a magis

Vide praeter franciscum Torrem in libris duobus de sacris ordinationibus. etiam Cardinale Hostium in Confessione Catholicae fidei nonisima editio. ne cap. 54. de sacramento Ordinis folio 178 et 179.

Populus vel Pontifex in clericum eligat.

Vide Chrysostomum lib. 3. de sacerdotio, Ambrosium Libro de sacerdotali dignitate c. 5. et omnino Hostium loco praenominato.

Electiois popularis inmoda.

1. Tim. 3.

Populi voluntas aliquando est confensus desiderata.

A populo aliquando electus pontifex est presbyter.

Matth. 20

stris in discipulis debere dilui atque purgari. Nec statim respondeamus: quid prodest docere, si nolit auditor facere, quod docueris? Vnusquisque enim ex suo animo atque officio iudicatur: Tu si locutus non fueris: ille si audire contempserit. De magistris negligentibus Salomon loquitur: Sapientia abscondita & thesaurus occultus: quae utilitas in vtrisque? Tale quid significatur, & in Evangelio, quod qui scandalizauerit vnum de minimis Ecclesiae, expediat ei, vt alligetur ad collum eius mola asinaria, & abiciatur in profundum: quam in specula constitutus, plurimis noccat. Tomo quarto libro decimo, Comment. in cap. 33. Eccliel. fol. 136. fac. 1.

SACERDOTES decem tribuum ad iudicium vocantur a populo. Vnde & sacerdotes Baal & prophetae quadringenti quinquaginta, quos interfecit Helias, & postea Iehu filius: Nam si praesente Ionadab filio Rechab, appellati sunt sacerdotes: Sed & Israhel, id est, populus vocatur ad iudicium, & nullus excipitur: vt & sacerdotes, & populus & reges, qui inducerant populum, vt constituerent sacerdotes, simul audiant quid fecerint, & cur tradantur inimicis. Speculatoris, inquit, vos posui, & principes in populo, & in excelso dignitatis culmine constituti, vt populum regeratis errantem. Vos autem facti estis laqueus, & non tam speculatores, & principes, quam venatores appellandi. Expanditis enim rete super montem Thabor, quem septuaginta Hebraei transulerunt: hanc habentes consuetudinem, vt Hebraei nomina Graeco sermone declinant: sicut Edom, hoc est, Esau. Et Seir, semper Idumaeam interpretantur. Est autem Tabor mons in Galilaea situs in campestribus rotundus atque sublimis, & ex omni parte finitur aequaliter. De hoc monte & in Psalmo legimus. Tabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. Hunc montem & in Hieremia Septuaginta Itabyrium transulerunt: in quo aues laqueis capi solent. Et victimas, inquit, declinastis in profundum: vt nullus ageret poenitentiam, nisi occisus eleuaret caput. Prohibuerunt & reges, & sacerdotes ire populum ad templum Hierusalem: idcirco in profundum victimas declinasse dicuntur. Iuxta Tropologiam, accusatur populus, ne se alienum arbitretur a crimine, si inductus sit a regibus & a sacerdotibus, quos haereticorum principes intelligimus. Ipsi quoque principes accusantur, quod quasi laqueus, ceperint populum, & positi speculatores in Ecclesia, eos duxerint in errorem. Tomo quinto, libro primo, Commentariorum in caput quintum Osee, fol. quadragesimo septimo facie prima.

NOVERANT naturam maris, & tanto tempore nauigantes, sciebant tempestatum ventorum quae rationes, & vtique si solitos, & quos aliquando experti fuerant, fluctus vidissent confurgere, nunquam sorte auctorem naufragij quaerent, & per rem incertam, certum cuperent euitare discrimen. Nec statim debemus sub hoc exemplo fortibus credere, vel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare, vbi forte in Apostolatam Matthias eligitur: cum priuilegia singulorum non possunt legem facere communem. Sicut enim in condemnationem Balaam Afina loquitur, & Pharaon & Nabuchodonosor: iudicium sui, somnijs futura cognoscunt, & tamen Deum non intelligunt reuelantem. Cayphas quoque propheta ignorans, quod expediret vnum

Ioan. 13. Eccl. 20.

Matth. 9.

3. Reg. 18. 4. Reg. 9. et 10. In schismatica Republica sacerdotibus a populo delectis vocati.

70. Hebraei nomina Graeco sermone declinant.

Psal. 88. Hier. 46.

Sortituum est creditum.

Act. 1.

Nim. 27. Genes. 41. Daniel. 2.

Ioan. 11.

rei vnum perire pro cunctis. Ita & hic fugitivus forte deprenditur, non viribus fortium, & maxime fortibus ethnicorum, sed voluntate eius, qui fortes regebat incertus. Tomo 5. Com. in cap. 1. Ione, folio 135 facie 2.

NEC simplicitas & ciborum continentia in magistro sufficit, nisi quod ipse facit, possit & alios erudire. Certum quia responsuros puto: hoc eorum esse qui se ab adolescentia praeparant ad docendum: frequenter autem iudicio Domini & populorum suffragio in sacerdotium simplices eligi. Saltem illud habeant, vt postquam sacerdotes fuerint ordinati, discant legem Dei, vt possint docere quod didicerint, & augeant scientiam magis quam opes, & non erubescant a laicis discere, qui nouerint ea, quae ad officium pertinent sacerdotum: magisque noctes & dies in scripturarum tractatu, quam in ratiocinijs & suppuratione consumant. Tom. 5. Com. in cap. 2. Aggaei fol. 228 facie 1. f.

Articulus XV. Quae sint sacrorum ordinum impedimenta.

SED nec illud tacendum est, quod Orionus vix primarius, & ditissimus vrbis Ailae, quae mari rubro imminet, a legione possessus demonum, ad eum adductus est, manus, cernix, latera, pedes ferro onerati erant: furorisque saeuitiam torui oculi minabantur. Cumque deambularet sanctus cum fratribus, & de scripturis nescio quid interpretaretur, erupit ille de manibus se tenentium & amplexus eum post tergum, in sublime leuauit. clamor ortus ab omnibus: Timebant enim, ne confecta ieiunijs membra collideret. Et sanctus arridens, Sinite inquit, & mihi meum palatium dimitte. Ac sic reflexa super humeros manu, caput eius tetigit, apprehensoque crine, ante pedes adduxit, stringens e regione pedes manus eius, & plantas utroque calcans ambe, simulque ingeminans, torquere ait, demonum turba, torquere. Cumque iste euilaret, & reflexa ceruice terram vertice tangeret, Domine, inquit, Iesu solue miserum, solue captiuum, vt vnum, ita & plures vincere, tuum est. Rem loquor inauditam: ex vno hominis ore diuersae voces & quasi confusus populi clamor audiebatur. Curatus itaque & hic, non post multum temporis cum vxore & liberis venit ad Monasterium, plurima quasi gratiam redditurus dona afferens. Cui sanctus, Non legisti, inquit, quid Ciezi, quid Simon passi sint, quorum alter accepit pretium, alter obtulit, vt ille videret gratiam spiritus sancti, hic mercaretur? Cumque Orionus flens diceret: Accipe, & da pauperibus: respondit: Tu melius potes tua distribuere, qui per vrbes ambulans, & nostri pauperes, ego, qui mea reliqui cur aliena appetam? Multis nomen pauperum occasio auaritia est: misericordia vero artem non habet. Nemo melius erogat, quam qui sibi nihil reseruat. Tristi autem & in terra iacenti. Noli, inquit, contristari fili, quod facio pro me, & pro te facio, si enim haec accepero, & ego offendam Deum, & ad te legio reuertetur. Tom. 1. in vita Hilariensis fol. 110 fac. 2. f.

Populorum suffragijs electi sacerdotes.

Hilariensis eiusdem demonem.

4. Reg. 5. Act. 8. Simonias prohibita.

Hilariensis eiusdem demonem sanant.

illum. Statimque cum seruulis suis ascensa in portu naue, appulsus est Pachymum, & deducen- te se demone, vbi ante tu gurium senise prostravit, illico curatus est. Hoc initium signorum eius in Sicilia, innumerabilem ad eum deinceps aegrotantium, sed & religiosorum hominum adduxit multitudinem, in tantum, vt de primordiis quidam, tumens morbo intercutis, eodem die, quo ad eum venerat, curatus sit, qui postea offerens ei infinita munera, audiuit dictum Saluatoris ad discipulos: Gratis accepistis, gratis date. Ibidem fol. 114 fac. 2.

NON ambimus sacerdotium, qui latemus in cellulis, nec humilitate damnata, Episcopatum auro redimere festinamus: nec electum pontificem a Deo, rebelli cupimus mente iugulare, nec fauendo haereticis, haereticos nos docemus, pecunias nec habemus, nec habere volumus, habentes victum & vestitum, his contenti sumus: illud de ascensore montis Dominici iugiter decantantes. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit. Tomo secundo, libro primo, aduersus Ruffinum, cap. 7. f.

BAPTIZATOS Apostolus eligit in Episcopatum, an catechumenos? Respondere nolebat. Ego tamen id ipsum ingerere & secundo ac tertio sciscitari. Nioben putares: quae nimio fletu in lapidem versa est. Venti mead auditores: nihil interest, o boni iudices, aduersarium vigilantem an dormientem liget, nisi quod facilius est quiescenti quam reluctanti vincula innectere. Si Apostolus non catechumenos in clerum eligit, sed fideles, fidelis autem est qui Episcopus ordinatur: vitia catechumini non imputabuntur fidei. Tom. 2. Epistol. 33. cap. 1. f.

DIOTIMVS quales esse debeamus: discamus quales non esse debeant sacerdotes. Vinolentia scurrarum est & commessatorum: venter quomero aestuans, cito dispumat in libines. In vino luxuria in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur viuens mortuus est, ergo, qui inebriatur, & mortuus & sepultus est. Nohe ad vnius horae ebrietatem nudat foemora sua, quae per sexcentos annos sobrietate contexerat. Loth per temulentiam, nesciens libidini miscet incestum: & quem Sodoma non vicerat vna vicerunt. Percussorem autem Episcopum ille condemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella, & maledictus non remaledixit. Sed modestum. Duobus malis vnum opposuit bonum, & temulentia & ira, modestia refrenentur. Non litigiosum, non auarum: nihil enim impudentius arrogantia rufficorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati semper ad lites, in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant: Auaritiam in sacerdote vitandam, & Samuel docet, nihil coram populo eripuisse se cuiquam probans, & Apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum a fratribus accipiebant, & praeter victum atque vestitum, nihil se aliud nec habere, nec velle gloriabantur. Quam ad Timotheum auaritiam, ad Titum turpis lucris cupiditate aperitissime notat. Domum suam bene regentem: non vt opes augeant, non vt regias pariet epulas, non vt celatas patinas struat, non vt Phasides aues lentis vaporibus coquat, qui ad ossa perueniant, & superficiem carnis non dissoluant artificii temperamento, sed vt, quod populo

Munera non sunt danda.

Matth. 10.

Ambitio ab his ab ordinandis. Simosia vitia.

1. Tim. 6.

Psal. 23. 14.

Catechumeni non dantur hospitijs: si uero sunt ordinandi.

De vitia simosia vitanda sacerdotibus.

Ebrietas. Genes. 9.

Genes. 19.

Estate 50. Percussor. 1. Pet. 2.

Arrogantia.

Auaritia. 1. Reg. 12. Acto. 11.

1. Tim. 6.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

2. Reg. 2.

Neophytus.

De hac Hieronymi opinione vide lib. 4. in Scholijs sub capite de Ecclesiastico vnum castitate.

Illegitima media ordinatio.

Nummarij sacerdotes.

Clericus cito per salum non est proponendus.

Custodes ceremoniarum diuinarum.

1. Tim. 5.

Adm. ordinatorum a munere vacuati sunt. Num. 10.

præcepturus est, prius à domesticis exigit. Filios habentem subditos, cum omni castitate, ne scilicet imitentur filios Eli, qui in vestibulo templi cum mulieribus dormiebant, & religionem prædam putantes, quidquid optimum in hostijs erat, in suas delicias conuertebant. Non Neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Mirari fatis non queo, quæ hominum tanta sit cæcitas, de vxoribus ante baptismum disputare, & rem in baptisate mortuam, in eum Christo viuificatam in calumniam trahere, cum tam apertum euidensque præceptum nemo custodiat. Heri catechumenus, hodie pontifex: heri in amphitheatro, hodie in Ecclesia: vespere in circo mane in altario, dudum fautor histrionum, nunc virginum cõsecrator. Num ignorabat Apostolus tergiversationes nostras, & argumentorũ ineptias nesciebat? Qui dixit: Vnius vxoris virum, ipse mandauit irreprensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, modestum, non violentum, non percussorem, non litigiosum, non auarum, non Neophytum. Ad hæc omnia claudimus oculos, solas videmus vxores. Quod autem ait: Ne in superbiam elatus, incidat in iudiciũ diaboli: quis non exemplo verum probet? Ignorat momentaneus sacerdos humilitatem, & mansuetudinem rusticorum: ignorat blanditias Christianas, nescit seipsum contemnere. De dignitate transfertur ad dignitatem, non ieiunauit non fleuit, non mores suos sæpè reprehendit, & assidua meditatione correxerit, non substantiam pauperibus erogauit. Decathedra quodam modo ducitur ad cathedram, id est, de superbia ad superbiam. Iudicium autem & ruina diaboli, nulli dubium quin arroganti sit. Incidunt in eam, qui in puncto horæ, necdum discipuli iam magistri sunt. Tom. 2. Epist. 83. ad Oceanum, fol. 2. os. fac. 2.

Dico quosdam scelere, periurio falsitate ad dignitatem nescio quam peruenisse, quid ad te, qui te intelligis innocentem? Rideo aduocatum, qui patrono egeat, quadrante dignam eloquentiam nare subanno: quid ad te qui disertus? Volo non nummarios inuehi sacerdotes, tu qui dices non es, quid irascaris. Tom. 2. Epistola 100. ad Bonifacium.

Cum filios alienigenas incircumcisos corde & corpore inducatis in sanctuarium meum, & pollutatis domum meam, audetis offerre panes, & adipem, & sanguinem, mystica sacramenta, & non intelligitis, quod solueritis & prætergressi sitis pactum meum in omnibus sceleribus, & impietatibus vestris, & non seruaueritis præcepta sanctuarij mei, neque posueritis custodes ceremoniarum mearum in sanctuario meo. Omnis autem aduersus eos est comminatio, qui non audierunt Apostolorum præmonentem: Manus cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis, Vel certe sic intelligendum: Dissoluitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris, & non seruastis præcepta sanctuarij mei, & audetis indignos, alienosque custodes, ponere in obseruatione sanctuarij mei: vobismetipsis vt subaudiatur, non mihi. Et est sensus: Qui vobis in carnalibus seruiant ac ministrant, & ob vestra refrigeria meum polluant sanctuarium. Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ezechielis, fol. 475 fac. 1.

AEMULEM VR DANIELEM, regis dignitatem & munera contemnentem, qui absque pretio proferens veritatem, iam illo tempore præceptam

Euangelicum sequebatur. Gratis accepistis, gratis date. Alioquin & trilitia nunciantem indecens erat libenter dona suscipere. Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 5. Daniel. fol. 507 fac. 1.

Quomodo quidam nostrorum Episcopos atque presbyteros post blasphemiam Spiritus sancti in suum recipiunt gradum: cum Saluator dicat omne peccatum & blasphemiam dimitti hominibus: qui autem in spiritum sanctum blasphemauerit, non dimitti ei, neque in presenti tempore, neque in futuro? Tom. 6. lib. 2. Comment. in cap. 12. Matr. canon. 22 fac. 1.

Articulus XVI. De minoribus ordinibus.

Si propter officium clericatus, aut vidua visita stur, aut virgo, nunquam domum solus introeas. Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris. Si lector, si acolitus, si psalter: non ornentur veste, sed moribus, nec calamistris crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur. Solus cum sola secreto & absque arbitro vel teste non sedeat. Tom. 1. Epist. 2. cap. 6.

Clerici quibus id officij erat, cruentum linteo cadauer obuolunt, & fossam humilapidibus constrictas, ex more tumulum parant. Tom. 1. Epist. 49. ad Innocentium, fol. 105 fac. 2. m.

Si uel noscendum, quod Samuel leuita non sacerdos, non pontifex fuerit. Vnde & faciebat illi mater sua Ephod bad, super humerale videlicet lineum, qui habitus propriè leuitarum & minoris est ordinis. Vnde & in Psalmis non nominatur inter sacerdotes, sed inter eos qui inuocant nomen Domini. Moyes inquit, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Tom. 2. lib. 1. contra Iouinianum, cap. 13.

Nvnam autem ego ordinaui diaconissas, & alienas nisi prouincias, neque feci quidquam vt Ecclesiam scinderem. Tom. 2. Epist. 60. ad Iouanem Hierosolymit. cap. 1. f.

Miror autem te vnum protraxisse in medium, cum omnis mundus his ordinationibus plenus sit: non dico de presbyteris, non de inferiori gradu: ad Episcopos venio: quos si sigillatim voluero nominare, tantus numerus congregabitur, vt Ariminensis synodi multitudo superetur. Tom. 2. epist. 83. ad Oceanum, fol. 206. fac. 2.

In ipso professione articulo sancti filij nostri Asterij, hypodiaconi, necessarij mei, beatitudinis tuæ litteræ ad me peruenerunt: quibus satisfacis, te contra paruitatem meam librum Romam non misisse. Hoc nec ego factum audieram: sed Epistolæ cuiusdam, quasi ad me scriptæ per fratrem nostrum Syrfinnium diaconum huc exemplaria peruenerunt. Tom. 2. epist. 91. p.

Filios Iudæorum, vel exorcistas gentis illius ex more significat, vel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas qui ad inuocationem Dei eijciebant demones. coarctat interrogatione prudenti, vt ostendantur spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio demõnu inquit in filijs vestris Deo, non demõnibus deputatur: quare in eisdem opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi iudices vestri erunt, non potestatis, sed cõparatione: dum illi expulsionem demõnum Deo assignant, vos Beelzebub principi demõniorum. Sin autem de Apostolis dictum est, quod & magis intelligere debemus) ipsi erunt iudices eorum: quia sedebunt in duodecim solijs iudicantes duodecim tribus

Episcopi blasphemantes Arriani non recipiendi in gradum presbiterium.

Lector, Acolitus, psalter.

Clerici Fosse vij.

Reg. 2. Habitus leuitarum super humerale lineum.

Psal. 98.

Ordinatio diaconissarum.

Inferior gradus.

Mentio Hypodiaconi.

Exorcista.

Epist. 83.

Psal. 45.

Differentia cantici, psalmi & hymni.

Certis personis in Ecclesia psallendum est officium.

Vera ratio, forma & modus cantandi.

Inferior gradus Exorcista, lector, & diuum.

tribus Israel. Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 12. Matthai. Cano. 21 fac. 2.

CAETERVM nos vt ante iam diximus monentem diabolum intelligamus superbiem & iactantem se contra creatorem suum: qui à Prophetamons corruptus appellatur. Et cum animam hominis possederit, & in ea fuerit radicans ab Apostolis, & his qui similes Apostolorum sunt, transferri potest in mare, hoc est, in loca falsa, & fluctuantia, & amara, quæ nullam habent dulcedinem Dei: & apud incredulorum mentem, vt porcorum duo millia suffocati. Id ipsum & in Psalmis legitur: Non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cormaris. Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 21. Matthai. Cano. 45 fac. 1.

De psalmistarum & cantorum officio in Ecclesia.

Quid intersit inter psalmum & hymnum & canticum, in psalterio plenissimè discernimus. Nunc autem breuiter hymnos esse dicendum, qui fortitudinem & maiestatem prædicant Dei, & eiusdem semper vel beneficia vel facta mirantur. Quod omnes Psalmi continent, quibus alleluia, vel præpositum vel subiectum est. Psalmi autem propriè ad ethicum locum pertinent: vt per organum corporis quid faciendum & quid vitandum noster. Qui verò de superioribus disputat, & concentum mundi, omniumque creaturarum ordinem atque concordiam subtilis disputator edisserit, iste spirituale canticum canit. Vel certè (vt propter simpliciores, manifestius quod volumus eloquamur) psalmus ad corpus, canticum refertur ad mentem. Et canere igitur & psallere laudare Dominum magis animo quam voce debemus. Hoc est quippe quod dicitur. Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino: Audiant hæc adolescentuli: audiant hi, quibus psallendi in Ecclesia officium est, Deo non voce sed corde cantandum: nec Tragædorum modum guttur & fauces, dulce medicamine colliniendas: vt in Ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica, sed in timore & opere, in scientia scripturarum. Quamuis sit aliquis, vt solent illi appellare καὶ ῥαβδῶν, si bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantor est: Sic cantet seruus Christi, vt non vox canentis, sed verba placeant quæ leguntur, vt spiritus malus, qui erat in Saule, eijciatur ab his qui similiter ab eo possidentur, & non introducat in eos, qui de Dei domo scenam fecere populorum. Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 5. ad Ephesios, fol. 187 fac. 2. f.

Nemo eorum qui in Ecclesijs sunt, te segnitè agente sic uiuat, vt sese putet esse meliorem. Qualis enim edificatio erit discipuli, si se intellegat magistro esse maiorem. Vnde non solum Episcopi, presbyteri & diaconi, debent magno perè providere, vt cunctum populum cui præsentent, conuersatione, sermone ac scientia præcedant: verum & inferior gradus, exorcista, lector, æditui, & omnes omnino qui domui Dei feruiunt. Quia vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse quam clericos. Tom. 6. lib. 1. Comment. arriorum, in cap. 2. ad Titum, fol. 207. fac. 1. f.

Articulus XVII. Dignos tantum ad ordines admittendos & de moribus Ecclesiasticorum.

Si non forte blandiris tibi, quod à tali Episcopo diaconus ordinatus es. Iam superius dixi, nec patrem pro filio, nec filium pro patre puniri: Anima enim quæ peccauerit ipsa morietur. Et Samuel habuit filios qui recesserunt à timore Dei, & abierunt post auaritiam & iniquitatem. Et Heli sacerdos sanctus fuit, sed habuit filios, qui vt in hebræorum voluminibus legimus, fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo Dei, & in similitudinem tui impudenter sibi Dei ministerium vindicabant, vnde & locus tabernaculi ipse subuersus est, & propter vitia sacerdotum Dei, sanctuarium destitutum est. Quamquam & ipse Heli, dum est nimium lenis in filios, offendit Deum. Tantumque abest, vt te valeat Episcopi tui iustitia liberare, vt timendum sit, non propter te de solio suo corruens, pereat infanabilis. Oza leuites arcam Domini quam portare ipse debuerat, quasi ruentem sustentare voluit & percussus est, quid de te futurum putas, qui stantem arcam Domini præcipitare conatus es? Quanto magis Episcopus qui te ordinauit, probabilis est: tanto tu amplius detestandus, qui talem hominem sefellisti. Solemus mala domus nostræ scire nouissimi, ac liberorum & coniugum vitia, ac vicinis canentibus ignorare. Nouerat te omnis Italia, vniuersa testare ante altare Christi ingemiscabant: nec tu tam callidus eras, vt prudenter tua vitia cœlares, sic æstuabas, sic subantem te & lasciuientem huc atque illuc rapiebat voluptas, vt quasi quosdam triumphos, palmasque vitiorum de expletis libidinibus subleuares. Tom. 1. Epist. 48. cap. 5.

Et ad Dyonisiũ postea; Romæ Episcopum & ad Nouatianum causantem, quod inuitus Romæ Episcopus ordinatus esset, cuius Epistolæ hoc exordium: Dionysius Nouatiano fratri salutem. Si inuitus vt dicis, ordinatus es, probabis, cum volens secesseris. Tom. 1. de virtutibus. Dionys. Alexand.

LVCIFER d. Orote, nonne legisti de Episcopis dictum: Vos estis sal terræ? Si autem sal infatuatum fuerit, in quo salictur? ad nihilum est vitæ, nisi vt projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Sed & illud, quod pro populo peccatorum sacerdos Deum exoret, ac pro sacerdote nullus sit alius qui deprecetur. Quæ quidem duo scripturarum capitula in sententiam concurrunt vnam. Nam vt sal omnem cibum condit, nec est aliquid per se tam suauis, quæ absque eo gustum demulceat: ita mundi totius, & propriè Ecclesiæ condimentum Episcopus est: qui si infatuatus fuerit, siue per negationem, siue per hæresim, siue per libidinem, & vt simul dicam, per vniuersa peccata, à quo alio poterit condiri, cum ipse fuerit omnium condimentum? Sacerdos quippe pro laico offert oblationem suam, imponit manum subiecto, reditum sancti spiritus inuocat, atque ita eum, qui traditus in fuerat Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret indicta in populum oratione, altario reconciliat: nec prius vnum membrum restituit sanitati, quàm omnia simul membra confluuerint. Facile quippe ignoscit filio pater, cum mater pro visceribus suis deprecatur. Si ergo hoc quem diximus gradum laicus pœnitens restituitur Ecclesiæ, ibique sequitur venia, ubi luctus præcesserat: manifestum est sacerdotem, de gradu suo motum, in eundem locum non posse restitui: qui aut pœnitens sacerdotio carebit, aut in honore persistens reduci in Ecclesiam

Epist. 18.

1. Reg. 2.

3. Reg. 2.

Deus indignus ordinatorum.

2. Reg. 6.

Sabinianus indignus concubinarum reprehenditur.

Nedibus.

1. Reg. 3.

Episcopus est vitæ mundi & Ecclesiæ condimentum.

1. Cor. 5.

Episcopi & sacerdotes ad in proximis gradum possunt restitui.

Math. 5. non poterit ordinem poenitentis. Tu mihi nunc infatuato sale Ecclesie saporem contaminas, tu eum qui proiectus fuerat, iacere debet in sterco re à cunctis hominibus conculcandus super altarium reponis. Et ubi erit illud Apostoli præceptum: Oportet Episcopum esse sine crimine quasi dispensatorem Dei. Et iterum: Probet autem se unusquisque, & sic accedat? Vbi Dominica denuntiatio est: Ne miseritis margaritas vestras ante porcos? Quod si de omnibus generaliter dictum intelligis, quanto magis de sacerdotibus præcauendum est, cum & iam de laicis sic cauetur? Separamini inquit Dominus per Moysen, à tabernaculis istorum hominum durissimorum, & nolite tangi ab omnibus, quæ sunt eorum, ne simul pereatis in peccato eorum. Et rursum in duodecim prophetis: Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes qui manducant ea, contaminabuntur. Et in Evangelio Dominus, Lucerna inquit corporis est oculus, id est, Ecclesie lumen est Episcopus. Si autem oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit. Sacerdote enim veram fidem prædicante, ex omnium corde tenebræ discutiuntur. Et cauam reddit: Neque enim lucerna accenditur, & ponitur subter modium sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt, hoc est. Ideo Deus scientie sue igniculum in Episcopo succendit, ut non sibi tantum luceat, sed omnibus prosit. Et in consequenti. Si, inquit, oculus tuus nequam fuerit, omne corpus tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Et rectè: Nam cum Ideo Episcopus in Ecclesia constituitur ut populum coerceat ab errore, quantus erit error in populo, cum errat ipse, qui doceat? quomodo potest peccata dimittere, qui ipse peccator est? quomodo sanctum sacrilegus faciet? Vnde ad me lumen introiet, cum oculus meus cæcus sit? Proh dolor, Antichristi discipulus Ecclesiam Christi gubernat, & ubi est illud: Non potestis duobus Dominis seruire? Sed & illud: Quæ communicatio luci ad tenebras. Qui consensus Christo ad Belial? Legimus in veteri testamento: Homo in quo fuerit macula, & vitium, non accedat offerre dona Domino. Et rursum: Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum, ut sacrificent, mundi sint, ne forte derelinquat eos, Dominus. Et in eodem: Et cum accedunt ministrare sancta, non adducant in se delictum, ne moriantur. Et multa alia, quæ persequi infinitum est studio breuitatis omitto. Neque enim numerus testimoniorum, sed autoritas valet. Ex quibus ostenditur, vos per modicum fermentum totam Ecclesie massam corrupisse & de eius manu hodie Eucharistiam accipere, quem heri quasi idololatram respuebatis. *Tomo. 2. in dialogo aduersus Luciferianos, cap. 2.*

1. Tim. 3. DEFINIT Apostolus, qualis Episcopus esse debeat scribens ad Timotheum: Oportet Episcopum esse irreprehensibilem, vnus vxoris virum, sobrium pudicum, ornatum hospitem, docilem, non vinolentum, non percussorem, sed mansuetum, non litigiosum, sine auaritia domum suam bene regentem, filios habentem subditos cum omni pudicitia, non Neophytum, ne inflatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem eum etiam testimonium de foris habere bonum, ne in opprobrium incidat & laqueum diaboli. Tito quoque scribens discipulo, quales Episcopos debeat ordinare, breui sermone demonstrat. Ideo reliquit

te Cretæ, ut quæ reliqua sunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego præcepi tibi: si quis est sine crimine, vnus vxoris vir, filios habens fideles, nec in accusatione luxurie, aut non subiectos. Oportet autem Episcopum esse sine crimine, siue sine accusatione: hoc enim magis ἀνεγκλητος sonat, sicut dispensatorem Dei, non proteruum, non iracundum, non vinolentum non percussorem, non turpis lucri appetitorem, sed hospitalem, benignum pudicum, iustum, sanctum, continentem, obtinentem doctrinæ fidelem sermonem, ut possit exhortari in doctrina sana, & contradicentes coarguere. Ut diuersarum personarum varia præcepta nunc sileam circa mandata Episcopi in tenebo. Vult certe Deus tales esse Episcopos, siue presbyteros, quales vas electionis docet. Primum quod dixit: irreprehensibilis, aut nullus, aut rarus. Quis est enim, qui non quasi in pulchro corpore aut nauum, aut verrucam habeat? Si enim ipse Apostolus dicit de Petro, quod non recto pede inceserit in Evangelij veritate, & in tantum reprehensibilis fuerit, ut & Barnabas adductus sit in eandem simulatione, quis indignabitur id sibi denegari, quod princeps Apostolorum non habuit? Denique vnus vxoris virum, sobrium, pudicum, ornatum hospitem ut reperias. Illud certe quod sequitur, δδακτικόν, qui possit docere, non ut interpretatur, Latina simplicitas, docilem cum cæteris virtutibus diffuciliter inuenies. Vinolentum quoque & percussorem, & turpis lucri cupidum repudiat Apostolus, & pro his cupit mansuetum absque iurgio, sine auaritia, & ut domum suam optimè regat, quodque difficillimum est, ut filios habeat subiectos, cum omni pudicitia, vel filios carnis vel filios fidei. Cum omni inquit pudicitia, Non enim sufficit Episcopum propriam habere pudicitiam, nisi ea filiorum & comitum ac ministrorum pudore decoretur, dicente David: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Consi- deremus quoque; τῶν ἁγίων pudicitiam, filios habentis subditos in omni pudicitia, ut non solum opere, sed sermone quoque, & nutibus se abstinant ab im pudicitijs, ne forte in illud incidat Heli: qui certe increpauit filios suos dicens: Nolite filij mei, nolite, non bonam famam audio ego de vobis. Corripuit & punitus est, quia non corripere debebant, sed abijcere. Quid faciet qui gaudet ad vitia qui emendare non audent? qui conscientiam suam non metuit, & quod cunctus populus clamitat, nescire se simulat: Quodque sequitur, μηδέποτε, ut iam à nullo accusatur, ut bonam opinionem ab ijs, qui foris sunt habeat, ut etiam maledictis aduersariis rui careat, & quibus doctrina displicet, placeat conuersatio, puto quod non sit facile reperire, mà ximeque illud, ut potens sit aduersarijs resistere, & peruersas opprimere & superare doctrinas. Vult, ut non Neophytus Episcopus ordinetur: quod videmus nostris temporibus. pro summa elegi iustitia. Si baptismus statim iustum faceret, & omni plenum iustitia: nequaquam vtiq; Apostolus Neophytum resutaret: sed baptismus vetera peccata cõscindit, nouas virtutes non tribuit, dimittit è carcere, & dimisso, si laborauerit præmia pollicetur. Aut nullus in qua aut rarus est qui omnia habeat, que habere debet Episcopus. Et tñ si vnus vel duo de cæta logo virtutum Episcopo cuiquam defuerint, non tamen iusti carebit vocabulo, nec ex eo danabitur, quod non habet, sed ex eo coronabitur, quod possidet. Omnia enim

Explicit s. gillatim Episcopi virtutes easque raras esse ostendit.

Galat. 6.

Psalm. 106.

1. Reg. 2.

Infinitum est non qui omni, vobis peccata caris sed qui multos virtutes possidet.

2. Pet. 2. enim habere & nullo indigere, virtutis eius est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, qui cum malediceretur, non maledixit, qui confidenter virtutum conscientia loquebatur. Ecce venit princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Qui cum esset in forma Dei, nequaquam rapinam arbitratus est, æqualem se esse Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & factus est obediens, vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea donauit ei Deus nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu flectant genu cælestia, terrestria, & inferna. Si ergo vna Episcopi persona, pauca præcepta aut nequaquam aut difficulter inuenies: quid facies de omni homine: qui cuncta debet implere mandata. *Tomo. 2. lib. 1. dialogorum aduersus Pelagianos, cap. 8.*

ANTE QUAM finem faciam dictandi (iam enim intelligo mensuram me excedere Epistolam) volo superiora capitula in quibus futuri Episcopi vita describitur cursum exponere, ut Apostolum non in vnus vxoris elogio, sed in omnibus quæ præcipit doctorem gentium suscipiamus. Simul obsecro ne quis me in suggillationem istius temporis sacerdotum scripsisse, quæ scripsi existimet, sed in Ecclesie utilitatem. Vt enim oratores & Philosophi, describentes, qualem velint esse perfectum oratorem & Philosophum, non faciunt iniuriam Demostheni & Platoni sed res ipsas absque personis definiunt: sic descriptione Episcopi & in eorum expositione quæ scripta sunt, quasi speculum sacerdotij proponitur. Iam in potestate & conscientia singulorum est, quales se ibi aspiciant, ut vel dolere ad deformitatem, vel gaudere ad pulchritudinem possint. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Opus non dignitatem, laborem non delicias: opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, id ipsum quoque ad Titum: Si quis est sine crimine. Omnes virtutes in vno sermone comprehendit, & per se rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in otioso verbo reprehensione dignum est: quis est ille, qui absque peccato, id est, sine reprehensione veretur in hoc mundo. Sed futurus pastor ecclesie, talis eligitur, ad cuius comparationem rectè grex cæteri nominentur. Definiunt rhetores oratorem, qui sit vir bonus dicendi peritus. Ante vita, sic lingua irreprehensibilis queritur, ut doctus merito suscipiatur. Perdit enim autoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur. Vnius vxoris virum: de hoc supra diximus: Nunc hoc tantum admonemus, ut si vnus vxoris vir etiam ante baptismum queritur, cætera quoque: quæ præcepta sunt ante baptismum requiramus. Neque enim competit vnuerfa post baptismum, & vnus hoc mandat intelligere ante baptismum. Sobrium siue vigilantem: ὑπάλοϑ, quippe vtrumque significat. Prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem Sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohibent vinum & liceram bibere, ne in crapula & ebrietate aggrauentur corda eorum, & ut sensus officij exhibens, Deo vigeat semper, & tenus sit. Quod autem inferi, prudentem, excludit eos, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra in vitio erunt. Ornatum quoque, τὴν ἁγίαν est prioris verbi, id est, irreprehensibilis: Qui vitia non habet, irreprehensibilis appellatur, qui virtutibus pollet, ornatus est. Possumus & aliud intelligere ex hoc verbo, iuxta illud Tullij: Caput est artis, dicere quod facias. Sunt enim quidam ignorantes mensuram suam, & tantæ stoliditatis ac vecordie, ut & in motu, & in incessu, & in habitu & in sermone communis rorum spectantibus præbeant, & quasi intelligentes quid sit ornatus, comunt se velutibus, & munitijs corporis, & lautioris mensæ epulas parant, cum omnis istiusmodi ornatus & cultus sordibus expetatur, & veteris præcepta sunt legis, & ad Titum plenius scribitur: Innocens enim & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam & latratu canum baculoque pastoris, luporum rabeis deterrenda est. Nā vinolentum non percussorem. Virtutibus vitia opposuit. Didicimus quales esse debeamus, discamus quales non esse debeant sacerdotes. Vinolentia scurrarum est commensatorum: venterque mero æstuans cito desumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate im pudicitia est. Qui luxuriatur viuens mortuus est, ergo qui inebrietur, & mortuus & sepultus est. Nohe ad vnus horæ ebrietatem nudat fecerit mora sua, quæ per sexcentos annos sobrietate contraxerat Loth per temulentiam, nesciens libidini miscet incestum: & quem Sodoma non vicerat, vna vicerunt. Percussorem autem Episcopum ille condemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella, & maledictus non remale dixit: Sed modestum. Duobus malis vnum opposuit bonum, ut temulentia & ira modestia refrenetur. Non litigiosum non auarum. Nihil enim impudentius arrogantia rusticorum qui garrulitate auctoritatem putant & parati semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Auaritia in sacerdote vitandam & Samuel docet, nihil coram populo eripuisse se cuiquam probans & Apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum à fratribus accipiebant, & præter victum atque vestitum, nihil se aliud nec velle gloriabantur, quam ad Timotheum auaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertissimè notat. Domum suam bene regentem: non ut opes augeant, non ut regias pareat exulas, non ut cælatas patinas struat, non ut phasides aues lentis vaporibus coquat, quia ad ossa perueniant, & superficie carnis non dissoluant artificij temperamento: sed, ut, quod populo præcepturus est, prius à domesticis exigit, filios habentem subditos, cum omni castitate, ne scilicet imitetur filios Eli, qui in vestibulo, templi cum mulieribus dormiebant & religionem prædam putantes, quidquid optimum in hostijs erat, in suas delicias conuertebant. Non Neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Mirari satis non queo, quæ hominum tanta sit cæcitas, de vxoribus ante baptismum disputare, & rem in baptisate mortuam, imo cum Christo viuificatam, in calumnia trahere, cum tam apertum evidensque præceptum nemo custodiat. Fieri Catechumenus, hodie potifex, heri in amphitheatro, hodie in Ecclesia, vesperè in circo, mane in altario, dudum fautor histrionum, nunc virginum consecrator. Num ignorabat Apostolus tergiverbationes nostras & argumentorum neptias nesciebat? Qui dixit: Vnius vxoris virum, ipse mandauit irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, modestum non vinolentum, non percussorem

2. Pet. 2.

1. Tim. 3.

Philip. 2.

Epistolam Episcopi virtutes easque raras esse ostendit.

Epistolam sacerdotij.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

1. Tim. 3.

Luc. 11.

bilis appellatur, qui virtutibus pollet, ornatus est. Possumus & aliud intelligere ex hoc verbo, iuxta illud Tullij: Caput est artis, dicere quod facias. Sunt enim quidam ignorantes mensuram suam, & tantæ stoliditatis ac vecordie, ut & in motu, & in incessu, & in habitu & in sermone communis rorum spectantibus præbeant, & quasi intelligentes quid sit ornatus, comunt se velutibus, & munitijs corporis, & lautioris mensæ epulas parant, cum omnis istiusmodi ornatus & cultus sordibus expetatur, & veteris præcepta sunt legis, & ad Titum plenius scribitur: Innocens enim & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam & latratu canum baculoque pastoris, luporum rabeis deterrenda est. Nā vinolentum non percussorem. Virtutibus vitia opposuit. Didicimus quales esse debeamus, discamus quales non esse debeant sacerdotes. Vinolentia scurrarum est commensatorum: venterque mero æstuans cito desumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate im pudicitia est. Qui luxuriatur viuens mortuus est, ergo qui inebrietur, & mortuus & sepultus est. Nohe ad vnus horæ ebrietatem nudat fecerit mora sua, quæ per sexcentos annos sobrietate contraxerat Loth per temulentiam, nesciens libidini miscet incestum: & quem Sodoma non vicerat, vna vicerunt. Percussorem autem Episcopum ille condemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella, & maledictus non remale dixit: Sed modestum. Duobus malis vnum opposuit bonum, ut temulentia & ira modestia refrenetur. Non litigiosum non auarum. Nihil enim impudentius arrogantia rusticorum qui garrulitate auctoritatem putant & parati semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Auaritia in sacerdote vitandam & Samuel docet, nihil coram populo eripuisse se cuiquam probans & Apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum à fratribus accipiebant, & præter victum atque vestitum, nihil se aliud nec velle gloriabantur, quam ad Timotheum auaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertissimè notat. Domum suam bene regentem: non ut opes augeant, non ut regias pareat exulas, non ut cælatas patinas struat, non ut phasides aues lentis vaporibus coquat, quia ad ossa perueniant, & superficie carnis non dissoluant artificij temperamento: sed, ut, quod populo præcepturus est, prius à domesticis exigit, filios habentem subditos, cum omni castitate, ne scilicet imitetur filios Eli, qui in vestibulo, templi cum mulieribus dormiebant & religionem prædam putantes, quidquid optimum in hostijs erat, in suas delicias conuertebant. Non Neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Mirari satis non queo, quæ hominum tanta sit cæcitas, de vxoribus ante baptismum disputare, & rem in baptisate mortuam, imo cum Christo viuificatam, in calumnia trahere, cum tam apertum evidensque præceptum nemo custodiat. Fieri Catechumenus, hodie potifex, heri in amphitheatro, hodie in Ecclesia, vesperè in circo, mane in altario, dudum fautor histrionum, nunc virginum consecrator. Num ignorabat Apostolus tergiverbationes nostras & argumentorum neptias nesciebat? Qui dixit: Vnius vxoris virum, ipse mandauit irreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, modestum non vinolentum, non percussorem

Genes. 9.

Genes. 19.

Esaie 50.

1. Pet. 2.

1. Reg. 16.

Acto. 11.

1. Tim. 6.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

2. Reg. 2.

Eniō ordi nationes hanc restorom sildom pend verbu 2 Ter nullio no t. atq; libro de p. etri. pitionibus hanc restorom.

rem non litigiosum, non auarum, non neophy-
 tum. Ad haec omnia claudimus oculos, solas vi-
 demus vxores. Quod autem ait: Ne in super-
 biam elatus, incidat in iudicium diaboli: quis
 non exemplo verum probet? Ignorat momen-
 taneus sacerdos humilitatem & mansuetudinem
 rusticorum, ignorat blanditias Christianas, nescit
 seipsum contemnere, de dignitate transfertur ad
 dignitatem, non ieiunauit, non fleuit, non mores
 saepe reprehendit, & assidua meditatione corre-
 xit: non substantiam pauperibus erogauit. De ca-
 thedra quodam modo ducitur ad cathedram, id
 est, de superbia ad superbiam. Iudicium autem
 & ruina diaboli nulli dubium quin arrogancia
 sit. Incidunt in eam, qui in puncto horae necdum
 discipuli iam magistri sunt. Oportet autem eum
 & testinoniam habere bonum ab ijs, qui foris
 sunt. Quale principium talis clausula. Qui irre-
 prehensibilis est, non solum a domesticis, sed ab
 alienis consono ore laudatur. Alieni & extra Ec-
 clesiam sunt Iudaei, haeretici atque gentiles. Talis ergo
 sit pontifex Christi, ut qui religioni detrahunt,
 vitae eius detrahere non audeant. At nunc plerum-
 que cernimus, vel fauorem populi in aurigarum
 morem pretio redimere, vel tanto omnium homi-
 num odio viuere, ut non extorqueant pecunia,
 quod nimirum impetrant gestibus. *Tom. 2. Epist. 83.
 ad Oceanum, cap. 4.*

*Age virtu-
 tes sectandae,
 que vitia fu-
 gienda sacer-
 dotibus.
 1. Cor. 6.*

Philip. 3.

Exod. 32.

Leuit. 10.

Luce 21.

Nam. 13.

Leuit. 21.

Leuit. 22.

Leuit. 7.

*Prater immo-
 centiam alie-
 variae virtu-
 tes desideran-
 tur in sacer-
 dote.
 Apocal. 4.*

MAXILLA eloquentem, eruditumque signifi-
 cat, ut quod pectore concipimus, ore promamus.
 Venter, receptaculum ciborum, in scorto Madia
 nitide sacerdotali pugione, confixus vnuerfos
 hominum labores, momentanea blandimenta
 gulae stercoreis fimo condemnat, & ostendit menti-
 bus consecratis Deo totum quod curamus, quod
 voramus, in secessum projici. Vnde Apostolus,
 Esca, inquit, ventri, & venter escis: Deus autem
 & hunc & illas destruet. Et de cotrario de luxurio-
 sis: Quorum Deus venter est, & gloria in confusione
 eorum. Vituli puluerem quem adorauerat Israel
 in contemptum superstitionis in potum accepit
 populus, ut discat contemnere, quod in secessum
 projici viderat. Praecipitur sacerdotibus, ne mi-
 nistraturi in templo, vinum & ficeram bibant, ne
 ebrietate & crapula & curis huius vitae praegra-
 ventur corda eorum, nec partem habeant in ter-
 ra, nisi solum Deum, ut nulla debilitate infig-
 nes sint: ne truncis auribus, laeso oculo, simis uari-
 bus, claudo pede, cutis colore mutato: quae omnia
 referuntur ad animae vitia. Voluntas enim in ho-
 mine, non natura damnatur. Si quis est sacerdotibus
 femine fluxerit, ad sacerdotalem memsam prohi-
 betur accedere. *Tom. 3. Epist. 128. ad Fabiolam.*

IN humeris opera sunt, in pectore ratio, vnde
 & pectusculum comedunt sacerdotes. Hoc au-
 tem rationale duplex est, apertum & absconditum,
 simplex & mysticum, duodecim in se lapides ha-
 bens, & quatuor ordines quos quatuor puto esse
 virtutes, prudentiam, fortitudinem, iustitiam &
 temperantiam, quae sibi haerent inuicem & dum
 mutuo miscentur, duodenarium efficiunt nume-
 rum, vel quatuor animalia, quae in Apocalypsi
 describuntur plena oculis, & Domini luce ra-
 diantia mundum illuminat. In vno quatuor &
 in quatuor singula, vnde & dicitur & dicitur, id
 est, manifestatio, vel doctrina & veritas in pecto-
 re sacerdotis est. Cum enim indutus quis fuerit
 veste multiplici, consequens est, veritatem quam
 corde retinet, sermone proferre, & ob id, in ratio-

nali veritas est, id est, scientia, ut nouerit quae do-
 cenda sint, & manifestatio atque doctrina, ut pos-
 sit instruere alios quod mente concepit. Vbi sunt
 qui innocentiam sacerdoti dicunt posse suffice-
 re? *Ibidem, folio 168 facie 2.*

PLANTA debet esse scientia & eruditio ponti-
 ficis Dei, ut & gressus eius & motus & vnuerfa
 vocalia sint. Veritatem mente concipiat & to-
 to eam habitu resonet & ornatu, ut quidquid
 agit, quicquid loquitur; sit doctrina populo-
 rum, absque tintinnabulis & diuersis coloribus,
 & gemmis floribusque virtutum, nec sancta in-
 gredi potest nec nomen antistitis possidere. *Ibid.
 fol. 369 fac. 1.*

PLERIQUE nostrorum *κατοροβια*, id est, ordi-
 nationem clericorum quae non solum ad impreca-
 tionem vocis, sed ad impositionem impletur manus
 ne scilicet, ut in quibusdam ritibus vocis impre-
 catio clandestina clericos ordines nescientes, sic
 intelligunt, ut assument testimonium Pauli scri-
 bentis ad Timotheum: Manus cito nemini impo-
 sueris, neque communicaueris peccatis alienis. Non
 est enim peccatum leue, mittere margaritas ante
 porcos, & dare sanctum canibus, & ordinationem
 clericatus, nequaquam sanctis & in lege Dei do-
 & isimis, sed a seclis suis tribuere & vilium offi-
 ciorum ministris, quodque his dedecoro suus est,
 muliercularum precibus. In quo consideranda
 loquentis in se Christi Apostoli sapientia, qui ut
 ordinationis periculum demonstraret, iunxit
 tormenta peccantium: Neque communicaueris
 peccatis alienis. Sicut ergo in ordinationibus ma-
 lorum, particeps est peccatorum qui tales consti-
 tuit, sic in ordinatione sanctorum, particeps est
 eorum iustitiae, qui bonose legit. *Tom. 4. lib. 16.
 Com. in cap. 38. Esai. fol. 192. fac. 2.*

SEMINA VERUNT triticum & spinas messue-
 runt, &c. Meliora, inquit, expectauerunt, & ve-
 nerunt pessima sperabant prospera, & aduersa
 perpessi sunt: Acceperunt a Domino rerum omnium
 abundantiam, quae eis non proderit. Iuxta Lxx.
 verò, omnes haeretici quasi triticum seminant, &
 spinas metunt, expectante Domino ut facerent
 fructum, & non fecerunt iudicium, sed clamorem.
 Dicitur autem hoc & Ecclesiasticus, qui verba Do-
 mini & doctrina eius mala conuersatione di-
 sperdunt. De quibus inferitur: Cleri eorum non
 proderunt eis. Quid enim eos iuuare poterit Ep-
 scopi nomen & presbyteri, vel reliquos ordines Ec-
 clesiasticus, cum magis grauenter dignitatibus
 suis, & potentes potenter tormenta patiantur, &
 quanto eis plus creditum fuerit, tanto plus re-
 quiratur ab eis?

CONFVNDAMINI a fructibus siue a gloria-
 tione vestra. Dicitur ad eos, quibus cleri sui &
 Ecclesiasticus ordo non proderit, ut confundan-
 tur a gloriatione sua, & opprobrio eorum Domi-
 ni. *Tom. 4. lib. 3. Com. in cap. 12. Hierem. fol. 2. 3. fac. 2.*

OMNIS aduersus eos est comminatio qui non
 audierunt Apostolum praemonentem: Manus cito
 ne imposueris, neque communices peccatis a-
 lienis. *Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ez. echiel. fol. 473.
 facie 1.*

GRANDIS dignitas sacerdotum, sed grandis
 ruina eorum, si peccant. Latentur ad ascensum,
 sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudij ex-
 celsa tenuisse quati mæroris de sublimiorib. cor-
 ruisse. Neque enim solum pro nostris delictis red-
 demus rationem: sed pro omnium quorum abuti-

1. Tim. 5.

Matth. 7.

*Ordinamentum
 indignorum pe-
 riculum.*

Sap. 6.

Luce. 12.

Matth.

mur donis, & nequaquam sumus de eorum salu-
 te sollici. *Ibidem, fol. 478.*

Hoc quidem & peruersos doctores ac princi-
 pes, quibusque Dei timore dominantur cleris (de
 quibus Hierem. loquitur: Cleri eorum, non pro-
 derunt eis) nonnunquam facere cernimus, qui pu-
 tant questum esse pietatem, & sedentes in templo
 numularij, proponunt colubas non in caucis, sed
 in cathedris, quasi magistri spiritus S. dona ven-
 dentes: qui faciunt mensuram minorem, atque ma-
 iorem, ut pauperibus, vel parum, vel nihil, diuiti-
 bus autem, & his, de quibus sectantur lucra, in mo-
 dum concionatorum loquantur sermone longis-
 simo, & propter pecuniam contrant capita pau-
 perum, atque conculeant, & non frumentum Do-
 mini, quod confirmat cor hominis, sed quisquilias,
 ut vilissimum puluerem auidis faucibus ingerant:
 etiam haec, quae nullius sunt pretij vendi-
 tantes, cum dominus a postolis praeeperit: Grat-
 is accepistis, gratis date. *Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 8.
 Amos, fol. 121. fac. 1.*

Hier. 12.

*Contra num-
 mularios
 quassui ha-
 bentes reli-
 gionem sa-
 cerdotum.*

Psal. 103.

Matth. 10.

Prouer. 24.

Psal. 5.

Matth. 18.

*Gratus gecca-
 tum ordina-
 tionem indig-
 nos.*

Malach. 2.

Ecclef. 20.

Matth. 10.

Matth. 21.

*Diuinatio
 semper in
 malam par-
 tem capitur.
 Nam. 23.*

Act. 2.

*1. Reg. 9.
 Obiectio pro
 defensione
 Simonis fol-
 uitur.*

da sunt tabernaculi, quam munerâ prophetia.
 Siclus enim viginti obulos habet, & quarta pars
 sicli, quinque sunt obuli? Et nostri igitur sacerdo-
 tes, si volunt vendere prophetiam, & columbas in
 cathedris suis proponere, quas Dominus flagello
 subuertit utinam non pretia villarum, sed quin-
 que obulos acciperent. Hoc ipsum sonat & in ter-
 tio Regnorum lib. quod vxor Hieroboam insur-
 mante filio, pergit ad Achiam hominem Dei &
 desert ei panes & vvas passas, & vasculum mellis.
 Dicitur enim, quid secus illa portauerit, & tamē
 propheta non scribitur accepisse: quippe cum &
 corripuerit eam, & venturum lucrum predixerit:
 licet potuerint hi, quia ariolos ire consueuerat
 (quia multi diuini & arioli erant in Israel) mala
 consuetudine aestimasse id ipsum etiā de prophe-
 tis, & voluisse sanctis viris offerre, quod diuinis
 offerre consueuerant, & tantummodo scripturam
 narrasse, quid illi voluerint, nec tamen intulisse,
 quod ipsi aut offerre ausi fuerint, aut prophetae
 acceperint. Apostolus Paulus: Qui altari, inquit,
 feruiunt, de altari participat & viuunt. Permittit
 tibi o sacerdos, ut viuas de altari, non ut luxu-
 ries. Boui trituranti os non clauditur. Scimus ista
 & tamen licentia hanc Apostolus non abutitur, &
 habens victum vestimentumque, contentus est: no-
 cte & die laborat manibus suis, ne cui grauis sit.
 Et iurat in epistolis, se sanctum & sine auaritia in
 Christi Euangelio conuersatum, & non solum de
 se, sed de discipulis quoque suis, hoc ipsum asse-
 rit: quod nullum miserit, qui ab Ecclesijs aut po-
 ssceret aliquid, aut vellet accipere. Si autem gratu-
 latur in quibusdam epistolis, & mittentiū munera,
 beneuolentiam Dei appellat: non tam sibi co-
 gregat, quam pauperibus sanctorum, qui erant in
 Hierusalem. Sancti autem pauperes, hi erant in
 Hierusalem, qui primum in Christo crediderant
 de Iudaeis, & proiecti a parentibus, & cognatis at-
 que affinis suis, tam possessiones, quam vnuer-
 sam suppellectilem sacerdotibus templi, ac popu-
 lo vastante, perdiderant. Si tales pauperes sunt,
 accipiant. Si autem sub occasione pauperum, pau-
 ca ditantur domus, & in vitro ac vase fictili aurum
 comedimus, aut cum thesauris mutemur & vestes,
 aut pauper habitus non querat diuitias senatorum.
 Quid prodest circa collum, ad abstergendos sudo-
 res, linteolum non habere? Quid iuuat esse *μοδω-
 χρωνας* & praeferre habitu paupertatem, cum mar-
 supium nostrum vnuerfa pauperum turba suspi-
 ret? Propter hoc, causa nostri, qui tales sumus, qui
 Sion aedificamus in sanguine, & Hierusalem in
 iniquitate: qui iudicamus in muneribus, qui mer-
 cedibus respondemus: qui in pecunia diuinamus,
 & super hoc fictam nobis sanctimoniam vendi-
 cantes dicimus: non venient super nos mala. Au-
 diamus sententiam Domini, quae sequitur: Sion
 & Hierusalem, & mons templi speculatorum, &
 visio pacis, & templum Christi in consummatio-
 ne, & in fine (quando refrixerit charitas, & rara
 fides fuerit) quasi ager arabitur, & redigetur in
 tumulos, & erit in excelsa sylvarum, siue in custo-
 diam pomorum: ut vbi ampla quondam domus
 erant, & absque numero acerui frugum: ibi vix
 parua sit clausula, seruans speciem ciborum refe-
 ctionem animae non habentium. *Tom. 5. lib. 1. Com.
 in cap. 3. Mihaea, fol. 154. fac. 1. f.*

IS TRAEIFICANT Syon in sanguinibus & Hieru-
 salem in iniquitate. Cum enim scriptura iubeat.
 Ne inducas impium in tabernaculum iustorum,
 & virum iniquum & dolosum abominetur Do-
 minus: Hi quoscumque de a seclis suis ordinat cleri-
 cos, & vitam eorum in scandalum populis expo-
 nentes rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizā-
 tur. Vnde dicitur expedire homini, ut mola asina-
 raria ligetur in collo eius, & praecipitetur in pro-
 fundum, quam ut scandalizet vnum de minimis
 Ecclesiae. Cumque sacerdotes Malachias propheta
 angelos vocet, & os eorum oraculum Domini sit,
 sine munerum acceptione non iudicant legentes:
 Munera excæcant oculos etiā sapientum, & quasi
 frenum in ore auertunt increpationes: & cū dica-
 tur ad Apostolos. Nolite possidere aurum & argē-
 tum, neque aes in zonis vestris sit, & excutiatir de
 sancti viri manibus etiā labore parta pecunia:
 voces Domini venditant, & de columbis mercā-
 tur in templo. Sed & prophetas Hierusalem in pec-
 unia diuinabant, nescientes aliud esse prophetiā,
 aliud diuinationem, nunquam enim diuinatio in
 scripturis in bonam partem accipitur. Non est, ait,
 augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel. Vi-
 debantur sibi qui dem esse prophetas, sed quia pec-
 uniam accipiebant, prophetia ipsorum facta est
 diuinatio. Petrus Apostolus: Argentum, inquit,
 & aurum non habeo, poterat vtiq; Simoni Mago
 vendere, quod petebat, imò poterat simulare ven-
 dentem. Spiritus enim sanctus, nec venūdari, nec
 emi potest, sed oblatam pecuniam, cum offerente
 dampnauit. Nunc videas prophetas Hierusalem non
 habere in ore prophetiam, & in Domino requie-
 scere, & dicere: Non venient super nos mala, quo-
 rum causa speculatorium Dei hostili aratro diui-
 ditur, & locus quondam pacis, ruinis plenus sit, tē-
 plum Domini in vepres spinasque conuertitur, &
 est habitaculum bestiarum. Nec quemquam mo-
 ueat illud, quod in primo Reg. lib. legitur: Saul
 volentem ire ad Samuelem, dixisse puero suo, ad
 eum se ire non posse, quia pretium, quod offerret
 pro vaticinio non haberet, & puerum respondisse:
 ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicli
 pecuniae, & dabo viro Dei, & annuntiabit nobis
 viam nostram: non enim scriptum est, quod Sam-
 uel acceperit, aut quod illi obtulerint: quin po-
 tius a propheta pascuntur, & inuitantur ad pran-
 dium. Sed fac eum accepisse, si pes magis estimat

3. Reg. 14.

*Sicut diu-
 nis offerēbā-
 tur munerā
 in quoque
 prophetis
 quidam mē-
 nera dāre
 voluerūt.
 1. Cor. 9.*

Doct. 23.

1. Tim. 6.

2. Tesal. 3.

*Viri paup-
 res primi
 Christiani*

Voluit Deus, & omnes quidem homines,
 sed praecipue sacerdotes, maculam non habere, &
 siue humerum, siue brachium ornare bonis ope-
 ribus.

ribus. In pectusculo significatur bona conscientia, in lingua sancta confessio, ut quod corde credimus ad iustitiam, ore confiteamur ad salutem. In ventriculo quoque nihil habere mortiferum, sed quod nostram vitam sustentet ac vegetet: nisi enim cibi in ventriculo concoquantur, & eorum succo corpus erigatur: attenuatum viribus caret, & fertur in mortem. Nos autem omnia in contrarium vertimus, ut proiciat nobis Dominus brachium, siue separet opera nostra à sanctorum operibus, & quibus præceptum est vngere caput nostrum, & lauare faciem à peccatorum sordibus ieiunantes, & reuelata facie gloriam Domini contemplari: nunc dicimus: Confusio vultus mei operuit me, & iuxta Cain concidit facies nostra, nec possumus illud implere quod præceptum est: Leuate oculos vestros & videte: sed stercore vitiorum habemus litas facies atque pollutas, & dicimus: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Vnde omnia illa in sterco versa sunt: dicente scriptura. Et allimet vos secum, sterco videlicet, quo litæ sunt facies nostræ, qui debueramus pleni ac mundi viuere in solenitatibus Dei, & vel carnes agni comedere calcia, & completis septem hebdomadibus fructus operum nostrorum offerre Deo: vel in tabernaculis huius sæculi viuere transcentes, & dicere: Aduena sum ego & peregrinus, sicut omnes patres mei. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Malach. fol. 279. fac. 2.*

SVPER ordinatione Episcopi & Diaconi Paulus loquitur: Oportet autem eos, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 10. Matth. Canon. 16. fac. 1.*

AVDIANT Episcopi, qui habent constitutiendi presbyteros per vrbes singulas potestatem, sub quali lege ecclesiasticæ constitutionis ordo tenetur, nec putent à Apostoli verba esse, sed Christi, qui ad discipulos ait: Qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, qui me misit. Sic & qui vos audit, me audit: qui autem me audit, audit eum, qui me misit. Ex quo manifestum est, eos, qui à Apostoli lege contempta ecclesiasticum gradum non merito voluerit alicui deferre, sed gratia, contra Christum facere: qui qualis in Ecclesia presbyter constituendus sit, per Apostolum suum in sequentibus executus est. Moyse amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus est, potuit utique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus principatum in populos, non sanguini deferendum esse, sed vitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, ut non querant eos in Ecclesia calumnias erigere, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse: sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs delinuti, vel pro quibus maiorum quisquam rogauerit, & (ut deteriora taceam) qui ut clerici fierent, muneribus imperarunt, diligenter Apostoli verba attendamus, dicentis, ut constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. Qui qualis presbyter debeat ordinari, in consequentibus disserens, hoc ait: Si quis est sine crimine, vnus vxoris vir, & cætera. Postea intulit: Oportet enim Episcopum sine crimine esse, tanquam Dei dispensatorem. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum fol. 198. fac. 2.*

PRIMUM sine crimine sit: quod puto alio verbo ad Timotheum irreprehensibilem nominatum, non quod eo tantum tempore, quo ordinandus est,

sine villo sit crimine, & præteritas maculas nona conuersatione dilucrit, sed ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur. Quomodo enim potest præses Ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit? Aut qua libertate corrivere peccatum, cui tacitus sibi ipse respondeat, eadē admisisse, quæ corripit. *Ibidem fol. 199. fac. 1.*

ET nos si volumus de vestimento isto esse sacerdotali, aut super humerale simus, quod interpretatur Ephod, ut habeamus bona opera, & in humeris nostris Christi mandata portemus, aut certe tunica debemus esse interior: quæ tunica stricta est, & adhæret corpori: non est laxa: non funditur, sed adhæret tota ad corpus. Vides ergo, quoniam quicumque interior est, & interior tunica vicinus iungitur corpori: Si quis vero rationale est, quod dicitur λογιον: iste non est, nisi in peccatore constitutus. Animaduerte scripturæ ordinem. Quicumque rationale est, λογιον & ratio est, & in peccatore constitutus est. Cæterum fieri potest, ut aliquis habeat prudentiam, ut habeat λογιον, ut habeat sermonem. Quicumque ergo verè sacerdos est, debet habere δὴλασσεις, hoc est, manifestationes, hoc est, ut quodcumque: mæte conceperit, proferat, & omnes doceat. Et hæc omnia frustra sunt, si castitas aucta & ornata non fuerit. Ideo zona est, & cingit lumbos, stringit & mortificat. Deinde dicitur, quod habeat formalia, ut quodcumque: in nobisignominiosum est, & sordidum, quasi hoc cingulo mundetur & mortificetur. Deinde dicitur, quod debeamus habere pudorem, quod ornet, quasi pedes nostros. In ipso pudore diuersi flores sunt, sunt ibi mala granata, ibi etiam fimbriæ. Ego puto, quod illa mulier sanguinis fluens, istam fimbriam tetigerit, & sanata est. Deinde & hæc considerate, quoniam ad extremos pedes inter mala granata erant, & tintinnabula, & non ingrediebatur pontifex in sancta sanctorum nisi illa tintinnabula personarent. Tintinnabula, & illa mala granata, diuersitates virtutum sunt, quæ habent singulæ voces suas, & egressus ipse sancti sanctorum vocalis est. Siue enim manducemus, siue bibamus omnia in nomine Domini facimus. *Tom. 7. Com. in Psalmum 132. fol. 167. fac. 1.*

Articulus XVIII. Laici non debent sacerdotalia munia exercere.

HIC quamdiu vixit Zacharias sacerdos cognomine intelligens placuit Deo, & cum omni veneratione delubrum eius ingressus est. Postquam vero Zacharias obiit, volens per se offerre donaria, sacerdotalem ordinem non tam pietè, quàm audacter inuasit, & reclamantibus Leuitis & sacerdotibus cæteris: Nonne tu es Ozias rex, & non sacerdos? Audire noluit, statimque lepra perfusus in fronte est, iuxta prophetæ vocem, dicentis: Imple Domine facies eorum ignominia. Quam corporis partem sacerdos auri lamina protegebat, quàm in Ezechiele Dominus iubet Tau literæ impressione signari. De qua David exultauit, dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. In qua Allophilus procax fundæ lapidis ictu interijt. Regnavit autem Ozias annis quinquaginta duobus, quo tempore apud Latinos Aemilius, apud Athenienses Agamestor vnde decimus imperabat. Post cuius mortem Esaias propheta hanc visionem, quàm explanare nunc nitimur, vidit, id est,

Articulus XVIII. Laici non debent sacerdotalia munia exercere.

HIC quamdiu vixit Zacharias sacerdos cognomine intelligens placuit Deo, & cum omni veneratione delubrum eius ingressus est. Postquam vero Zacharias obiit, volens per se offerre donaria, sacerdotalem ordinem non tam pietè, quàm audacter inuasit, & reclamantibus Leuitis & sacerdotibus cæteris: Nonne tu es Ozias rex, & non sacerdos? Audire noluit, statimque lepra perfusus in fronte est, iuxta prophetæ vocem, dicentis: Imple Domine facies eorum ignominia. Quam corporis partem sacerdos auri lamina protegebat, quàm in Ezechiele Dominus iubet Tau literæ impressione signari. De qua David exultauit, dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. In qua Allophilus procax fundæ lapidis ictu interijt. Regnavit autem Ozias annis quinquaginta duobus, quo tempore apud Latinos Aemilius, apud Athenienses Agamestor vnde decimus imperabat. Post cuius mortem Esaias propheta hanc visionem, quàm explanare nunc nitimur, vidit, id est,

Articulus XVIII. Laici non debent sacerdotalia munia exercere.

est, eo anno, quo Romulus, Romani imperij conditor natus est, sicut manifestum esse poterit ijs, qui voluerint legere temporum librum, què nos in Latinam linguam ex Græco sermone transtulimus. Sequitur: Et factum est in anno, quo mortuus est Ozias Rex, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum præmissa historia, spiritualis sequitur intellectus, cuius causa historia ipsa replicata est. Viuente leproso Rege, & quantum in se est, sacerdotium disipante, Esaias visionem videre non potuit. Quamdiu ille regnum tenuit in Iudæa, propheta oculos non leuauit ad cælum: non ei sunt reuera cælestia: non apparuit Dominus Sabaoth, nec in ministerio fidei, testatum nomen auditum est: quando verò ille mortuus est, vniversa, quæ subsequens sermo monstrabit, aperto sese lumine prodiderunt. Tale quiddam & in Exodo scriptum est. Dum Pharaon vixit populus Israel ex luti & lateris palcarumque opere pressus non suspirauit ad Dominum. Dum ille regnavit, nemo quæsiuit Deum patrum Abraham, Isaac, & Iacob: quando verò ille mortuus est, suspirauerunt filij Israel, ut Scriptura dicit: Et ascendit clamor eorum ad Dominum, cum vtiq; iuxta historiam, tunc magis gaudere debuerint, & ante suspirare, dum viueret. *Tom. 3. Epist. 1. ad Damascum, p.*

PRINCIPALE iuxta intelligentiam spiritualem firmiora, & cæta sunt officia: ut & firmitatem habeant & pulchritudinem: ne quis in sancta sanctorum similis Osæ possit irrumperere, & sibi sacerdotium vendicare. *Tom. 4. lib. 12. Com. in cap. 41. Ezech. fol. 461. fac. 1.*

HIC est Ozias Rex Iudæa, cognomento Azarias: qui videbitur indebitum sibi sacerdotium vindicare conatus, lepra percussus in fronte est: quando iram Domini, non solum pœna eius, qui rilegus fuit; sed terræ motus ostendit, quem Hebræi tunc accidisse commemorant. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Amos, fol. 91. fac. 2.*

Articulus XIX. Fœminas non debent in Ecclesiâ canere, docere, & sacerdotalia administrare.

TANTÆ liberalitatis, ut fauorem tibi apud Amazonas tuas concilies, ut in alto loco scripseris, scientiam legis etiam fœminas habere debere: cum Apostolus doceat esse tuncendum mulieribus in Ecclesia, & si quid ignorant, domi viros suos debere consulere. Nec sufficit tibi deesse agmini tuo scientiam scripturarum, nisi earum vocè & canticis delecteris. Iungis enim, & pœnis in titulo, quod & fœminæ Deo psallere debeant. Quis enim ignorat, psallendum esse fœminis in cubiculis suis, & absque virorum frequentia & congregatione turbarum? Verum tu donas, quod nō licet, ut quod verecundè facere debeant, & absque villo arbitrio magistris auctoritate proclamēt. *Tom. 2. lib. 1. Dialogorum aduersus Pelagianum, fol. 279. fac. 1.*

DE Fœminarum officio in rebus fidei vide *Tom. 3. Epist. 1. ad Principiam, p.*

CAVEAMVS & nos, ne ex actores simus in populo: ne iuxta impium Porphyrium matronæ & mulieres sint noster senatus; quæ dominantur in Ecclesijs, & de sacerdotali gradu fauor inducet fœminarum. *Tom. 4. lib. 2. Com. in Ap. 3. & Ista fol. 14. fac. 1.*

NON Vnconsequenter doctrinæ eis frenâ permissit: ut cum tales fuerint, docendi habeant li-

bertatem, ut scilicet doceant ea, quæ bona sunt. Licet enim in alio loco dixerit: Docere autē mulieribus non permitto, sic intelligendum est, ut in viros sit illius doctrina sublata. Cæterum adulescentulas doceant, quasi filias suas. *Tom. 6. lib. 1. Com. in ca. 2. ad Titum fol. 204. fac. 1.*

Articulus XX. De multiplici vocatione ordinaria, & extraordinaria, legitima & illegitima, mediata & immediata, ex qua Catholicis ministri ab hereticis discerni possunt?

QUATVOR genera Apostolorum sunt. Vnum, quod neque ab hominibus est, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem. Aliud, quod à Deo quidē est, sed per hominem. Tertium, quod ab homine, nō à Deo. Quartum, quod neque à Deo, neque per hominem, neque ab homine, sed à semetipso. De primo genere potest esse Esaias, cæteri que prophetæ, & ipse Apostolus Paulus, qui neque ab hominibus, neque per hominem, sed à Deo patre & Christo missus est. De secundo, Iesus filius Naue, qui à Deo quidem est Apostolus constitutus, sed per hominē Moysen. Tertium genus est, cum hominum fauore & studio aliquis ordinatur. Vnde nunc videmus plurimos, non Dei iudicio, sed redempto fauore vulgi in sacerdotium subrogari. Quartum est, Pseudopphetarum, & pseudopostolorum: de quibus Apostolus. Istiusmodi, inquit, pseudopostolos Christi, qui dicunt: Hec dicit Dominus, & Dominus non misit eos. Verum non talis Apostolus, qui neque ab hominibus, neque per hominem, sed à Deo patre per Iesum Christum missus est. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. epist. ad Galatas, fol. 128. fac. 1.*

Appendix Articuli XX. An rectius faciant, qui electi recusant, an qui non electi & vocati digni amensè offerunt.

ET audiui vocem Domini dicentis, què mittam, & quis ibit ad populum istum? Et dixit: Ecce ego, mitte me. Et ait: Vade & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis. Interrogantis sunt verba Domini, non iubentis, quem debeat mittere, & quis iurus sit ad populum: cui facilis propheta respondet: Ecce ego: mitte me, & post pollicitationem iubetur, ut dicat. Vade, & dic populo huic. Aure audietis, & non intelligetis, & cernentes, aspicientis, & non videbitis, & c. quæ ipsius prophetia sermo contexit. Audiui ego in hoc loco non paruam Hebræi mei dispensationem, cuius pauca ponam, ut sensum hominis aduertat. Aiebat de Moyse & Esaias, quis melius fecerit, requiramus: Vtrumne Moyses, qui cum à Deo mitteretur ad populum, ait: Preor Domine, non sum dignus, & rursus: Protulde alium quem mittas: An Esaias: qui cum non fuisset electus, vltro se obtulit, dicens: Ecce ego, mitte me. Non ignoro dicebat, periculosum esse de sanctorum meritis disputare, & aliquid, vel minus, vel plus differere velle de eo, quem Dominus coronauit: sed quia ipse dixit: Quarite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: etiam nos, non ut de aliquo detrahamus, sed ut scripturæ sensum scientes, ad eius nos dirigamus exempla, debemus inquirere, quod

2. Tim. 10.

Matth. 6.

Psal. 43.

Gen. 4.

1. Tim. 13.

Psal. 39.

Exod. 12.

Leuit. 23.

Psal. 38.

Luce 10.

Primatus nō sanguini est deferendus, sed vitæ.

Vitia & abusus in ordinationibus.

1. Tim. 5.

Chronicon anebijntel ligi.

Exod. 2.

Matth. p.

Ado Ieseei tulas quasi fias priuatum docere possunt famine. Tim. 2.

Quadruplex vocatio Apostolorum.

2. Cor. 11.

Esaias vltro se offerit.

Exod. 5. H. braxipha. Episcopi dicitur in pulchra disputant, vter melius fecerit, ut quæ ab Esaias an Esaias. Matth. 7. Luca 11.

quod potest facere quæstionem. Qui Moysi inquit, effector est, humilitate eius predicat, ac man...

quod ca, quæ non sunt, quasi sint, & qui dixit: Ego sum, qui sum: Et alibi: qui est, misit me, quos...

Qui tantus propheta, qui vult peccatorem...

Primo confitetur...

Hier. 25.

Exod. 3. 6.

Hier. 25.

Hier. 20.

Disputa in alicuius parte...

Exod. 2.

Exod. 3.

Exod. 6.

Rom. 6. Exod. 16. Marc. 11. Joan. 11.

Qui tantus propheta...

Exod. 3. 4.

Esai. 58. Hier. 23.

Ibidem 20.

Domino se offerre mitemendum est obedientie, non temeritatis.

Psal. 20.

Vocatio legitima ostendenda.

Appendix altera viginti articuli

Apostolum esse proponit, sed per Iesum Christum, & Deum patrem: vt eos, qui Paulum extra duodecim Apostolos ventilabant, & nescio vnde sub...

SCHOLIA

HIERONYMVS lib. 13. Com. in cap. 4. 4. Ezechielis videtur improbare, traditionem Ecclesiasticam de abradendis sacerdotum capillis, & barba, sic loquitur: Quod aut sequitur, Caput suum non radent, &c. perspicue demonstrat, nec rasis capitis, sicut sacerdotes, cultoresq. Hidis, atque Serapis, nos non esse debere: nec rursus comam demittere, quod proprie luxuriosorum est & barbarorum: sed vt honestus habitus sacerdotum facie demonstretur, nec caluitium nota uacilla esse faciendum; nec ita ad pressum tondendum caput, vt ratorum similes esse videantur; sed intantum capillos demittendos, vt operam sit cutis. & post pauca. Rasa capita habet superstitio gentium, vno autem non reor aliquem abstineri gentium, rursus libro 6. in Esaiam elucidans illud, In cunctis capitis caluitium, & oris barba radetur, &c. ait: Si quid virilitatis habere videbitur in barba, rasum a viro Ecclesiastico, effeminatum & debile comprobatur, & iterum lib. 3. in Esaiam edisserens illam Dei comminationem. In illa die radet Dominus in nouacula, &c. Ergo, inquit, in ista nouacula acutissima, hoc est, in rege Syrorum, omnes capillos decorumq. barba, quod virilitatis est indicium, radet Dominus de Iudea, vt nihil in illa forte, nihil pulchrum resideat: sed effeminatis hominibus, imò ignominiosis mulieribus comparatur. Hæc Hieronymi loca nostrorum temporum heretici, & ex his obscuro ac ignobilis quidam Hortensius Landus Augustiniana professionis desertor in peculiari libro de persecutione barbarum detorquet contra morem abradendi barbam & capillos, in quo varijs scemmatibus, comitibus, & blasphemis clericos, & præcipue monachos insectatur, qui religiosum radendi veritatem & mentis institutum obseruauerunt. Ad id Hieronymi locum Epiphanius in tertio Panary volumine, aduersus Massalianos, ubi affirmat ab Apostolis sanctum esse ex auctoritate diuina scripturæ, ne barba radatur, adiungit Epiphanius Clementem Alexandrinum presbyterum Origenis præceptorem lib. 3. Perdagogi cap. 11. Hæc patrum

dicta scriptura sacra auctoritatibus confirmat, quibus non modo conuellit radendi consuetudinem, sed eam quoque radendi formam reprehendit, qua hodie clerici vruntur, capite in corona modum arctato. Et quidem de rasura interdicto adducit Ezechielum cap. 4. 4. de Samuele 1. Reg. 1. & Num. 6. & Baruch. 6. De circulari autem tonsura capitibus, ait, mandasse Deum in Leuitico ca. 19. & Ieremie 9. Verum vt respondeamus aliarum obiectionibus, obseruandum est, eam, quæ Hortensius contra nos attulit, argumenta redigi ad duplicem ordinem. In prima quæst. acie constituntur scripturae auctoritates, quæ rasuram vel tonsuram non omnibus personis, & vbiq. & semper interdicit, sed certis personis, locis ac temporibus, hoc est, solum Nazareis vsq. ad voti expletionem, vel solum Leuitis, donec in terra sancta morantur, & quoad templum Hierosolymis esset erectum; in quo solo sacrificare & cetera ad sacrificium pertinentia exercere poterant. Idem autem prohibent, vt a rasura & superpositione vicinarum gentium, quam longissime abessent, quarum sacerdotes, vt in epistola Ieremie legitur, rasura capite ac mento idolis immolabant. Nunc vero ne sacerdotes qui dem Iudeorum Palestinae ceteri rasura abstinent, nedum sacerdotibus Christianis prohibetur, quos Christus sua passione a ceteris veteris sacerdotibus exemit. In altero ordine collocantur scripturae & Patrum testimonia, quæ rasuram & tonsuram prohibere videntur, cum tamen neutram vident, sed tantum reprehendant peruersam intentionem, ac malam rationem, et radendum consuetudinem: ex quibus nonnulli vana superpositione se ipsos radebant, ad imitationem gentium sacerdotum; alij formica quadam mollice induci, barbam abradebant, vt se ipsos effeminarent. Quam admodum de nonnullis Romanorum Imperatoribus prodidit Suetonius Iulium Cæsarem ea morositate ac diligentia rasisse barbam, vt pilos etiam non sine calumnia velleret; Othonem vero quotidie faciem rasisse, ac pane madido lenifese idq. inrituisse à prima lauagine, vt barbatus nunquam esset. huiusmodi itaq. impium usum & improbum radendi tondendiq. morem S. Hieronymus, Clemens, Epiphanius, & Apostolica traditio & diuina lex, Leuit. 19. ab Epiphanius induci dantur. Porro de naturali radendi lege consule Paulum 2. Cor. 11. & ibidem in Com. Chrysostomum. Quod autem coma barbaq. attonsonis & abraditionem sapit Deus præcepit, inuenies in sacris literis, Num. 6. Ezechielis 5. Act. 18. & 21. Hoc vero ipsum ecclesiasticis sanctioribus, iam inde à primis ecclesia mentabilis constitutum fuisse, Isidorus testis est in 2. de Ecclesiasticis officijs libro ca. 4. & Amicetus Pontifex in epistola ad Episcopos Gallie, & Concilium Cathaginense 4. Canone 44. & in 4. Synodo Tolitana Canone 40. Vide apud Isidorum Hispanensem in 2. de officijs ecclesiasticis lib. c. 4. quatuor insignes causas ecclesiasticæ tonsuræ, vide & Bedam in Esdra Commentarijs.

Caput XII. De Sacramento Matrimonij.

Articulus I. Matrimonium, seu nuptias damandas non esse.



TOVE vt super hac causa, quid veritas habeat, agnoscas, pauca mihi de diuina auctoritate ponenda sunt. Apostolicæ doctrinæ regula neccum Iouiniano æquat contentiæ opera nuptiarum, nec cum Manichæo coniugia condemnat. Ita vas electio-

Baruch. 6.

Catholica ecclesia media viam eligebat & Iouinianum

tur.

tur. Sed ipsa iam Apostoli verba ponamus, totaque hanc causam à sui principio retractemus. Loquitur ad Corinthios. De quibus autem scripsisti mihi: Bonum est homini mulierem non tangere. Et quamquam hic laudauerit castitatem; tamen, ne aliquibus videatur prohibere coniugia, subiungit: Propter fornicationem autem vnusquisque suam uxorem habeat, & vnacuique sua virum habeat, vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro, mulier autem sui corporis potestatem non habet, sed vir, & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier: nolite fraudare inuicem. Ac rursus, ne tanta pro nuptiarum parte dicendo, videretur excludere castitatem, sequitur. Nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Et statim, quasi recusat hoc, quod dixit; ad tempus, ne non tam perpetuam, quam temporalem, ac breuem continentiam docere videatur, ait enim: Propter continentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Vnde hoc, quod dixit, ad tempus, docet meditationem debere fieri castitatis, vt per certa interualla temporum, quasi exploratis continentiae suae viribus, sine periculo vtriusque promittat, quod semper est ab vtroque seruandū. Quod verò absolute velit, manifestè dicit: Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum, id est, in iugis perpetua castitate viuere. Vides ne quam cautè, quàm prouidè, quàm sine vilius occasione scandali, magister firmauerit de castitate sententiam, nolens tantum bonū in vni' temeritate nutare, quod ligare & cōfirmare debet consensus amborum? Et reuera quid castitate firmius est, quid turtius, quàm quae ex duorum coepta sententia, ab vtroque; velut in comune seruatur? Nec de se tantum pars altera sollicita, mutuo se ad virtutis animet perseverantiam, hoc enim, sicut alia quoque bona, non tantū coepisse, sed perfecisse laudandū est. Iam dudum, vt intelligis, & copuloso difficultiq; in loco versatur oratio, nec audet in alterutram declinare partem, dum aequaliter vtrumque formidat, sed ex nostra difficultate tu agnosce discrimen, malumus enim te contristare forsitan dicendo, quàm facta adulatione de cipere. *Tom. 1. Epist. 14. ad Celantiam, cap. 8.*

ERAT illic quidam senex, nomine Malchus, quem nos latine regē possumus dicere, Syrus natione, & lingua, & reuera ἀγρός βασις: anus quoque in eius contubernio, valdè decrepita, & iam morti proxima videbatur: tam studiosè ambo religiosi, & sic Ecclesiae limen terentes, vt Zachariam, Helizabet de Euangelio credes, nisi quod Ioanes in medio nō erat. De his, cū curiosè ab acolis que rerè quānā esset eorū copula, matrimonij, sanguinis, an spiritus; omnes voce consona, sanctos & Deo placitos, & mira nescio, quae respondebant. *Tom. 1. in vita Melchi.*

QUAE res mihi aliquam suspicionem intelligentiae dedit, velle eum ita nuptias praedicare, vt virginitati detrahat. Quando enim minora maioribus coaequantur, inferioris comparatio, superioris iniuria est. Neque verò nos Marcionis & Manichaei dogma sectantes nuptijs detrahimus: nec Tatiani principis Eucratitarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus: qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creauit ad vtendū, dānat & reprobat. Scimus in domo magna non solum vasa esse aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & super fundamentum Christi

quod Paulus architectus posuit, alios aedificare aurum, argentum, lapides pretiosos; alios è contrario scenum, ligna, stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias & thorum immaculatum. Legimus primā Dei sententiam: Crescite & multiplicamini, & replete terram: sed ita nuptias recipimus, vt virginitatē, quae de nuptijs nascitur, praeferramus. Non quid argentum, non erit argentum, si aurum argento pretiosius est: aut arboris & segetis contumelia est, si radici & folijs, culmo, & aristis, poma praeferrantur, & fructus? Vt poma ex arbore, frumentum è stipula, ita virginitas è nuptijs: Centesimus & sexagesimus & tricesimus fructus, quanquam de vna terra, & de vna semente nascatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli se complexans osculo & foederans, maritum pingit, & coniugem. Sexaginta verò ad viduas, eo, quod in angustia & tribulatione sunt positae. Vnde & superiori digito deprimuntur: quantoque maior est difficultas ex parte quondam voluptatis illecebris abstinere, tantò maius est praemium. Porro centesimus numerus, diligenter quaeso, lector attende, de sinistra transfertur ad dexteram, & eisdem quidè digitis, sed non eadem manu, quibus in laeva nuptiae significantur, & viduae: circulum faciens, exprimit virginitatis coronam. *Tom. 2. lib. 1. aduersus Iouinianum.*

NULLI dubium est, sacerdotes de Aaron, & Eleazar, & Phinees stirpe generatos, qui cū & ipsi vxores habuerint, rectè nobis opponerentur, si errore Eucratitarum ducti, cōtenderemus matrimonia reprobanda: & non esset noster Pontifex secundum ordinem Melchisedech sine patre, sine matre & yveu λήνυτο, hoc est, sine nuptijs. Et reuera magnos fructus ex liberis Samuel capit: vt quia ipse placuit Deo, tales genuerit, qui Domino displicerent. Quod si Booz, & Ruth nobis obijcit ad comprobendam digamiam: sciat, in Euangelio, ob typum Ecclesiae etiam Raab meretricem in ordine maiorum domini enumeratam. Porro, quod Dauid ducentis praepitijis emisse iacet vxorem: nouerit, illum, & alias habuisse quā plurimas, & Michol, filia Saul, quam pater alteri tradiderat, postea recepit; & iam senem, Sunamitidis puella: calefactum esse complexibus. Nec hoc dico, quod sanctis viris quidquam detrahere audeam, sed quod aliud sit, in lege versari, aliud in Euangelio. *Ibidem cap. 13.*

QUI semel venit ad nuptias, semel docuit esse subendū. Et tunc virginitati posset officere, si nuptias post virginitatē & viduitatis castimoniam, non in gradu tertio poneremus: nunc autem, cū haeretico: um sit damnare coniugia, & Dei spernere cōditionē, quidquid de laude dixerit nuptiarū libenter audimus: Ecclesia enim matrimonia nō damnat, sed subijcit; nec abijcit, sed dispensat; sciens, vt supra diximus, in domo magna non solum esse vasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia; & alia esse in honorē, alia in contumeliam, & quicumque se mundauerit, eū futurum esse vas honorabile, & necessarium in omne opus bonum praeparatum. *Ibidem capite 25.*

QUOD te hucusque non scripsi, causa fuit silentij tui, verebar enim, ne si tacetū scriberē, molestam me magis, quàm officiosum, putares: nunc autem prouocatus dulcissimis literis tuis, & huiusmodi literis, quae me ad philosophiam nostri

Hebr. 15. Gen. 1.

Virginitas nuptijs est praeferrenda.

Matth. 13.

Eucratitarū damnant matrimoniam

Hebr. 7.

1. Reg. 8. Ruth 2. Matth. 1.

1. Reg. 18.

In lege praeferebatur matrimonium in Euangelio virginitati

Ecclesia non damnat matrimonia.

2. Tim. 2.

2. Cor. 3.

Hebr. 13.

Gen. 1.

Virginitas praefere nuptijs non est damnare nuptias.

nostri dogmatis prouocarent, & condiscipulum quondam & sodalem, & amicū, obuijs, vt aiūt, manibus excipio, defensionemque meorum opusculorum paro, ita tamen, si ante te placatum iudicem habuero, immo si Oratorem meum super omnibus, quae in me arguuntur, instruxero, hoc enim & Tullius tuus, & ante illum in breui & solo volumine scripsit Antonius, primam causam esse victoriae, diligenter causam, pro qua dicturus es, discere. Reprehendunt me quidam quod in libris, quos aduersum Iouinianum scripsi, nimius fuerim, vel in laude virginum, vel in sugillatione nuptiarum, & aiunt condemnationem quodam modo esse matrimonij, intantum pudicitiam praedicare, vt nulla videatur inter vxorem & virginem comparatio derelinqui. Ego si bene problematis memini, inter Iouinianum, & nos ista contentio est, quod ille exaquet virginitati nuptias, nos subijciamus: ille parum, vel nihil, nos multum interesse dicamus. Denique iccirco, te post Dominum faciente, damnatus est, quod ausus sit perpetuè virginitati matrimonium comparare. Aut, si id ipsum virgo putatur, & nupta: cur piaculum vocis huius Romae Victorinus audire non potuit? Virgo à viro, non vir à virgine, generatur. Medium esse nihil potest: aut mea sententia sequenda est, aut Iouiniani. Si reprehendor, quod nuptias virginitati subijcio: laudetur ipse, qui comparat, si autem damnatus est, qui aequales putabat: damnatio eius mei operis testimonium sit. Si saeculi homines indignantur in minori gradu se esse, quàm virgines: miror Clericos, & Monachos, & continentes id non laudare, quod faciunt. Castrant se ab vxoribus suis, vt imitentur virginum castitatem; & id ipsum volunt esse maritatas, quod virgines? Aut iungantur itaque vxoribus suis, quibus renunciauerant; aut, si se abstinerint, etiam tacentes confitebuntur melius esse, quod nuptiarum operi praetulerunt. An ego rudis in Scripturis, & nunc primum sacra Volumina legens, lineam, & vt ita dicam, tenue dicendi filum inter virginitatem & nuptias seruare non potui? videlicet nesciebam dictum: Noli esse iustus multum: & dum vnum latus protego, in altero vulneratus sum: atque vt manifestius loquar, dum contra Iouinianum presso gradu pugno, à Manichaeo terga mea confossa sunt. Nonne quaeso, statim in principio operis mei ista praefatus sum? Neque enim nos, Marcionis & Manichaei dogma sectantes, nuptijs detrahimus: nec Tatiani Principis Eucratitarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus: qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creauit, ad vtendum, damnat & reprobat. Scimus in domo magna non solum vasa aurea & argentea esse; sed & lignea, & fictilia, & super fundamentum Christi, quod Paulus Architectus posuit, alius superaedificet aurum, argentum, lapides pretiosos, alius è contrario scenum, ligna, stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias, & cubile immaculatum: Legimus primam Dei sententiam: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Sed ita nuptias recipimus, vt virginitatem, quae de nuptijs nascitur, praeferramus. Numquid argentum non erit argentum, si aurum pretiosius est? aut arboris & segetis contumelia est, si radici & folijs, culmo & aristis poma praeferrantur, & fructus? Vt poma ex arbore, frumentum ex stipula, ita virginitas ex nuptijs,

Prima causa victoriae diligenter causam, pro qua dicturus es, discere. Status contra nuptias inter Hieronymum, & Iouinianum.

Clericorum continentia.

Hieronymi praecipua.

2. Tim. 2.

2. Cor. 3.

Hebr. 13.

Gen. 1.

Virginitas praefere nuptijs non est damnare nuptias.

Centesimus, & sexagesimus, & tricesimus fructus, quamquam de vna terra, & de vna semente nascatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias; quia & ipsa digitorum coniunctio quasi molli osculo se complexans, & foederans, maritum pingit & coniugem: sexaginta verò ad viduas; eo quod in angustia & tribulatione sint positae. Vnde & superiori digito deprimuntur: quia quanto maior est difficultas, expertae quondam voluptatis illecebris abstinere; tantò maius & praemium: Porro numerus centesimus (quaeso diligenter Lector attende) de sinistra transfertur ad dexteram: & ipsidem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in laeva, nuptiae significantur & viduae: circulum faciens, exprimit virginitatis coronam. Oro te, qui haec loquitur, damnat nuptias? Aurum virginitatem, argentum diximus matrimonium, centesimum & sexagesimum, & tricesimum fructum de vna terra exposuimus, & de vna semente generari, licet multum differat in numero, & quicquid tam iniquus Lector erit, vt non ex meis dictis, sed ex suo me sensu iudicet? Et certè multò clementius erga coniugia fuimus, omnibus penè Latinis & Graecis tractatoribus: qui centesimum numerum ad Martyres referunt, sexagesimum ad virgines, tricesimum ad viduas, atque ita fit iuxta illorum sententiam, vt de bona terra, & de patris familiās semine excludantur mariti. Verumne in principio cautus, in reliquis forsitan improvidus fuerim: nonne post partitionem opusculi, cum ad quaestiones venirem, statim intuli? Vos quaeso vtriusque sexus virgines & continentes, mariti quoque & digami, vt conatus meos orationibus adiuuetis. Cunctorum in commune Iouinianus hostis est. Quorum ego orationibus indigeo, & quos adiuuere operis mei praecor, eos possum Manichaei errore damnare. *Tom. 2. in Apologia ad Pamphiliū, cap. 1. Fol. 108.*

Eandem materiam integris tribus sequentibus capitibus contra recentes Iouinianistas (vobis Erasmus & similes Hieronymomastigas) latissime pertractatam vide.

No s secundas nuptias non tam appetimus, quàm concedimus, Paulo iubente, vt viduae adolestentulae nubant: illi intantum putant scelera coniugia iterata, vt quicumque hoc fecerit, ad alter habeatur. *Tom. secundo, Epistola quinquagesima quarta ad Marcellam.*

GRVNNIVS olim nifus est me carpere. Cui duobus respōdi libris, quae iste quasi sua profert, & alio iam calumniante purgata sunt: vt praeter eam contra Iouinianum volumina, in quibus dolet virginitatem nuptijs, & nuptias digamiam, digamiam poligamiam esse praelatam. Nec recordatur stolidissimis, & scortorum pultribus praegratuatus, nos in ipso dixisse opere: non damno digamos, immò nec trigamos, & si fieri potest, octogamos: plus aliquid inferam: etiam scortatorem recipio poenitentem: quidquid aequaliter licet, aequali lance pensandum est. Legat eiusdem operis Apologiam, quam ante annos plurimos aduersus magistrum eius, gaudens Roma suscepit: & tunc animaduertet alienis se vocibus blasphemare, & in tantum esse imperitum, vt ne maledicta quidem habeat propria: sed inimicorum etiam olim sepulcorum contra nos vtatur rabie. *Tom. 4. in Proemio, Comm. in Hierem.*

Paulus perperius causam.

Non respisse sed pe fecisse laudandū est.

Luce 1. Triplex copula matrimonij, sanguinis & spiritus.

Quinam haereticis nuptijs detrahere vult.

2. Tim. 2.

1. Cor. 3.

Matth. 13.

Hieronymus clementius erga coniugia quaerimus penes Graecos & Latini.

1. Tim. 4.

virum cupimus occurrere. Ibidem.

Art. VI. Si separantur coniuges propter fornicationem, neutri licere etiam innocenti, quamdiu alter sit superstes, alteri matrimonio copulari.

EGO, diuersorij Bethlehemitici, & praesepis Domini amator, in quo virgo puerpera Deu fudit infantem, ancillam Christi non de nobilitate veteris historiae, sed de Ecclesiae humilitate productam, Et quia statim in principio quasi scopulus quidam, & procella mihi obrectatoru eius opponitur, quod secundum sortita matrimoni; primum reliquerit: non laudabo cõuerfam nisi prius ream absoluerit. Tanta prior maritus vitia habuisse narratur, vt ne scortu quide & vile mancipium egressu crederet, quã h voluerit dicere, perdã virtutẽ sceminã; quã maluit culpã subire, diffidij, quam corporis sui infamare partẽ, & maculas eius detegere. Hoc solũ proferam, q verecundẽ matronã & Christanẽ satis est, Precepit Dominus vxorem nõ dimitti debere, excepta causa fornicationis, & si dimissa fuerit manere innuptã. Quid quid viri iubetur, hoc cõsequerẽ reddat in sceminas, neq; nõ adultera vxor dimittẽda est, & vir mœchus retinendus. Si q meretrici iungitur, vnũ corpus facit: ergo, et q scortator impuro que sociatur, vnũ cum eo corpus efficitur. Aliã sunt leges Cesarũ, aliẽ Christianũ Papiniani, aliud Paulus nosser pcepit: apud illos viris impudicitie frenaxãtur, & solo supro atque adulterio condẽnato, passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur: quasi culpã dignitas faciat, non voluntas: apud nos q non licet i ceminis, egue nõ licet viris, & eadẽ seruitus pari cõditione cõletur. Dimisit ergo, vt aiunt, vitiosum: dimisit illius & illius criminis noxiu: dimisit, penẽ dixi quod, clamãte vicina, vxor sola non prodidit. Sin autẽ arguitur, quare, repudiã marito, nõ innupta manserit: facile culpã fatebor, dum tamen referã necessitatem. Melius est, in q, Apostolus, nubere quam vri. Adolescentula erat, viduitatem suam seruare nõ poterat, videbat aliam legem in membris suis repugnãtem legi mētis suã, & se victã & captiuã ad coitum trahi, melius arbitrata est apertẽ cõfiteri imbecillitatem suam, & vmbra quãdã miserabilis subire coniugij, q̃ sub gloria vniuire opera exercere meretricum. Idẽm Apostolus vult viduas adolescẽtulas nubere, filios p̃ creare, nullã dare occasionẽ ad uerfarũ maledicti gratia; & protinus, cur hoc velit, exponit: Iam enĩ quẽdam abierũt retro post satanã: Igitur & Fabiola, qã peruersa erat sibi, & putabat à se virũ iure dimissũ, nec Euãgelij vigore nouerat, in quo nubendi vniuersã causatio, viuẽntibus viris, sceminis amputatur: dũ multa diaboli vitat vulnera, vnum incauta vulnus accepit. Sed quid ego inabolitis & antiquis moror, quãrens excusare culpam, cuius penitentiã ipsa confessa est? Quis hoc crederet, vt post mortẽ secundũ viri in semetipsã reuerfa, quo tempore solẽnt viduã negligentes, iugo seruitutis excusã, agere se liberã, adire balneas volitare per plateas, vultus circumferre meretricis, sacũ indueret: vt errorẽ publicẽ fatetur; & tota vrbe spectãte Romana, ante diẽ Pasche in basilica quodã Laterani, q cesariano trũcatũ est gladio, staret in ordine penitentiũ Episcopo, presbyteris, & omni populo collachrymantib; ipsã crinẽ, ora lurida, squalidas manus, sordida colla

Hier. 1. Hier. 40. Hieremia et Ezechielis virginitas & parauit. Ezech. 1. Ezech. 24. Felicitas Ezechielis vxore desinenda quanta. Propet seruientem Dei ex contentu viriulq; potest mari monium se parari. 1. Cor. 7. 1. Cor. 3. et 5. Ephesij libe ri conuictijs longe sãctio res. 1. Ab. 20. Luc. 21. Matt. 24.

Fabiola eũ q̃ dicitur p̃ uerũ tunc.

colla submitteret? Quã peccata stectus iste nõ purget: quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant? Tomo primo, Epistola 30. ad Oceanum, cap. 1. in Epitaphio Fabiolæ.

SCHOLIA.

FABIOLAE exemplo & autoritate D. Hieronymi prater alia argumenta conuincunt Philippus Melancthon, in Examine Ordinandorũ, & in Locis communibus, & Venenbecius in Paratitulis ad Tr. Iuris Civilis, ad titulũ de Diuortijs, aliq; plures aduersarij nostri post Erasimum in Annotatiombus ad cap. 7. epist. 1. ad Corint. qui huius errans sententia primũ sparsit, licere innocenti parti altero superstitẽ ad secundas nuptias conuolue. Sed id non efficit neq; concludi ex verbis Hieronymi aperti simẽ constat, manifestissimẽ, demõstrãbitur. si accuratius verba Hieronymi inspicianus, penitusq; discussimus. Purgã quidem Hieronymus Fabiolæ diuortium, & nouum contractum matrimonium vno marito priori ab necessitate scilicet, ob grauiã mariti vitã, quod maluerit culpã subire disidij, quã corporis sui infamare partẽ, & maculas mariti detegere, sed culpã tamen Fabiolæ expressẽ confitetur. Deinde Fabiolæ secundum coniugium priori marito superstitẽ inuicem, apertẽ vmbra miserabilis coniugij appellat. Prater ea quid sibi voluit ista verba, Aliã sunt leges Cesarũ, aliã Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus pcepit, si non in eadem epistola factum Fabiolæ improbat, atq; condẽnnat? Postremo adde quod palmariũ est, si D. Hieronymus Diuortium Fabiolæ approbat atq; commendat, cur publicã & Fabiolæ peractã penitentiã iam tam graphice ad viuũ describit. Publica enim penitentiã non nisi antecedẽtis grauisissimi peccati lethali pœna esse consuevit. Non oportet sententiã ferre ait 1. C. ff. de LL. nisi totã lege perspectã. Si hunc locum integre, & non truncatim, ac mutilatim inspexissent heretici, non tam turpiter lapsi fuissent. Quare tam unã abest, vbi hic locus Hieronymi hoc exemplũ Fabiolæ Catholicã veritatẽ labefactã, vt à contrario etiam firmisimẽ cõstabiliã atq; corroboret. D. VVilhelmus Lindanus Episcopus Ruremundenfis Panoplia Euãgelicã lib. 4. c. 95. hoc argumentũ praeclarẽ perpurgat atq; illustrat. & triã Diuortiorũ contraria exempla ab hereticis producã, inter qua Fabiolæ vnum est, solide firmiterq; confutat, & cõsulatur etiam Cornelius Iansenius in Commentarijs in Concordiam Euãgelicã cap. 96. D. Hieronymus. Schurrus 1. C. in hac materia cõtrarius Lutherõ, Centuria 1. Cõsil. 57. & Cõsilio 22. Gratianus eiusq; interpretes 32. quãstion. 7. Ruardus Tapperus in explicatiõne articulorum Louaniensium, pluresq; alijs nostri ordinis grauisissimi Theologi, qui nõ modò veritatẽ Catholicã ex professõ in hoc argumento solide tutati sunt, sed etiam aduersariorum argumentũ & exemplũ doctẽ responderunt.

Fabiola sectũ sordidũ marimonũ primum reliquit. Excusat Fabiolã diuortium vno marito ob vitã mariti grauiã. Mat. 1. Cor. 7. 1. Cor. 6. In diuortijs aliã leges Cesarũ & aliã leges Christi. Hieronymus Fabiolã culpã fatetur, sed ob necessitatẽ parãt. 1. Cor. 7. Rom. 7. Fabiolæ sectũ coniugij non priorũ marito viũt uita miserabilis coniugij. In euãgelio omniõ occãso nubendi viuẽntibus viris sceminis amputãtur.

ro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Nam ceteris ego dico, non Dominus: Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo: non dimittat illam: & cetera, vsque ad eum locum vbi ait: Vnusquisque sicut voluit cum Deo, ita ambulet. Et sicut in omnibus Ecclesijs doceo. Hic locus ad præsentem controversiam non pertinet, docet enim, iuxta sententiam Domini, vxorẽ, excepta causa fornicationis, non repudiandã: & repudiãtam, vno marito debere. Tom. 2. lib. 1. contra Iovinianum, cap. 5. Quare sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir, soluta est à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum altero viro: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et illud ad Timotheũ: Volò ergo iuniores viduas nubere, filios procurare, matres familias esse, nullã occasionẽ dare ad uerfarũ maledicti gratia. Iam enim quẽdam conuerfae sunt retro post Satanã, & reliqua his similia. Ibidem, cap. 8.

Vno marito alteri vxor non debetur. Math. 5.

Mulier quã viuente viro fuerit cum altero vxorã adulterã.

REPERIUNT epistola & Commentario tuo breuem chartulam, in qua hæc indita seruebantur. Quãrendum ab eo, id est, quid, vtrum mulier, relicto viro adultero, & Sodomitã, & alio vim accepto, possit absque penitentia communi care Ecclesiã, viuente adhuc eo, quem prius reliquerat. Quod legens, illius versiculi recordatus sum ad excusandas excusationes in peccatis. Omnes enim homines vitijs nostris fauemus, & quod propria fecimus voluntate, ad naturã referimus necessitatem. Quo modo si dicat adolescens: vim patior corporis: me ad libidinem ardor impellit: ipsa organa membrorum genitalium, & compositio corporis, sceminis quærunt amplexus. Et rursum homicidã, in egestate, inquit, eram, indigebã cibo, tegmen corporis non habebã: ideo alienũ sanguinem fudi, ne ipse fame & frigore morerer. Responde itaque forori, quã nobis super suo statu querit, non nostram, sed Apostoli sententiam. An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quoniam lex dominatur homini, quanto tempore viuunt? Mulier enim quã sub viro est, viuente viro ad strictã est legi. Quod si mortuus fuerit vir eius, libera est à lege viri. Ergo, viuente viro, adultera erit, si duxerit alterum virum. Et in alio loco: Mulier alligata est, quanto tempore viuunt vir eius, si autem dormierit vir eius, libera est, cui vult nubat, tantũ in Domino. Omnes igitur causationes Apostolus amputans, apertissime definiuit, viuente viro adulterã esse mulierẽ, si alteri nupsit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris persuasiõnem, patris autoritatẽ, propinquorum cateruã, seruorũ insidias atque contemptum, damna rei familiaris. Quã diũ viuunt vir, licet adulter sit, licet Sodomitã, licet flagitijs omnibus cooperatus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hæc propria autoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi verba secutus est, qui ait in Euãgelio: Qui dimittit vxorem suã, excepta fornicationis causa, facit eã mœchari: & qui dimissã acceperit, adulter est. Animaduerte, quid dicat: Qui dimissã acceperit, adulter est: siue ipsa dimiserit virum, siue à viro dimissa sit, adulter est, qui eã accepit.

Psal. 140.

Rom. 7.

1. Cor. 7.

Omnes eas amputat, apostolus et absolute definit mulierẽ esse adulterã quã alteri nubi, priori marito superstitẽ sit.

Matth. 5.

Ephes. 6.

Malechus vxorẽ viuẽntis mariti non iuu accipere.

Matth. 29.

Vnde & Apostoli grauem coniugij farcinam intelligentes. Si ita est, inquit, non expedit homini vxorem accipere. Ad quos Dominus. Qui potest, inquit, capere, capiat. Statimq; sub exemplo trium eunuchorum, virginitatis infert beatitudinem, quae nulla carnis lege retinetur. Neq; fati animaduertere potui, quid sit, quod dicere voluit, alio viro per vim accepto. Quod est, per vim accepto? Congregata videlicet multitudine, nolentem rapuit: & quare postea raptorem rapta non dimisit. Legat libros Moysi, & inueniet desponsatam viro, si in ciuitate fuerit oppressa, & non clamauerit, puniri quasi adulteram: si autem in agro oppressa sit, innoxiam esse a scelere, & violentum legibus subiacere. Ergo & ista soror, quae vt dicit, vim passa est, vt alteri iungeretur, si vult corpus Christi accipere, & non ad altera reputari, agat poenitentiam, ita duntaxat, vt secundo viro, qui non appellatur vir, sed adulter, a tempore poenitentiae non copuletur, quod si ei duru videtur, & semel dilectum non potest derelinquere, nec praefere Dominum voluptati, audiat Apostolum conclamantem: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum: non potestis mensam Domini communicare, & mensam demoniorum. Et in alio loco: Quae communicatio luci, ac tenebris? qui consensus Christo & Belial? Rem nouam loquor, imò non nouam, sed veterem: Quae veteris testamenti autoritate firmatur. Si reliquerit secundum virum, & reconciliari voluerit priori, non potest, scriptum est enim in Deuteronomio: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam; & non inuenit gratiam in conspectu eius propter aliquam foeditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manus eius, & dimittet eam de domo sua: cumq; egressa alterum maritum duxerit; & ille quoque oderit eam, dederitq; ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit; non poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino. Nec peccare facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradidit tibi possidendam. Vnde obsecro te, vt consolaris eam, imò prouocas ad salutem. Putridae carnes ferro indigent, & cauterio: nec est medicinae culpa, sed vulneris, cum clementi crudelitate, non parcat medicus, vt parcat, scilicet, vt miseretur. Tom. 3. epist. 147. ad Amandu. Fol. 412.

Deut. 22.

Hinc liquido patet quam incepte fuisse Fabiola, quod supra Hieronymus improbauit, ab aduersarijs producta tur.

1. Cor. 10.

2. Cor. 6.

Deut. 24.

Prou. 18.

Non licet etiam innocenti parti ad se eundem nuptias conuolare.

duxerit, sub adulterij sit crimine. Tom. 6. lib. 3. Comment. in cap. 19. Matth.

Dixit ei discipuli eius. Si ita est causa homini, &c. Graue pòdus vxorum est, si excepta causa fornicationis, eas dimittere non licet. Quid. n. si temulèta fuerit, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si vaga, si iurgatrix, si maledica; tenenda erit istiusmodi? Volumus, nolumus, sustinenda est. Cum enim essemus liberi, voluntarie nos subiecimus seruituti. Videntes ergo Apostoli graue vxorum iugum proferunt motum animi sui, & dicunt: Si ita est causa homini cum vxore, non expedit nubere. Ibidem, mox.

Articulus V. Quomodo intelligendum sit illud Matth. 5. & 19. Quicumq; dimiserit vxorem suam.

Factum est cum consummasset Iesus sermo venerat ad Iudaeam; ierico Pharisorum Scribarumq; factio interrogat eum: vtrum licet homini dimittere vxorem suam qualibet ex causa: vt quasi cornuto teneant illum syllogismo, & quodcunq; responderit captioni pateat. Si dixerit dimittedas esse vxores qualibet ex causa, & ducedas alias: pudicitiae predicator sibi videbitur docere cotraria. Si autem responderit, non omnem ob causam debere dimitti; quasi sacrilegij reus tenebitur, & aduersus doctrinam Moysi, ac per Moysen, Dei facere iudicabitur. Igitur Dominus sic responsum temperat, vt decipulam eorum transeat, Scripturam sanctam adducens in testimonium, & naturalem legem: primamq; Dei sententiam secundae opponens, quae non voluntate Dei, sed peccantium necessitate concessa est. To. 6. li. 3. Co. in c. 19. Matt. 5. 31. 32.

Quia respondens, ait eis: Non legistis: quia qui fecit ab initio, masculu, & foemina fecit eos? Hoc in exordio Geneseo scriptu est. Dicendo autem masculu & foemina, ostendit secunda vitanda coniugia. Non enim ait: Masculu & foemina, quod ex prioru repudio querebatur: sed masculu & foemina, vt vnus coniugis confortia necteretur. Ibidem.

Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adheret vxori suae. Similiter ait, adheret vxori suae, non vxoribus. Et erunt duo in carne vna. Praemium nuptiarum, est duabus vniam carnem fieri. Castitas iuncta spiritui, vnus efficitur spiritus. Ibidem.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Deus coniunxit, vnâ faciendo carnem viri & foeminae: hac homo non potest separe, nisi forsitan solus Deus. Homo separet, quando propter desiderium secundae vxoris, primam dimittit. Deus separet, qui & coniunxerat, quando ex consensu propter seruitutem Dei (eo quod tempus in arcto sit) lic habemus vxores, quasi non habentes. Ibidem.

Dixit illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellu repudij, & dimittere? Aperiuit calumniam quam parauerant. Et certe Dominus non propriam sententiam protulerat, sed veteris historiae, & mandatorum Dei fuerat recordatus. Ibidem.

At illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras; ab initio autem non fuit sic. Quod dicit istiusmodi est: Nunquid potest Deus sibi esse contrarius, vt aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo frangat imperio? Non ita sentiendum est: sed Moyses cum videret, propter desideriam secundarum coniugum (quae vel ditiores, vel iuniores, vel pulchriores essent) primas vxores interficere, aut malam vitam ducere, maluit indulgere diuor-

Vnica sola causa est dimittere vxorem in Euangelio.

Dilemmate captiuae vxoris Christi sum capere.

Diuortium non ex Dei voluntate, sed peccantium necessitate fuit concessum.

Propter Dei seruitutem possunt separet coniuges. 1. Cor. 7.

Deut. 24.

Iudei ob desiderium se eundem coniugem dicitur vel pulchriorum vel inuiciorum primas vxores interfecerant. 1. Cor. 7.

Repudia prohibita.

Coniux mandanda in vxorem.

De gentilitate in Christi credentes in ista me li. 3. non matrimonia non relinquent.

Exod. 12.

Nam 19.

Exod. 14. Num. 11.

Matth. 19. Deut. 24.

Esus carnis vsque ad diluuium ignotum. Exod. 16. Ephe. 1.

re diuortium, quam odia & homicidia perseuera re. Simulque considera, quod non dixit: Propter duritiam cordis vestri, permisit vobis Deus, sed Moyses: vt iuxta Apostolum, consilium sit hominis, non imperium Dei. Ibidem.

Articulus VIII. Diuortium, quo solueretur Matrimonij vinculum, ne Iudaeis quidem Hieronymi sententia videri concessum.

Vnvsquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Quando credidit, siue habebat siue non habebat vxorem, in eo permaneat in quo vocatus est. Ac per hoc non tam virgines cogit, vt nubant, quam repudia prohibet: & sicut habentibus vxores tollit licentiam dimittendi eas, sic virginibus nubendi amputat facultatem. Seruus vocatus es, non fit tibi cura: sed & si potes liber fieri, magis vt ere. Etiam si habes, inquit, vxorem; & illi alligatus es; & soluis debitum: & non habes tui corporis potestatem, atque (vt manifestius loquar) seruus vxoris es: noli propter hoc habere tristitiam, nec de amissa virginitate suspirare: sed etiam, si potes causas aliquas inuenire dissidij, vt liberta te pudicitiae perfruaris, noli salutem tuam cum alterius interitu quaerere. Habeto paulisper vxorem: nec praecurras morantem; expecta dum sequitur. Si egeris patienter, coniux mutabitur in forem. Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domino: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Reddit causas, cur nolit vxores deserere. Idcirco ait: Praecipio, vt in Christu de gentilitate credentes; inita ante fidem matrimonia non relinquant: quia, qui vxorem habens credidit, non tantum Dei seruitio detinetur, quam to virgines, & innuptae; sed quodam modo est liberior; & seruitutis illi frena laxantur; & dum vxoris est seruus (vt ita dicam) libertus est Domino. Porro qui vxorem non habens credidit, & liber a seruitute coniugij vocatus est a Domino: ille verè seruus est Christi. Quanta felicitas non vxoris seruum esse, sed Christi; non carni seruire, sed spiritui? Qui enim adheret Domino, vnus spiritus est. Ac ne forsitan in eo, quod supra dixerat: Seruus vocatus es: non fit tibi cura, sed & si potes liber fieri, magis vt ere. fugillasse continentiam videretur, & in famulatum nos tradidisse coniugum; infert sententiam, quae omnem amputet cauillationem: Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum: Redempti sumus pretioso sanguine Christi: immolatus est pro nobis agnus; & aspersi calidissimo rore hyssopi, omnem pituitam noxiae voluptatis excoimus. Quibus in baptisinate mortuus est Pharaon, & vnuerfus eius suffocatus est exercitus, cur rursus Aegyptum quaerimus, & post manna angelorum cibum allia, & cepe, & pepones, & carnes varias suspiramus. Tom. 2. lib. 1. contra Iovinianum. cap. 6.

Quod autem nobis obijcit, in secunda Dei benedictione comedendarum carniu licentiam datam, quae in prima concessa non fuerat: sciat, quo modo repudium iuxta eloquium Salutaris ab initio non dabatur, sed propter duritiam cordis nostri, per Moysen humano generi concessum est; sic & esum carniu vsque ad diluuium ignotum fuisse: post diluuium verò, quasi in eremo murmurandi populo, conturnices, ita detibus nostris neruos & virulentias carnis ingestas, docet Apostolus scribens ad Ephesios, Deum

proposuisse, in adimplerone temporu recapitulare omnia, & ad principium retrahere in Christu Iesum quae sunt super caelos & super terram, vnde & ipse Saluator in Apocalypsi Ioannis: Ego sum, inquit, & c. initium & finis. Ab exordio conditionis humanae carnibus vescemur; nec dabamus repudium; nec praepudia nobis eripiebantur in signum hoc cursu vsque ad diluuium peruenimus: post diluuium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingestae sunt ad vescendu, & repudia concessa duritia; & cultellus circumcisionis appositus: quasi Dei manus plus in nobis creauerit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporu, & reuoluit ad a, & extremitatem retraxit ad principium nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes, dicente Apostolo: Bonum est, vinum non bibere, & carne non comedere. Et vinum enim cum carnibus post diluuium deditur est. Ibid. cap. 10.

Et hoc rursus fecistis: operiebatis lacrymis altare Domini, & cetera. Interpretemur historias, & singulis breues sententias coaptantes, quid nobis ab Hebraeis sit traditum differamus. Derelictae vxores Israeliticae, & in thoris maritorum alienarum gentiu foeminas contemplant, ad Dei solius confugiunt auxilium, diebus ac noctibus ante altare Domini prouolunt lacrymis, gemitu, atque ciulatus inuidiam faciebant eius prouidentiae: quod non respiceret humana, & miseris non iuaret. Vnde dicit Deus: Sacrificium & hostiam de manibus Sacerdotum, qui ista commiscunt se accipere non posse: vxorum fletu & planctibus impediunt, & insuper eos quaerere, quam ob causam de manibus eorum non accipiat sacrificium, statimque infert: Quia Dominus testificatus est inter te & vxores puertatis tuae, quam tu despexisti, dicens: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit vxori suae, & erunt duo in carne vna, & iccirco participes dicitur & vxor coniunctionis & foederis, quae a Deo de costa viri facta est. Et residuum spiritus eius, siue Dei, vt quidam putant: siue mariti, vt alij suspicantur, quod propter affectu quodammodo vna anima in duobus esse videatur, coniunctis spiritu, mente sociatis. Cum ergo vnus vtrunq; fecerit, & virum & mulierem: propterea a Deo facta est vtriusque coniunctio, vt liberi nascerentur. Vnus n. Deus quid quaerit nisi semen Dei, hoc est, filios de Israelitica stirpe generatos? Cu ergo habeatis secundas coniuges, & liberis gaudeatis, quid pulchritudinem vxoru quaeritis quae meretricibus apta est, non vxoribus praecipit, itaq; per Prophetam Deus: & dicit. Custodite spiritum vestru: ne abducamini libidine, ne alienigenaru amore vincamini. Et vxore adolefcentiae tuae noli despiceret: vt quae tibi virginali primu iuncta est matrimonio, perseueret vsque ad senectute. Sed poterat fieri, vt Principes, & sacerdotes, leuitae, populis responderent: Praecipit Deus per Moysen, vt cu odio habuerim vxores dimittam eas. Et legendu est: Dicit mihi, scriptum est: Cu odio habueris vxore tua, dimitte: dicit Dominus Deus Israel: Statimq; respondit: hoc quidem in lege praecceptum est, sed propter duritiam cordis vestri. Quod plenus in Euangelio Dominus profequitur. Quicumque autem excepta causa fornicationis inique vxorem dimiserit operiet vestimentum eius iniquitas, id est, corpus quo

Apocal. 11.

Gen. 9.

Deut. 24. Gen. 17.

Matth. 19. Diuortia in noua lege prohibita.

Rom. 14. Gen. 9.

Deut. 24.

Vxor ob suam peritatem, & deformitatem non est deservenda.

Matth. 5.

animae

anima vestitur, dicit Dominus exercituum, ut in quo peccauit, in ipso puniatur. Quapropter hac quæstiuncula dissoluta, inculcat & replicat quod supra dixerat: Custodite spiritum vestrum, & nolite despiciere: vel custodiam spiritum vestri, vel certe vxorem si pauper est aut deformis. Quod nos spiritualiter iuxta Ezdræ librum super vxoribus exposuimus: derelictis, hoc alij generaliter contra eos dictum putant: Iqui aliena diripiunt, & iniusti diuitias congregantes, audent offerre munera Deo: quæ dicit se nequaquam posse suscipere, lacrymis eorum, qui vastati sunt, & fletu ac gemitibus prohibitum, & congruere locum illi illi testamento: honora Deum ex iustis tuis laboribus. *Tom. 5. Comm. in cap. 2. Malachie. Fol. 281.*

PROH. 4.
Sec. 70.

Deut. 24.

DICTVM est: Quicumque dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij. Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit vxorem, & cætera.] In posteriori parte locum istum plenius Saluator exponit: Quod Moyses libellum repudij dari iusserit propter duritiam cordis maritorum: non dissidium concedens, sed auferens homicidium. Multo enim melius est, licet lugubrem, euenire discordiam, quam per odium sanguinem fundi. *Tom. sexto Commentariorum in caput quintum, Matthæi.*

VIRI diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & cætera.] Nemo vnquam suam carnem odit, sed nutrit & fouet eam: quia secundum edictum legis antiquæ, & institutione Euangelij, maritus & vxor vna caro efficiuntur. *Tom. 6. lib. 3. Comm. in cap. 5. ad Ephesios.*

Gen. 2.

Matth. 19.

IT A & viri debent diligere vxores suas sicut sua corpora.] Et in Genesi ex persona loquentis Adam scriptum est: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: & id ipsum in Euangelio Domino postea dicente firmatur: Qui creauit ab initio masculum & feminam fecit eos, & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Cum igitur vir & vxor vna caro sunt: ita vxoribus ut nostris corporibus. prouidendum. Nemo autem corpus suum turpiter amat, aut semetipsum propter coitum diligit, sed quasi vasculum animæ suæ fouet corpus & nutrit: ne fracto vase, id quod continebatur, effluat & erumpat. *Ibidem.*

1. Cor. 7.

ET patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & conuersatione Domini.] Quomodo ad Corinthios secundum tempus rescripserat, ne per occasione fidei in Christum inter maritos & vxores diuortia fierent, si è duobus vnus credere voluisset: ita ad Ephesios, & ad Colossenses, quia plurimi inter

initia fidei putabant gentiles dominos contemnendos, nunc conditionum moderatè præcepta constituit, ut & seruitia non videatur contra dominos commutare, & rursum nequaquam dominos doceat audiendos, si vitiosa & nephanda præcipiant. *Tom. 6. lib. 3. Comm. in cap. ad Ephesios.*

Articulus IX. Extra matrimonium quamcumque viri & mulieris commixtionem esse peccatum.

MVLIERES viris suis, & cætera.] Quo modo Christo subiecta est Ecclesia: sic subiecta sit vxor viro suo: Quem enim habet principatum & subiectionem Christus & Ecclesia: huic eadem ordini maritus & vxor astringitur. Sed videndum, ut quomodo in Christo, & in Ecclesia sancta coniunctio est: ita & in viro & in muliere sancta sit copula. Sicut autem non omnis congregatio hæreticorum Christi Ecclesia dici potest: nec caput eorum Christus est: sic non omne matrimonium, quod non viro suo secundum Christi præcepta coniungitur, ritè coniugium appellari potest: sed magis adulterium: Alias autem subijcitur vxor viro & domino: quia ad ipsum conuersio eius est, & ipse illius dominabitur. Nam & Sara dominum vocabat Abraham: quæ spontanea seruitus, quanto magis fuerit voluntate subiecta, tanto esse incipit coequalis: quinimò, obsequijs suis in seruitutem redigere dominantem. *Tom. 6. lib. 3. Comm. in cap. 5. ad Ephesios.*

Articulus X. Absque carnali copula verum matrimonium constare posse.

ANTE QUAM conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.] Non ab alio inuenta est nisi à Ioseph, qui penè licentia maritali futuræ vxoris omnia nouerat. Quod autem dicitur, antequam conuenirent: non sequitur ut postea conuenerint: sed Scriptura quod factum non sit ostendit.

Verum matrimonium inter Ioseph & Mariam.

IOSEPH autem vir eius, cum esset iustus, &c.] Si quis fornicariè coniungitur, vnum corpus efficitur, & in lege præceptum est, nõ solum reos, sed & conscios criminum obnoxios esse peccato: quomodo Ioseph cum crimine celaret vxoris, iustus scribitur: Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Ioseph sciens illius castitatem, & admirans quod euenerat: celat filietio; cuius mysteriũ nesciebat.

Leuit. 18.

IOSEPH fili Dauid, noli timere accipere Mariam vxorem tuam, & cætera.] Iam & supra diximus sponsas vxores appellari: quod plenus liber aduersus Heluidium do-

Maria sponsa Iosephi et vxor.

cet. *Tom. 6. lib. 1. Comment. in cap. 1. Matthæi.*